

A78

R. 16.913


1

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34



7 400 40 Stahlh. MADE IN GERMANY

STAMPED



UNIVERSITY OF CHICAGO

MARQVARDO APVD

Nemetum Spiræ Pontifici, & Sebusiorum
Collegio Præposito, uiro Principi
omnium optimo,

B. I. H. S.



ONSTAT MARQVARDE Princeps amplissime,
Deum Optimum Maximum, qui est absque origine, qui est
absque fine, rebus omnibus dedisse principium & finem, ob
hoc unum, ut ex ijs duobus extremis medium quiddam ac opti-
mum proueniret, ad ipsius Dei imaginem creato, ceterisq; crea-
turis uniuersis imperio ab ipso Deo præfecto homini: attamen
uidemus mortales omnes, mox cum in lucem hanc eduntur,
ad primum huius tam iucundi cœli contuitum uagire, & in or-
tu ipso uitæ appetitæ, nescio quid graue perpeti, deinde etiam

summa calamitate exercitos, in interitu, immortalitatem ueram adeuntes, subteriste quid-
dam & lugubre ostendere. Carnis nescio quam hanc esse teneritudinem atque infirmi-
tatem dicet aliquis, cum tamen promptitudini animi & in rebus diuinis obfirmatissimæ per-
suasioni, tale semper ferme contingat aliquid. ipsa enim initia sacrosancta, ueteris uidelicet
Testamenti, & Oraculi noui decreta, ab ipso omnium bonorum largitore instituta, horro-
ris, sanguinis deniq; plena apparuere, exitum quaq; in multis demonstrarunt, irarum, an-
gustiarum & miseræ plenum: non quod naturæ aut huius aut alterius, insit malum ali-
quod, sed quia medio ipsorum neglecto, illorum extrema homo amplecti solet. Quid namq;
admirabilius accidere rei potest ei quæ non erat, quàm fieri? quid exoptatius quàm esse
aliquid? quid excellentius quàm substantiæ passiuæ, & perpetuam & actiuam contingere
essentiam? Tale miraculum, tam nobile opificium, homo qui sese, qui diuina iussa agnoscit,
semetipsum esse experitur, cū si quidē benignitate ex nihilo se præstantissimū quiddam, quod
tamē occidat, sapientia uerò cœlesti quod instauratur & perdurat, ceu effectū meditat. *ea*
namq; cogitatione, occurret illi, uelle illud diuinum, quo melius nil, quo nihil cōcinnius. id
enim est, ut homo priusquam cœlestem illam dulcedinem degustet, seculi huius amara deuo-
ret, ex comparatione etenim malorum maior boni exoritur existimatio. Verum enim uerò
natura semper est uaria, uagit ad ortum, plorat ad occasum, horret disciplinam, fugit corre-
ptionem, at supernè indita mens, illustrata mysterijs, instructa præceptis, confirmata pro-
missis diuinis, donatam uitam amat, ratione illam exornat, polit & præparat instauratio-
ni: bona ut sit curat, melior ut euadat conatur, optima perduret annititur. Difficultati cer-
tè persuasionis adminiculum gratiæ non deesse, inesse uerò comprehensæ beatitatem, ac eam,
quæ propter ipsam exoritur persecutioni, præmium omnium pulcherrimum propositum
sentiens. Hæc uerò Philosophiæ inanè indicia nunquam fuerunt, unius autem nostri Ser-
uatoris IESV CHRISTI demonstrationes sunt MARQVARDE Pientis, quas cum præeun-
te præceptore ipso, discipuli ipsius, ingenio tardiores, capere nequirent, exemplo fiducia
pleno, præteritis, præsentibus & insequentibus seculis, in concertationibus opinionum &
animorum diuinatione exoptatissimo consolatus est sermone hoc, ROGABO IPSE PA-
TREM, ET ILLE MITTAT ALIUM CONSOLATOREM, QUI APVD VOS MA-
NEAT. IS AUTEM ERIT SPIRITVS VERITATIS, QVEM MVNDVS IPSE RE-
CIPERE NEQVIT, OB ID QVOD IPSVM NEVTIQVAM VIDET, QVOD EVM
NON NOVIT, ATQVI VOS IPSVM COGNOSCETIS. APVD VOS ENIM, IMO

Epistola

IN VOBIS ERIT ATQUE PERMANEBIT. Hanc ipsius pollicitationem uerba quæ insequuntur multo auctiorem reddunt: ait namque, CONSOLATOR AUTEM ILLE, SPIRITVS SANCTVS, QVEM PATER MEVS MITTET IN NOMINE MEO, IPSE VOS DOCEBIT OMNIA. Mox addit gratiæ suauitatisq; plena uerba hæc: QVANDO CVNQVE SPIRITVS VERITATIS VENIET, IPSE ILLE OMNEM VOS DOCEBIT VERITATEM. NIHIL SI QVIDEM A SE IPSO LOQVETVR, EFFABITVR QVOD AVDIET, ET ANNUNCIABIT VOBIS QVOD FVTVRVM EST. IPSE ME DECLARABIT. RECIPIET ET ENIM DE MEO, ET ANNUNCIET ILLVD VOBIS. Et ò diuitias bonitatis Dei, ò certitudinem promissionum Dei: *χαρις ματα* etenim & uaria quidem & admiranda hoc Paraclito erogata fuere, quæ in hanc usque diem, hinc inde uarijs modis, cœtum piorum cohonestant, amplificat & iuuant. Vix enim impleta lege & perfunctus officio suo CHRISTVS IESVS ad patrem digreditur ascendens in cœlos, cum Consolator ille derepente, specie ignitarum linguarum, irruens, pusillum illum gregem, insidijs petitem, minis perterrefactum, & maculationi oppositum, sapientia instruit, fiducia confirmat, ac gratia illustrat tanta, ut statim medio in foro, ab omni plaga orbis, quorum magnus aderat numerus, excellentiss. Philosophis uersutiss. Sophistis piscator PETRVS persuaderet, IOHANNES nauicularius miraculis, malignantium conciliabula mitigaret, STEPHANVS effuso sanguine persecutores lucraretur. Idem Spiritus deinde, *σκληροποιδυ* PAVLV M doctrina imbuit ea, qua toti orbi terrarum CHRISTI dogma ut sequeretur, persuasit. Nec defuit ueritatis spiritus in ipsis initijs, Ecclesiæ succrescenti. Simonem qui ppe, Cerinthum, Ebionem, Basilidem, Cerdonem, Maronem, Carpocratem, Montanum, Apellem, Cataphrygas & sexcentos alios insani capitis sciolos, hæreticos absurdiss. rationibus, certam & ueram Orthodoxorum persuasionem corrumpentes, Irenæi, Hilarij, Origenis, & ipsorum similium sanctorum patrum simplicitate docta, deuicit, atq; ex schola fidelium explosit. Pauli Samosatani, ac eius asseclæ Arijs sanguinariam pertinaciam compefcuit, Athanasij, Augustini, Ambrosij, Hieronymi, Gregorijq; & aliorum doctorum uirorum scriptis. Tandem longa pace & affluentibus fortunis, deferuescenti ac emarcescenti Ecclesiæ, succurrit iterum huius, cuius tibi MARQVARDE princeps doctiss. dedico hæc Opera VENERABILIS uidelicet PRESBYTERI BEDAE, Anglo saxonis uigilantia conscriptis, quibus hoc nostro seculo, in tanta diuersitate opinionum, nihil exhiberi potest Reip. Christianæ magis utile, uel ponderatius, ad explicationem controuersarum, quæ nunc inter doctos uigent. Fato siquidem meliori cõtigisse affirmare auisim, quod huius scripta iam nunc prodeant, cum inter Patres nullus fuerit, qui scripserit, quæ Patribus ubicunq; ad consultandum de re Christiana conuocatis magis prodesse queant. Nam ut alia omittam, hoc unum nolui hic tacere. In sacrarum scripturarum interpretatione, hunc unum ueritati unice studere, simpliciter eum, breuiter & aperte omnia tradere. Disciplinarum omnium *εγνωνδοποιδια* ipse absoluit, *γυν γλωσσων* perdidicit multa, suis perlustrauit & uidit. lectioni sacrarum literarum à teneris insudauit, adeo ut non illotis, quod aiunt manibus, ad scribendum animum appulerit, sed uir iam factus, ac spiritus sancti donis instructiss. fide & deuotione erga Deum, erga Ecclesiam catholicam ardens, ad institutionem bonorum & alumnorum suorum, nullius æmulatione stimulatus, omnia sua exarauit. Cisternas, lacunas, & paludes somniorum humanorum euitauit, ex fonte ipso hausit omnia, & CHRISTI præceptoris dicta, sententijs ab ipso illo seruatore prolatis, explanauit. Inanes quæstiones nunquam mouet ipse; neque friuolas ullius concertationes uel amplectitur uel impugnat, alienus ab omni dissidio. Patrum mella instar apiculae prouida, legit, margaritas ex stercore colligit, & ut paucis dicam, *δυσπλευρωτης* Ecclesiæ aptus & uerus dici potest in congregatione sanctorum, magno quidem Dei dono, maiori ornamento domus Dei. Huius igitur interpretationes si hoc nostro, innumerabilibus

opinio

Nuncupatoria.

opinionibus intricato seculo, admittant & sequuntur ij quorum interest, quiq; paci Ecclesiæ ex deuotione student, aut ex officio eam, uti debent, ita assidue promouere curant, & ducent & militem ueteramum habebunt, solo Dei uerbo instructissimū & armatum, quo possint contra omnes Hæreses depugnare fortiter, & proculdubio obtinere uictoriam contra mille illum artificem ambagibus atq; ambitione tam insolenter grassantem. Extant quidem & aliorum multorum Patrum ueterum scripta, at illa disputationibus curiosioribus, reprehensionibusq; pertinacioribus scaterere, nemo negabit. Cuduntur indies libri, doctissimorum uirorum nomenclatione, inq; speciem gloriosis inscriptionibus adornati: at experimur quotidie, multo magis Christianorum animos, contentiosis istis lucubrationibus diuelli, quam reconciliari. & dico, dicam aperte, ob hoc unum tot scripta prostitui, quod nemo quæ Christi sunt, sed unusquisque quæ sua sint, quærat. Magister dici, Doctor haberi, Lucem mundi sese nominari, & digito monstrari omnes cupiunt, gestiunt & ambiunt. quod quidem hæcenus à bonis passim deplorari audimus, qui uerò huic malo mederi possit, præter Deum occurrit nemo, is ergo ut uelit enicærogandus est. Sat igitur erit, de hoc authore serio adfirmasse, destinata quadam Dei uoluntate & prouidentia omnium conditoris factum esse, ut BEDAE ipsius scripta, quæ multa huic editioni, antea nunquam edita, accesserunt, iam iam edantur, hoc uidelicet tempore, quo quam alias unquam Ecclesiæ Christi res magis uitari & periclitari maxime uidentur: syncerum quoque, simplicem & ab affectibus liberum doctorem postulare. Talem autem BEDAM nostrum fuisse, multi & doctissimi quique uiri semper testati sunt, eidemq; pietatem & uirtutes illas omnes, quæ in Christiano uiro, qui alijs præest, requiruntur, unà cum omnium rerum summa cognitione inesse experiuntur, qui iudicio incorrupto has eius interpretationes legunt. Gratias igitur maximas agantur Deo oportet, qui consolatoris, qui spiritus ueritatis, qui spiritus sancti sui dona tam diu occultata, congregationi sanctorum suorum ut proponerentur, effecit tandem. Mibi nihil sumo, licet per totum quinquennium integrum, ac diutius, longinquis, difficillimis & periculosissimis itineribus, quæ abstrusa latebant indagari & eruerim: fateor tamen & Remp. Christianam, ac me ipsum debere quam plurimū multis & magnis uiris, qui in assequendis istis libris fauorem suum mihi præstiterunt, aut uero eos qui apud ipsos latebant communicarunt, siue in emendandis uetustissimis exemplaribus diligentissimam operam nauarunt: digni profecto, qui hoc suo merito probentur omnibus, & maiori, quam in nostra censura a me factum est, uehantur laude. IOANNI uerò HERVAGIO posteritas ipsa præmium persoluet dignum, qui sumptibus priuatis ijsq; grauissimis Remp. ita locupletari uoluit, ut sese Religionis quam lucri maiorem rationem habuisse ostendat. Tibi uerò MARQVARDE Princeps pientiss. acceptam referant homines, qui sunt, quiq; erunt hanc editionem necesse est. Quod enim scriptum uel pium, uel doctum, uel utile uspiam, quod tu animo non deuores? manibus non teras? quod patrocinito & eleganti tuo iudicio illustratum, omnibus non fiat probatissimum? Te Prætor, BEDACEU postluminio restituetur: te Consule, BEDA Senator legetur: te Censore, BEDA iudex Ecclesiæ catholice constituetur, incorruptus, noui. Quis enim eius doctrinam sanam uidelicet, puram & incontaminatam, quam tu semper amplexus es, negliget? quis proprietatem & elegantiam quibus tu semper addictissimus, cõtēmet? quis fructū quem tu ex illo atque alijs authoribus colligere soles, sperneret? Incitamenta boni, sunt exempla tua & tuorum similium principum, quos indoles, institutio & habitus bonus commendat. Hanc ergo huius meæ dedicationis præcipuā causam fuisse uelim intelligas MARQVARDE Princeps, quam sequitur altera grauis illa quidem & non minus fauorabilis. Quippe magnū hoc est, te ex nobilissima ab HATTSTEYN familia ortum esse, matius uerò illud, à puero te ijs semper studuisse, ea appetisse & expressisse, quæ & Deo grata, parentibus bonisq; omnibus admirationi, imò homine semper maiora uisa sunt: maximum sane, quod nunc præstas inter innumeras occupationes, quæ indies hoc nostro seculo tumultuosissimo emergunt. nam apud Nemetos & Sebustios sacrorum rex, sanctissimorum hominum PHILIPP I A FLERSHEYM, RVDOLPHI A FRANCKENSTEYN successor pientiss. Spi

Epistola Nuncupatoria.

tis. Spirensi collegio, omnium uoto & lectus & praefectus Episcopus ita praees, ut profis subditis, noccas nulli, cupias uniuersis, inferioribus adamatus, paribus gratus, maximis acceptissimus: uirtute, consilio & auctoritate enteris, prouides, & quantum in te est moues ut Ecclesiae pax coeat, quo citius Respub. tranquillior euadat. Proxima postea tibi cura, in sacris, in prophanis tersior castiorq; lectio, colloquium doctorum uirorum, literaturaeq; omnis instauratio, quarum amatores ardentissimo tu amore prosequeris, hilaritate & liberalitate tua iuuas atque subleuas, ut merita Mecoenatis in Virgilium & Horatium multo minora sint, quam illa tua, quibus de uniuersis qui nomen literis dedere, bene mereris. In domesticis negotijs frugalem illum splendore, honestatem & auctoritatis plenam humanitatem tuam, exprimit famulicium & aula illa tua ad exemplar tuum efficta & composita, adeo ut utrinque fidei mutuae, continentiae & decoris signa eluceant. Nihil fingo, & quia natura ab omni abhorreo assentatione, liberè quae sentio, ac quae illo primo nostro congressu percepi, didici & expertus sum, profero: quanta enim profusione, quo thesauro, incognitum me, de te, de tuis nihil unquam meritum, nescio propter quam de ingenioli mei tenuitate conceptam tuam opinionem, ditasti, beasti, & egentem refocillasti. Liceat igitur mihi pudore ingenuo, quanta abs te acceperim proferre & confiteri, aequè ac tibi libuit caudore ingenuo beneficia in me tanta tua collocare, imò dicam illud quoq; qua pietate & clemètia BASILIVM EMANVELEM filium meum amplexus es. Grati igitur mei animi, ut tibi aliquod exhiberem testimoniū, occasio sese obtulit haud negligenda, ista uidelicet MARQUARDE Princeps optime, huius Operis nuncupatio: dabit magnus ille Deus uitam, dabit uires, ut olim pars laborum meorum appareas maxima, & uirtutum posteris elimatum quoddam exemplar constituare. Huius autem meae uoluntatis & deuotionis erga te, uadesq; exhibeo tibi, ortu, pietate, uirtutibus ac literis insignes & nobilissimos uiros CHRISTOPHORVM AMVNCHINGEN sodalem tuum, VVERNERVM KOCH scrinijs Praetorij Romani praefectum, & LEOPOLDVM DICKIUM ad Tribunal Augustale caussarum oratorem primum, uiros gloriae & dignitatis tuae studiosissimos, immortalitate dignos. Quorum commendatione cum tibi innotuerim, meum posthac erit entis, ut longè omnium tibi fiam commendatissimus.

Vale Princeps Clementissime.

IOAN-

Ad Lectorem.

Ioannes Heruagius Typographus Basiliensis, piis & candidis Lectoribus felicitatem D.



SI HOMINES interdum cogitarent, quanti operis sit, quātiq; sumptus, ueteres auctores renouare, & quasi aedificiū ē rediuiuis instaurare, haud dubie nobis essent aequiores, si quando quae typis excudimus, non semper omnibus numeris perfecta absolutaq; in manus hominum ueniant. Nam hoc ipse cum in alijs non infimae notae scriptoribus, tum uerò maxime in hoc nostro BEDA nimium sum expertus. Hunc enim cum pater meus ante annos aliquot, quorundam qui exemplaria dispersa conquirerent, promissis fretus edere cepisset, uix ego hoc tempore ad umbilicum perducere potui: quod mihi mortens pater incoatum modo opus, paucis exemplaribus comparatis, reliquit. Mihi ergo homines, qui libros conquirent inuitandi fuerunt: quos cū ita nobis afferrent, ut quisque inueniebatur, factum est, ut quem optabamus ordinem in omnibus seruare nequiuimus. id quod potissimum contigit in octauo tomo, qui quartum sequi debuit, & esse ordine quintus. Psalmorum quoq; commentarius ad quartum tomum pertinebat, & in eo suum idoneum locum habere debuit. Sed quid agas? cū is postremus absoluto fere opere, praeter spem nobis sit allatus. Eadem ordinis perturbatio, eadem de causa accidit in retractationū & questionum in acta apostolorum libris, qui cum ad quintum tomum pertinerent, initio sexti positi sunt, & canonicis epistolis cum Apocalypsi, quae in sexto post Pauli epistolas erant, non in quinto post quatuor Euangelia, collocanda. Haec igitur atq; huiusmodi alia, quae in editionis cursu imitari non potuerunt, speramus aequos lectores nobis minime uitio duros. Nam si sic fecissemus, tam doctis & pijs operibus aliquot insuper annos Dei ecclesiam carere oportebat. Quod igitur acceleratum est, id in uestram, candidi lectores gratiam est factum. Nisi enim iam diu diuini doctoris editionem presseramus. Quod autē in Euangelio S. Marci & Marci isdem numeris usq; ad 122. paginae notentur, id perturbare neminem debet. Nam figuris literarum belle distinguuntur. Matthaei enim paginae literis graecis, Marci uerò latinis, ad columnae calcem positae, notantur. Vnum praeterea superest, quod in uniuersum aequus lector est praemonendus. Est autem illud, Bedae exemplaria manu scripta usq; adeo uetusta, obscura, lectu difficilia, interdum etiam deprauata, peruersaq; scripta esse, uix ut ab oculatissimis & peritissimis legi possint. Ex quo necesse est, in hoc pulcherrimo alioqui corpore, quosdam neuos apparere: tales tamen, ut paucis exceptis, diligens lector sententiam possit elicere, auctorisq; mentem peruidere. Vt uerò in Bedae libris cōquirendis, sic etiam in non paucis locis emendandis & restituendis, praeter alios, non leuem operam posuit Iacobus Pamelius, uir eruditus, atq; in huiusmodi rebus oculatus, & diligens: cui etiam non parū debent lectores. Quod si quis ita morosus sit, ut his rationibus sibi satisfieri minime patiat, is hoc habeat, nihil esse tam perfecte expositum atq; elaboratum, in quo zoilus calumniantis ansam non inueniat: imò si quis nihil probare uelit nisi perfectum, atq; ab omni parte expositissimum, eum nihil unquam probaturum: cum in humanis operibus nihil tale reperitur. Contenti ergo simus eo bono, quod nobis liberaliter, ab ijs qui in eo pro sua uirili elaborarunt, & magnis sumptibus compararunt, offertur: quin etiam gratias Deo optimo maximo agamus, qui nos tam eximio thesauro diutius carere noluit, sed eo utendi fruendiq; (quae bonitas eius est) potestatem facit. Id quod uos, pijs atq; aequi lectores, facturos esse confido, nam hac ratione nos ad alia non minus utilia, minusq; praecleara ueterum monumenta, à blattis & tineis uindicanda, in lucemq; proferenda accensos, inflammabitis. Vale.

lete. Basileae Cal. Mar. anno Iesu Christi seruatoris,

M. D. LXIII.

* 4

VENERA

Bedæ uita.
Venerabilis Bedæ presbyteri uita, ex ue-
terum monumentis non sine iu-
dicio collecta.




BEDÆ siue Bedas, ex Anglosaxonum gente in pago Iaru seu Giruico na-
tus, Venerabilis cognomentum ex uitæ sanctitate morumq; grauitate ad-
eptus est. Nam, quas huius appellationis causas quidā afferūt, mera sunt
somnia atq; deliria. Hic à puero Latinis & Græcis literis, artibusq; ijs qui-
bus ætas illa ad humanitatem informari solet, à Ioāne Beuerlacio, uiro do-
ctissimo institutus & imbutus fuit. Vbi autem adoleuisset, totum se Bene-
dicto Abbati & Ceolfrido in diuinis rebus instituendum dedit: atque ita
in Virmuthēsi ac Giruicēsi sub uno Abbate uix quinque milliarijs distantib; cœnobijs, Apo-
stolis Petro & Paulo dedicatis inter sexcētos degēs monastica uitæ cōmitones (erant enim
tūc cœnobīa Scholæ) etatē omnē exegit. Sacris autē à Ioanne Beuerlacio Episcopo sanctissi-
mo, à quo in bonis literis fuerat eruditus, annū trigessimū agēs, initiatus atq; inauguratus fuit
hinc presbyter appellatus. Quantū autē in omni genere artū, philosophiæq; profecerit: quan-
tūq; in diuinarū literarū scientia sit consecutus Bedas, eius tam multa in omni genere monu-
menta, uberrimē testātur. Tria uerò huic sancto uiro fuerunt per totam uitam familiaria, ora-
re, scribere, docere. Nam & Deum assidue orabat: & quæ utilia & sancta arbitrabatur, literis
fidelibus consignabat: & discipulos publicis lectionibus & sermonibus erudiebat. Itaque
discipulos reliquit eruditissimos, inter quos maximē prestiterūt, Rabanus, Albinus siue Al-
cuinus, Claudius, & Ioannes Scotus, qui primi Lutetiæ docuerunt & Galliam bonis artibus
refererunt. In his igitur sanctissimis studijs atq; meditationibus, uitam agēs ad sexagesimū
secundum uitæ suæ annum prouectus est: quo etiam anno, qui fuit à Christi Iesu natali DCC.
XXXIIII. die quo ascensionis Domini memoria celebratur, inter discipulorū manus, De lau-
des canens, & orans, Deo qui dederat spiritum reddidit, magno sui desiderio apud omnes
relicto. Inter discipulos uir sanctus sapē illud S. Pauli magna uoce usurpare solebat: Horren-
dum est incidere in manus Dei uiuentis, quod faciebat, ut eos à somno animæ excitaret, &
ad Dei timorem prouocaret. Eosdem quoq; ad diligētiam hortabatur his uerbis: Discite se-
stinanter, quia nescio, quam diu uobiscum sim futurus. Aegrotans, identidem illud repe-
bat, Flagellat Deus omnem filium quem recipit. Item illud, quod & Diuo Ambrosio Me-
diolanensium Antistiti ascribitur: Non sic uixi, ut me pudeat inter uos uiuere: sed nec morti ti-
meo, quia bonum Dominum habemus. Fertur quoq; eum diuino spiritu afflatū prædixisse,
& literis quas ad amicos principes dedit, eos præmonuisse, breui futurum, ut res Chri-
stiana incredibili detrimento afficeretur, nisi incendio iam proxima carpenti, mature obuiā
iretur. Id autem de Sarracenorum aduentū dictum autumnant, qui paulo post Europā in-
traferunt. Suum autem uaticiniū hoc metro clausisse ferunt: Regna uent Romæ, ferro, flā
maq; fameq;. Sepultus fuit Giruici sub Egberto Northumbrorū Rege: post Dunelmū eius
corpus translatum fuit. Qui Genuā scribūt, unde id acceperint, ignoro. Aiunt quoq; ipsum
Romam aliquando profectum fuisse: quod falsum est. Nam quāuis à Gregorio secundo, Ro-
mano pontifice, ad id esset per epistolas inuitatus, nunquam ut eam profectionem suscipe-
ret, adduci potuit. Quin Anglorum monumentis testatum legimus, Bedam nunquam Bri-
tanniæ limes excessisse. Fratres habuit duos, Strabonem, & Haimonem, doctos e-
tiam, & pios uiros, qui in iisdem cœnobijs cum eo uixerunt: quorū hic Ho-
milias sacras, ille in Genesim commentarios scripsit. Bedæ
uerò hæc supersunt monumenta.

PRIMI

Bedæ operum Catalogus.

PRIMI TOMI
ELENCHVS.

	VNABVLA grammaticæ artis Do- nati. Pagina 1
	De octo partib; orationis, lib. 19
	De arte metrica, liber. 34
	De schematibus Scripturæ, liber. 59
	De tropis sacræ scripturæ, liber. 65
	De orthographiâ, liber. 73
	De arithmetiis numeris, liber. 98
	De computo dialogus. 111
	De diuisionibus temporum, liber. 117
	De arithmetiis propositionibus. 133
	De ratione calculi. 147
	De numerorum diuisione. 159
	De loquela per gestū digitorū, libellus. 164
	Bridferti Rameliensis in eundem libellum commentariolus. 165
	Ioannis Nouiomagi scholia in eundem. 167
	De ratione unciarum, libellus. 182
	Bridferti commentariolus in eundem. 184
	De argumentis lunæ. 185
	Ephemeris, siue computus uulgaris. 220
	De embolismorum ratione computus. 255
	Decennouenales circuli 309
	De cyclo paschali 358
	De mundi cœlestis terrestriq; constitutio- ne, liber. 375
	De musica theorica. 403
	De musica quadrata, seu mensurata. 415
	De circulis sphaeræ, & polo. 433
	De planetarum & signorum cœlestium ra- tione. 403
	De tonitruis, libellus. 459
	Prognostica temporum. 462
	De mensura horologi, libellus. 464
	De astrolabio, libellus. 467
	De natiuitate infantium, libellus. 471
	De minutione sanguinis, libellus. 472
	De septem mundi miraculis, libellus. 474
	Hymni. 476
	De ratione computi, libellus. 495

SECUNDI TOMI
Elenchus.

D e natura rerum liber.
De temporum ratione, liber.
De sex ætatibus mundi, sine Chronica, libellus.
De temporibus, liber.
Sententiæ ex Aristotele.
Sententiæ ex Cicerone.
Prouerbiorum liber.
De substantijs.
<i>περί στοιχείων</i> siue elementorū philosophiæ libri quatuor.
De Pasche celebratione, siue de equinoctio uernali, liber.
De diuinatione mortis & uitæ, epistola
De arca Noe.
De linguis gentium.

Sibyllina oracula.

TERTII TOMI
Elenchus.

G entis Anglorum Ecclesiastica historia, libri quinque.
Epitome eiusdem historiæ.
Vita D. Cuthberti.
Vita D. Felicis.
Vita D. Vedasti.
Vita D. Columbanii.
Vita D. Attalæ.
Vita D. Patricij, libri duo.
Vita D. Eustasij.
Vita D. Bertolff.
Vita D. Arnolff.
Vita D. Burgundoforæ.
Iustini martyrium, carmine.
Martyrologium.
De situ urbis Hierusalem.
Interpretatio nominū Hebraicorū & Græ- corum in sacris Biblijs.
Excerptiones & Collectanea quedam.

QUARTI TOMI
Elenchus.

H exameron.
In Genesim expositio.
In Exodum explanatio.
In Leuiticum explanatio.
In Librum Numeri explanatio.
In Deuteronomium explanatio.
In Samuelem prophetam allegorica expo- sitiō, libri quatuor.
In libros Regum, quæstiones.
In Efram & Neemiam prophetam, allego- rica expositio, libri tres.
In librum Tobie expositio allegorica.
In Iobum expositio, libri tres.
In Parabolas Salomōis expositio, libri tres.
In Cantica canticorū expositio, libri septē.
De tabernaculo & uasis eius ac uestibus sa- cerdotum, libri duo.

QUINTI TOMI
Elenchus.

I n Matthæum expositio, libri quatuor.
In Marcum expositio, libri quatuor.
In Lucam expositio, libri sex.
In Ioannem expositio.
In Acta apostolorum expositio.
De nominibus locorum uel ciuitatum, quæ in libro Actuum apostolorum leguntur.
In D. Iacobi epistolam expositio.
In primam D. Petri epistolam expositio.
In secundam eiusdem epistolam expositio.
In primam B. Ioannis epistolam expositio.
In secundam eiusdem epistolam expositio.
In tertiam eiusdem epistolam expositio.
In epistolam Iudæ apostoli expositio.
In Apocalypsim Ioan. apostoli explanatio.

SEXTI

Bedæ operum Catalogus.

SEXTI TOMI
Elenchus.

Retractationes in Actus apostolorum.
 Quæstiones in Acta apostolorum sex.
 In epistolam Pauli ad Romanos, expositio.
 In epistolam Pauli priorem ad Corinthios,
 expositio.
 In epistolam Pauli posteriorem ad Corin-
 thios, expositio.
 In epistolam Pauli ad Galatas expositio.
 In epistolam Pauli ad Ephesios expositio.
 In epistolam Pauli ad Philippenses expositio.
 In epistolam Pauli priorem ad Thessaloni-
 censes, expositio.
 In epistolam Pauli posteriorem ad Thessa-
 lonicenses, expositio.
 In epistolam Pauli primam ad Timotheum,
 expositio.
 In epistolam Pauli secundam ad Timotheum,
 expositio.
 In epistolam Pauli ad Titum, expositio.
 In epistolam Pauli ad Philemonem, expositio.
 In epistolam Pauli ad Hebræos, expositio.
 Aniani Epistola ad Euangelum presby-
 terum.
 Ioannis Chrysofomi epistola de laudibus
 beati Pauli apostoli.

SEPTIMI TOMI
Elenchus.

Homiliæ æstiuales de Tempore, trigin-
 ta tres.
 Homiliæ æstiuales de Sanctis, triginta duæ.
 Homiliæ hyemales de Tempore, quindecim.

Homiliæ Quadragesimales, triginti duæ.
 Homiliæ hyemales de Sanctis, sedecim.
 Sermones ad populum uarij.
 Scintillæ, siue Loci communes.
 De muliere forti, libellus.
 De officijs, libellus.
 Fragmenta quædam in libris Sapientiales,
 & Psalterij uersus aliquot.

OCTAUI TOMI
Elenchus.

De templo Salomonis, liber.
 De sex dierum creatione, liber.
 Quæstiones super Genesim.
 Quæstiones super Exodum.
 Quæstiones super Leuiticum.
 Quæstiones super librum Numeri.
 Quæstiones super Deuteronomium,
 Quæstiones super librum Iesu Naue.
 Quæstiones super librum Iudicum.
 Quæstiones super librum Ruth.
 Quæstiones super quatuor libros Regum.
 Quæstionum uariarum, liber.
 In Psalmorum librum commentaria.
 Vocabulorum Psalterij expositio, item de
 diapsalmate collectio.
 Sermo de eo quod in Psalmis legitur: Do-
 minus de cælo prospexit, &c.
 In Boethij librum de Trinitate, commen-
 tarius.
 De septem uerbis Christi, oratio.
 Meditationes passionis Christi per septem
 diei horas.
 De remedijs peccatorum.
 Vita Venerabilis Bedæ.
 Obitus eiusdem.

F I N I S.

EXEMPLVM PRIVILEGII.



Charles par la grace de Dieu Roy de

France. Au preuost de Paris, Seneschaulx de Lyon, Tholouze, Poictou, & a tous noz autres Baillifz, Se-
 neschaulx, Iusticiers, Officiers, ou leurs Lieutenans, & chacun d'eulx, si cõme a luy appartiendra, Sa-
 lut. Feu nostre treshonoré Seigneur & pere, que Dieu absolve: par ses lettres patentes du uingtquatrie-
 me de Juillet, mil cinq cens cinquante huit, dont la coppie collacionnee, est cy attachee soubz le cõtre-
 seel de nostre Chancellerie, a permis a Bernard Brand, lors marchand Libraire, demourant a Basle, de imprimer, faire imprimer & mettre en uente les œures de **Bedæ uenerabilis presbyter**, avecq deffence a tous, de ne l'imprimer de dix
 ans ensuiuans, a commencer du iour & dacte que lesdicts œures seroyent acheuez d'imprimer. Et d'autant que depuis ledict
 Brand a esté appellé du conseil de noz bien aimez, les Seigneurs du Canton de Basle, & n'est plus Libraire: il a remis lesdicts
 Liure & Priuilege es mains de Jehan Heruage, marchand Libraire demourant audict Basle. Lequel doubtant que soubz cou-
 leur que ledict Priuilege n'est conceu en son nom, ny de nous esmané, uous fistiez difficulté l'en faire ioyr. Il nous a fait
 humblement supplier & requerir, luy uouloir sur ce pourueoir. **Nous** a ces causes uoullans ledict Heruage fauorable-
 ment traiter, Vous mandons que du contenu audict Priuilege & transport de droict qui estoit transféré par icelles audict
 Brand, qui a par luy esté remis a icelluy Heruage: uous fâictes icelluy Heruage ioyr & user plainement & paisiblement, ainsi
 que feriez si ledict Priuilege estoit en son nõ & de nous esmané, & si ledict Liure estoit imprimé au nom dudit Brand, de ce fâict
 re uous donnons & a chacun de uous plain pouuoir. Car tel est nostre plaisir. Nonobstant comme dessus & quelz-
 conques lettres, mandemens & deffences a ce contraires. **Donné** a S. Germain des Prez, lez Paris, le
 XVIII^e iour de Iuing. L'an de grace mil cinq cens soixante ung, &
 de nostre regne le premier.

Par le Roy, a uostre Relation,
 Coignet.

RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM

IN OMNIA VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI
Opera, Index locupletissimus.

ANIMADVERTENDVM IN HOC INDICE, PRIORem numerum paginam, posteriorem uero totum significare.



A B quintus Hebræorum mēsis. Pagina 256. tomo 1.	quando diuina reuelatione repertum 3.833	mutatur 1088. 4.	Araham diē Domini quomodo uiderit 204. 8.666.4
Aaidanus pontifex paschæ diem quando obseruarit 74.3	Abarim 191.4	Abigail 405.420.4	Abraham filius uocatur 66.7
Aaidano in Lindisfarne si insula episcopalis sedes tribuitur 74.3	Abaron 1063.8	Abilias episcopus quando sacerdotium administrauerit 393.3	Abraham hæres diuinæ promissionis 54.8
Aaron 1168.4.1063.8	Abba pater 149.5.382.7	Abimelech 61.4	Abraham immolat filiū suum 56.4
Aaron, mōs fortitudinis 128.4.844.8	163.6	Abimelech pontifex insignis habetur 211.2	Abraham in medio Bethel & Hai inuocat nomen Domini 191.8
Aaron uerus qui 844.8	Abditas quando prophetarit 211.2	Abimelech quādiu regnarit 177.2	Abrahā in senectute bona mortuus est 218.8
Aaron Christi figuram tenet 112.4.1244.4	Abdias ubi requiescat. 425.3	Abimelech, patris mei regnum 598.703.8	Abraham iustificatus 793.8
Aaron cū thuribulo Christum inuuit 319.8	Abdon & Senen Persarū subreguli 437.3	Abimelech sapientū mundi figura 54.4	Abraham locum uocat, Dominus uidit 212.8
Aaron cur nomina patriarcharum inter sacrificia semper in humeris portarit 124.8.4	Abdonis martyriū 254.255.1	Abimelech septuaginta fratres suos occidit 352.8	Abraham non operibus, sed fide iustificatus 63.6
Aaron cum filijs suis panes sanctos de mēsa tabernaculi sublaros comedit 1188.4	Abel primus martyr 364.5	Abimelech somno admonitus, Abrahæ uxorem, concubitu eam non cōmacular 207.8	Abraham obedientię merito pater cunctarum gentium constituitur 70.8
Aaron iram Dei quomodo promeruit 851.8	Abel à fratre suo occiditur 169.8.287.7	Abimelechi infomnium. 792.4	Abraham pater credētū 423.8
Aaron placat super altare incensū 1274.1275.4	Abel innocens occiditur 616.4	Abiram 452.4	Abraham pater multarū gentium 70.6.201.8
Aaron mane incensum supra altari adolet 1273.4	Abel Christum significat 169.8	Abiron 179.4	Abraham primitus Abrahā dictus 41.4
Aaron & Iulius martyres 8.3	Abel, luctus siue uanitas uel uapor, aut miserabilis 169.8.174.2.8	ablaclatio Iudæorū quādo facta. 53.4	Abraham personam Christi uel uniuersūq; sancti rener. 42.4
Aaron quando mortuus 324.8	Abel in prima ætate Deo holocausta offert 487.4	abnegare se 86.5.223.7.329.5.477.8	Abraham post diluuium quor annos uixerit 177.8
Aaronis filij igne cœlesti perierunt 157.1229.4.303.8	Abel non condidit ciuitatem in terra 30.4.173.8	abnegatio a.70.5	Abraham propter uxore periclitatur 616.4
Aaronis & filiorum eius ablutio 309.8	Abel ob iustitiæ meritū coronatus 53.8	Abner 307.4.417.4	Abraham propter Saræ pulchritudinem inter alienigenas honoratur 208.8
Aaronis sacerdotis in mōte Hor depositio 430.3	Abelis oblaro Deo placet 167.8	abominari unde tractū 451.8	Abraham post obitū Saræ Cethurā ducens, quid sibi uelit 218.8
Aaronis sacerdotium 990.8	Abelis sacrificium quale 168.8	abominatio 134.5.3.92.5	Abraham quando filium unicū perduxit ad immolandum, personam Dei patris habebat 212.8
Aaronis sacerdotiū, umbra æterni sacerdotij 227.4	Abelis sanguis quomodo ad Dominum clamarit 169.8	abortiuus an resurgat 614.4	Abraham quando uenerit in terram Chanaan 176.2
Aaronis sacerdotiū principium & finem habuit 194.8	Abenezet 254.4	Abraham 785.4.1062.8	Abraham quādiu uixerit 139.2.205.2
Aaronis uestis 225.8	Abesān quamdiu regnarit 177.2	Abraham ante circumcisionis sacramentum iustificatus 68.6	Abraham quando egressus ex Charran 189.8
Aaronis uirga 135.4.180.4	Abessalon. 1062.8	Abraham à quinq; regibus Lothū liberat 192.8	Abraham quādo terram Chanaan ingressus 710.6
Aaronis uirga florens, carnem Christi insinuat 319.8	Abgarus uir sanctus Edesæ regnat 185.2	Abraham arietem pro filio immolat 422.8	Abraham quo ætatis suę anno mortuus 195.8
Aaronis mors 182.4	Abia 261.4	Abraham astrologię peritus 61.2	Abraham quo ætatis suę anno Immahelem genuerit 176.2
per Aaronem quid intelligendum 998.8	Abia, filius Roboam 178.2. quādiu regnarit ibid.	Abraham Babylonico incendio uallatus, quia illud adorare nolebat, Dei auxilio liberatur 189.8	Abraham
Abacuc prophetę corpus diuina reuelatione prodicitur 188.2	Abia Hieroboam superat 178.2	Abraham circumcisiōne primus accepit 624.5	
Abacuc prophetę corpus	Abias 182.5	Abraham Dei figura. 212.8	
	Abiathar 383.4	Abraham de terra & cognatione sua à Deo egressi iubetur 189.8	
	Abiathar filius Abimelechi, Dauidis in exilio comes 25.5. summi sacerdotij gradū sub Dauid accipit. ibid.	Abraham de Aegypto exiens, quomodo diues 191.8	
	Abiatharē cur Dominus principem sacerdotū p Abimelech appellet 25.5	Abraham diues ualde pecore, argento & auro. 191.8	
	Abidas episcopus 490.7		
	abies quid typicę significet 22.8		
	abies nunquam marcoris infirmitate com-		

In Bedæ opera.

Abraham quomodo Iudæorum pater 649.5
 Abraham quor annos uixit 652.3
 Abraham Saram suâ uxorem proficendo, nō mētitus 207.8
 Abraham signum cur à Deo petierit 197.8
 Abraham tentatur 55.4
 Abraham tres uidet angelos 654.5
 Abraham tres angelos uidens, unum adorat. 204.8
 Abraham triplicem figuram habet in se 203.8. 49.4
 Abraham tribus nominibus uocatus 42.4
 Abraham uolucres à cadaueribus abigens, quid significet 198.2
 Abraham & uxor illius, Christum & ecclesiam significant 43.4
 Abraham uxorem suam dixit esse sororem. 190.8
 Abraham uxore sua spoliatur 190.8
 Abraham pater excelsus. 201.8
 Abraham benedictiones 189.8
 Abraham centenario filius promissionis nascitur 1234.4
 Abraham cur circumcisio data 199.8
 Abraham circumcisionis preceptum cur datū 413.414.8
 Abraham cur præputium recidere, à Deo sit iniūctum 416.8
 Abraham duæ promissiones dantur 41.4.190.8
 Abraham duo filij 54.4
 Abraham quid significant 731.6
 Abraham duplex figura, pater seminis fit 197.8
 Abraham & Sarâ he litera addita 201.8
 Abraham exitus 881.5
 in Abraham femore curiu ret seruus 215.217.8
 Abraham fidelis obedientia 250.7.441.5
 Abraham filius 250.7.440.5
 Abraham filia 126.7.384.5
 Abraham filij, electi. 649.5
 in Abraham immolatione quid adumbretur 934.4
 Abraham instabilitas 41.4
 Abraham laus 649.5
 Abraham obedientia. 544.5

Abraham obitus 218.8
 Abraham patriarchæ natale 457.3
 Abraham semen 147.7.197.5.271.7
 in Abraham femine omnes familiæ terræ benediciendæ 413.6
 Abraham senectâ quid significet 212.8
 Abraham serui iuramentū 660.8
 Abraham sinus 63.7.413.5
 Abraham tabernaculum typum habuit Hierusalem 203.8
 Abraham tentatio 942.5.288.7
 in Abrahamum circa solis occasum pauor irruens, quid significet 198.8
 Absalon fratrem suum cur interfecerit 437.8
 Absalon, patris pax 373.8.438.8.459.8
 Absalon patri bellum infert 473.8
 Absalon patrem suum de regno fugat 458.8
 Absalon per Ioabum patri reconciliatur. 437.8
 Absalonis interitus. 437.8
 Absalonis obitum deplo rat David. 373.8
 per Absalonis suspensio nē quid intelligendum. 438.8
 Absalonem quidam Iudam traditorem accipiunt 373.8
 absconsa sapientibus. 352.5
 abrida 16.2
 absidas ecclesiæ quid ab utiue nonnulli appellent 16.2
 absis summa 17.2
 absides 64.2
 absides cur planetarum circuli uocentur. 16.2
 absinthium 1086.5
 absoluta res 4.2
 abstinentia 538.7
 abstinentiæ bona 992.5
 abstinere à malo, scientia 515.6
 abundare 661.3
 abusiua in hoc seculo que 654.3
 Abus stella Aegyptiorū 391.1
 abyssus 3.4.843.8.962.8
 abyssus locus perditionis 99.4
 abyssi nomine quid intelligendum 663.7
 per Abyssos gentiles in-

telliguntur 843.8
 Acca anistes 86.3
 Acca presbyter wilfrido in episcopatū succelsit 189.3
 Achillei marryrium 250.251.1
 Achimelech 368.4
 Achinoe 413.4
 Achinoe ecclesiæ perfectionem denunciat 307.4
 Achis 375.4.420.4
 Achis binomius 598.8
 Achis Dauidem innocen tem confiteretur 428.4
 Achis interpretatur, quomodo est 366.8.599.8
 Achim cur titulus psalmi uocet Abimelech. 598.8
 Achitob 301.4.381.4
 Achitofel, fratris ruina 459.8
 acidia mala 335.8
 acolithi 665.3
 acontiæ 30.2
 Acta Apostolorum. 862.5
 Acta Apostolorum non nudam continent historiam 861.5
 in Acta Apostolorū quæ siones 4.40.6
 Actus solis equus. 327.2
 Actus bona interdum abscondenda 307.2
 actio & passio sunt actus diuersarum potentiarum 215.2
 actio naturæ semper agit eodem modo 216.2
 actiones principantes nō bonæ 215.2
 actiuus labor 436.7
 actiuu uita deficit. 175.7
 actiuu uita multorum est 302.8
 actiuum genus 27.1
 ab Actiuo uerbo quot participia ueniant. 31.1
 actiua quæ sint 15.1
 actus & potentia maxime sunt opposita. 514.7
 actus & potentia circuntur omnia prædicamēta 218.2
 actus nostri quomodo considerentur 1016.8
 actiuū & passiuum quomodo ad aliquid dicantur 219.2
 in Actibus humanis minus creditur sermonibus quàm operibus. 238.2
 acus 233.7
 per Acum quid significetur 105.5
 Ada, testimonium. 173.8
 ad Aliud

Index.

Adalinda Berengarii capta, ab Othone redimitur 196.2
 Adam à Domino post lapsum requiritur 162.8
 Adam ad horam Dominum bene dixit 600.8
 Adam ante lapsum à Deo positus in plenitudine uirtutum 491.8
 Adam cur damnationem incurrit 453.8
 Adam cur quatuor literis scribatur 26.4
 Adam descendens à Ierusalem in Iericho incidit in latrones 514.7
 Adam ex paradiso eijcitur 167.8
 Adam ex persuasione alie na cecidit 528.8
 Adam forma Christi 107.6.225.8
 Adam forma hominis fuerit 315.6
 Adam homo animalis. 587.6
 Adam mortalis & immortalis 137.8
 Adam non seductus, sed scienter peccauit. 407.8
 Adam post culpam ad auram post meridiem absconsus inuenitur. 161.8
 Adam post culpam in diuinitate Deum uidere non potuit, sed increpationis uerba per angelum audiuit 161.8
 Adam post peccatum se abscondit 161.8.573.8
 Adam post peccatum inobediens, pendenda contegit 160.8
 Adam prauam doctrinā quomodo dederit. 428.8
 Adam primus * A 174.4
 item secundus ibid.
 Adam primus & nouus in quo conueniant, & differant 27.4
 Adam primus per serpentem deceptus: secundus per columbam glorificatus 452.7
 Adam quale corpus habuerit 136.8
 Adam qua hora peccauit, ad occasum mortis quasi uetus descendit 408.8
 Adam quibus Spoliatus 346.5
 Adam quo ætatis suæ anno Seth genuerit. 174.2
 Adam quo die creatus 174.2
 Adam quo die peccauit,

in anima mortuus est 150.8
 Adam quomodo forma Christi 819.6
 Adam quomodo mortē potuerit timere, quam nullatenus sciebat. 150.8
 Adam quomodo non ut Eua deceptus 427.8
 Adam quot annos uixerit 648.3
 Adam quot filios habuerit 652.3
 Adam requisitus, culpam fateri noluit 162.8
 Adam saucius 957.346.5
 Adam si talis creatus est, ut immortalis permaneret, cur eis dicitur, Crescite & multiplicamini 136.8
 Adam trāseundo didicit, quid stando fuerit. 166.8
 Adam ubi ueritum contigit, mox offenso creatore cepit ire cum tempore 166.8
 Adam unus est, in quo omnes peccauerunt 90.6
 Adami adiutorium. 149.8
 Adæ cadueris locus, paradisi 202.4
 Adæ caro ante peccatum qualis * A 19.4
 Adæ cōmutatio cur culpa da 743.8
 Adæ cum Christo collatio 428.8
 Adæ & Eua Deus facit tunicas pelliceas. 166.8
 Adæ peccatum 772.5
 Adæ peccatum quo ponere fuerit, ut non solum ipsum, sed & totū genus humanum perdere potuerit 407.8
 Adæ plagæ 346.5
 Adami pœna 164.8
 Adami radicis amaritudinem quasi in uirgulto retinemus 166.8
 Adami sopor 796.6
 Adæ status in paradiso qualis 408.8
 Adæ typus & quot literis conflet, earumque significatio 551.5
 Adamo extasis cur à Deo immissa 817.6
 Adamus quis primò nominari per Adam & uxore Christum & synagoga significantur 31.4
 ad Adam usque ad Caroli imperium quot anni fluxerint 194.2
 ab Adamo quando Do-

minus faciem suam auerterit 572.8
 ab Adam usque ad Christum quot generationes numerentur. 173.8
 in Adā, Cain & Lamech non similes uindictæ 31.4
 ex Adam per Cain progenies cur undenario numero finiatur 175.8
 in Adā quomodo sol ad occasum declinat 573.8
 in Adam & Eua omne genus humanum mortalitatis & passibilitatis uulnere percussum. 801.8
 in Adam omnis humana natura tanquam in radice est uiciata 1022.8
 Adamnanus quæ de loco ascensionis Dominicæ, & sepulchris patriarcharum scripserit 182.3
 Adamnani liber de sanctis locis 180.3
 item de loco Dominicæ natiuitatis, passionis & resurrectionis. ibidem.
 Adar mensis 510.4
 Adar duodecimus Hebræorum mensis. 246.1
 Adelberti episcopi martyrium 248.249.1
 Adactus 445.3
 Adeodatus papa quamdiu federit 203.2
 adeps 758.8
 per Adipem bona conscientia designatur. 758.8
 adipēs quid significant 156.4
 adipēs edere 156.4
 adiutorij lapis 360.8
 adolescentiam sæpè scriptura pro nouitate uitæ ponit 1153.4
 adolescentior quis dicitur 1011.8
 adolescentulæ officium 1051.6
 adolescentulorum officium 987.5
 Adomannus presbyter 498.3
 Adoniram Christum in sinuat 6.8
 Adoniram, Dominus meus excelsus 6.8
 Adoptandi uerbo quare Apostolus utatur. 723.6
 adoptio 724.6
 adoptio nostra per filium Dei 805.5
 adoptionis nomen plurimum in nostra fide habet sacramentum. 724.6

adorare 131.4
 Adramelech 457.4
 Adrianus abbas 114.3
 Adrianus bibliothecam miri operis extruxit. 185.2
 Adrianus Christianos sine obiectu criminum præcipit non damnari 185.8
 Adrianus Iudæos secundo rebelles ultima cæde perdomuit 185.2
 Adrianus martyr. 448.3
 Adrianus Traiani filius quamdiu regnarit. 185.8
 Adriani abbatis obitus 1893. ubi sepultus ibidem.
 Adriani equestris statua in templo Hierosolymitano 4.92.5
 Adriani martyrium. 246.247.1.258.259.1
 aduena 638.8
 aduenæ 170.4
 aduenæ gentiles significant 120.4
 aduentus Christi altus & manifestus 526.8
 aduentus Christi duo. 473.8
 Aduentus Christi humilis cur consilium uocatur 499.8
 aduentus Christi primus humilis 473.8
 aduentus dilationis causa 1004.5.1006.5
 aduentus Domini 266.1.643.5
 aduentus Domini mature expectandus. 1003.5
 aduentus Domini quando celebrandus. 205.1
 aduentus manifestus. 473.8
 aduentus Domini exemplar 425.5
 aduentus Domini forma 424.5
 aduentus Domini notitia 379.5
 aduentus secundi ignorantia 423.5
 aduentum Domini qui non diligit 946.6
 aduentum manifestū Iudei sicut & nos expectant 473.8
 aduentus duos sequuntur duo iudicia. 473.8
 aduentus Domini duo 636.5
 aduerbium quid 16.1.29.1
 aduerbio quot accidant 16.1.30.1
 aduerbia quæ comparentur

In Bedæ opera

tur 14.1
 aduerbia quot modis cōponantur 31.1
 aduerbia unde orientantur 29.1
 aduerbiorum significatio in quo cernatur 30.1
 aduerbiorum ultimæ syllabæ quantæ 44.1
 aduerbiales numeri. 99.1
 aduersarius noster more bestiarum dicitur fuscari 844.4
 aduersa præcognita leuius feruntur 47.7
 aduersitas terrena qualis 592.8
 in Aduersitate quid faciendum 959.5
 aduersitatum utilitas. 309.2
 aduersitates cur Deus hominibus immittat. 657.8
 adulantium linguæ animas in peccatis alligat 484.8
 adulatoris lingua plus nocet quam manus persecutoris 805.8
 831.8
 Adulphus comes à Nafsau imperator decernitur 198.2
 Adulphus militum indigentia apud Vuormanciam occiditur 198.2
 Adulphus quamdiu imperarit 202.2
 in Adulphum & Alberum unde bellum exortum 198.2
 adulteræ à Christolibertio 634.5
 adulteræ conuersatio ad mortem ducit 881.4
 adulteræ domus 881.4
 adulteri 952.5
 adulterium qui specialiter faciat 284.8
 Aebercuring monasteriū 11.3
 ædificare domum Domino 467.4
 ædificare supra fundamēto aurum, argentum, &c. qui dicantur 364. & 367.6
 ædificatio spiritualis. 560.4
 ad Aedificationem pessima quæq; assumi possunt 307.2
 ædificium Dei quomodo Christiani 362.6
 ædificiū spirituale cuiusmodi 898.8
 ædificiū spiritualis portæ 898.8
 Aedilualdus Cuthberti successor 160.3. in mari fratribus tempestatem orando sedat. 160.3

Aeduius excellentissimus rex Anglorū uerbum salutis cū sua gente suscipit 191.2
 Aeduius Paulino sedem episcopatus Eboracæ donat 191.2
 Aegialus primus Sicyoniorum rex 176.2
 Aegyptus 5.5.309.4.466.6.1062.8
 Aegyptus artium mater. 82.2
 Aegyptus cum suis hominibus, à quibus filij Israel oppressi sunt, quid significet 106.4
 Aegyptus, domus seruitutis 121.4
 Aegyptus errore Diofcori latrat 212.2
 Aegyptus & desertum in fidelium corda significant 595.4
 Aegyptus figura huius mundi 996.8
 Aegyptus imbris caret 41.2
 Aegyptus in ualle 857.8
 Aegyptus mundū significat 42.4
 Aegyptus quid in sacris literis significet. 271.8
 Aegyptus quando à Peris recesserit 181.2
 Aegyptus seculi huius forma 275.8
 Aegyptus Syluius Albæ filius 178.2
 Aegyptus Syluius quamdiu regnarit 178.2
 Aegyptus, tenebræ uel afflictio 793.8.996.8.848.8.
 Aegyptus tota in seruitutem redigitur 84.4
 Aegypti totius principatum gerere 84.4
 Aegypti cur quidam in ter insulas retulerint. 920.5
 Aegyptum cur quidam deltam appellauerint. 920.5
 Aegyptum dimittere gradis fortitudo 187.4
 Aegyptiū non abominaberis 332.8
 per Aegyptum & Aethiopiā gentiles designatur 793.8
 per Aegyptum & Idumæum significatur præsens uita 205.4
 per Aegyptum qui designentur 848.8
 Aegyptus primus regnat Ptolemeus Lagi filius 182.2
 de Aegypto exire quando aliquis dicatur incipere 996.8

de Aegypto proficisci 108.4
 Aegyptij ab occasu usque ad occasum dies suos computare solent. 123.1
 Aegyptij annum incipiunt ab autumno. 208.2
 Aegyptij à quarto die calendarum septembriū mensē incipiunt. 207.2
 Aegyptij arithmetice peritissimi 119.2
 Aegyptij hereticos significant 42.4
 Aegyptij inter calculatores palmam tenent. 140.14.6.2
 Aegyptij menses ad solis cursum exegerunt. 73.2
 Aegyptij non comedunt oues 111.4
 Aegyptij uesperum stellam primum adorant 122.1
 Aegyptij unde uocati. 58.2
 Aegyptiorum cultus. 114.4
 Aegyptiorum ergastulū 111.4
 Aegyptiorum flagellatio 825.4
 Aegyptiorum imperium quando inchoauerit 176.2
 Aegyptiorum & Romanorum diuersa intercalandi ratio 141.2
 Aegyptiorū maiores primū cælum metiri conati 87.2
 Aegyptiorum plagæ 275.8
 Aegyptiorum regnum quando exortum. 211.2
 Aegyptiorum regnum in Nectanabo destructū 181.2
 ab Aegyptijs separari. 1080.6
 Aelius Pertinax quādiu regnarit 185.2
 Aelij Pertinacis interitus 185.2
 Aeneas paralyticus. 889.5
 Aeneas quamdiu regnarit 177.2
 Aeneas quando in Italiā uenerit 211.2
 Aeneas Syluius quamdiu regnarit 178.2
 ænigma 70.1
 Aeoles 186.8
 Aeolia uentorum regio 334.2
 2.2.992.8
 971.2

476.8.936.8
 æqualitas omnis pauca & finita 318.2
 æquator circulus 122.2
 sub Aequatore est habitatio secundum plerisque nostri temporis. 44.2
 æquinoctium 494.1
 æquinoctium uernum 504.1
 de Aequinoctio uernali 343.2
 æquinoctia 266.1
 æquinoctia duo 120.2
 207.2.214.1.344.2
 æquinoctia quibus mensibus fiant 10.2
 æquinoctia ueris & autumni æquis spacijs diuenta 344.2
 æquinoctiorum diuersitates 393.1
 æquinoctialis circulus 435.1
 æquinoctialis circulus cur dictus 9.2.322.2
 æquinoctialis circulus quid distantium omnium maximus 10.2
 æquinoctialis circulus cur inhabitabilis 133.2
 æquinoctialis circulus quot stadia habeat. 115.2
 æquinoctialis dies 122.2
 æquinoctialis dies omni mundo æqualis. 120.2
 æquitas 870.4
 æquitas simulata, duplex est iniquitas 754.8.
 æquor 40.2
 ærugo 856.8
 ærugo superbiam significat 825.5
 per Aeruginē quid significet 856.8
 æstas 519.1
 æstas calida & sicca 135.2
 æstas est fidei persecutio 136.2
 æstas meridiano comparatur 136.208.2
 æstas quando incipiat. 326.2
 æstas unde dicitur. 136.2
 estatis & hyemis quibus hominibus sit tātundē dici 10.2
 estatem & hyemem cum antipodibus simul habemus 336.2
 in Aestate cur creatio mundi sit facta 318.2
 æstates binæ in anno apud Indos 136.2
 æstimatio humana fallit 135.7
 æstus maximus in Gallia

197.2
 æstus maris causa 40.2
 æs offerre 1172.4
 æs in zona 58.5
 æris metallum longo tempore incorruptibile durat 1227.4
 per Aeris metallum perfectiora designatur 1228.4
 ætas 51.2
 ætas hominis similis ceræ 343.2
 ætas mundi prima ab Adam usque ad Noe quot generationes continetur 120.2. item quot annos. ibid.
 ætas mundi prima diluuiū tota perijt 120.2
 ætas mundi secūda quot generationes continetur. 120.2. hæc in lingua Hebræa inueta est. ibidem.
 ætas secūda mundi quot complectatur annos 174.2
 ætas mundi tertia quot generationes & annos continetur 120.2. 174.2
 ætas mundi quarta quot generationes & annos continetur 120.2. 174.2
 ætas quarta ubi exordium sumat 178.2
 ætas mundi quinta quot annos continetur 120.2. 174.2
 ætas sexta, septima, octaua 398.7
 ætas mundi sexta nulla generationum uel temporum serie, sed ut ætas decrepita ipsa totius seculi morte finienda 120.2
 ætas sexta quid significet 569.5
 ætas sexta totius seculi morte consummanda est 174.2
 ætas septima * A 25.4
 ætas septima, octaua. 444.7
 ætas octaua 331.5.
 399.7
 ætatis quintæ mundi initium holocaustis consecratur 487.4
 ætates 13.4.125.8.
 474.6
 ætates hominis sex. 668.3
 ætates seculi sex eleganter deductæ 543.5
 æther 381.1
 æther cœli nomine accipitur 131.8
 ætheris etymon 5.4
 æther motus 322.2
 super Aethera esse aquas

congelatas quidam asserunt 320.2
 in Aethere nulla tempestas 108.2
 æternitas, dies sine fine 750.8
 æternitas quomodo seculum hoc sequatur. 476.8
 æternitas in sola trinitate deitate 1007.6
 æternitas uera 316.6
 æternitati nihil accedit aut recedit 718.8
DOcens, quæ pars orationis est? Participiū. Participium quid est? Pars orationis, partē captens nominis, partē uerbū: recipit enim a nomine genera & casus: a uerbo, tempora & significationes: ab utroq; numerum & figuram. Participio quot accidunt? sex, quæ? genera, casus, tempora, significationes, numeros, figuras. Genera participiorū quot sunt? quatuor. quæ? masculinū ut hic lectus: fœmininū, ut hęc lecta: neutrum, ut hoc lectum: cōmune tribus generibus, ut hic & hęc & hoc legens. Cuius generis est hoc participium? omnis. Vnde hoc? quia omnia participia in ens, uel in ans desinentia, omnis generis habentur? Doctus, cuius generis participiū est? masculinū, unde hoc? quia omnia participia in us desinentia, masculinū generis habentur. Doctā, cuius generis participiū est? fœmininū. Vnde? quia omnia participia in a desinentia, fœmininū generis habentur. Doctum, cuius generis participium est? neut. unde hoc? quia omnia participia in um desinentia, neutri generis habentur. Docens, si xum an mobile participiū est? Fixū. Vnde hoc? quia in alterū genus flexi non potest. Lectus, si xum an mobile partic. est? Mobile. unde hoc? quia in alterum genus flexi potest: ut lectus, lecta, lectum, & omnia partic. in us finita, mobilia sunt. Casus participiorū quot sūt? Sex. quæ? Nominatiuus, ut hic legēs: Genitiuus, ut huius legētis: Datiuus, ut

tiuus, ut huic legētī: Accusatiuus, ut hunc legentem: Vocatiuus, ut ō legens: Ablatiuus, ut ab hoc legente. Cuius casus est hoc participium? Nominatiui & Vocatiui. Vnde hoc? quia uel ad tertiā, uel ad secundā personam uerbi refertur: ut docens proficit, docens proficis. Verū & in hac parte, & in Pronominibus, sicut in Nomine premonuimus, casuum proprietates melius ex aliarū partium connectione, in sententijs & plena oratione probantur. Tempora participiorū quot sunt? Triā. Quæ? Præfens, ut legens: præteritū, ut lectus: futurū, ut legendus. Cuius temporis est hoc participiū? Præfentis. Vnde hoc? quia omnia participia in duas desinentias consonantes, præfentis temporis habentur. Doctus, cuius temporis participiū est? Præteriti. Vnde hoc? quia omnia participia in tus desinentia, pariter temporis habentur. Similiter in fus & in xus, ut læsus, nexus. Docturus, cuius temporis participiū est? Futuri. Vnde hoc? quia omnia participia in rus desinentia, futuri item temporis habentur. Similiter in dus, ut legendus, docendus. Significationes participiorū in quo sunt? quia ab actiuo uerbo, duo participia ueniunt, præfens & futurū, ut legens, lecturus. A passiuo duo, præteritū & futurū, ut lectus, legendus. A neutro, duo, sicut ab actiuo: præfens & futurū, ut stans, staturus. A deponenti triā, præfens, præteritū & futurū, ut loquēs, locutus, locuturus. A cōmuni, quatuor: præfens, præteritū, & duo futura, ut criminās, criminatus, criminaturus, criminādus. Cuius significationis est hoc participiū? Actiua. Vnde hoc? Quia ab eo quod est doceo, actiuo uerbo, deriuatur. Similiter & de ceteris significationibus respondendū est. Numeri participiorum quot sunt? Duo, Qui? Singularis, ut hic legens: pluralis, ut hi legentes. Cuius numeri hoc est participiū? singularis. unde hoc? quia docēs cū dico, unum docentē, nō plures significo: & docētēs cū dico, plures docentes, non unū significo. Figuræ participiorum quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex, ut legēs: cōposita, ut negligens. Est hoc participiū simplex, an compositū? simplex. Vnde hoc? quia neq; ex duobus integris, & cetera, sicut in superioribus partibus demonstrata sunt. Inueniuntur formæ casuales in Participijs, an nō? Inueniuntur. Quæ? tripartita in omnibus formis & neutralibus, ut doctā, doctā, doctā: doctum, doctū. Pentaptota in omnib. masculinis, ut lectus, ti, to, tum, te: & in omnib. omnis generis participijs, ut legēs, tis, ti, tem, à legente, ceteris formis carent participia. Quot declinationib. inflectuntur? tribus, quibus? fœminina omnia prima: masculina & neutralia, secunda: omnis generis, tertiā. Da declinationem Participij, &c.

A St, quæ pars orationis est? Coniunctio. Cōiunctio quid est? Pars orationis ad-

nectens ordinansq; sententiā. Coniunctioni quot accidunt? Triā. Quæ? Potestas, figura, ordo. Potestas coniunctionū quot species habet? quinque. quæ? Cōpulatiuas, disiuctiuas, expletiuas, casuales, ratiōnālēs. Da cōpulatiuas, & q; at, atq; ac, ast. Da disiuctiuas, aut, ue, uel, nē, nec, neq;. Da expletiuas, quidē, eadem, saltē, uidelicet, quāquā, quāuis, quōque, aut porro, porro aut, tamen. Da casuales, si, etsi, etiam si, siquidē, quādo, quandoquidē, quā, quinetiā, & quatenus, sin, seu, siue, nam, nāq; nī, nisi, nisi si, sienim, etenim, he, sed, interea, licet, quāobrem, præsertim, itē, itēq;, ceterū, alioquin, præterea. Da ratiōnālēs, ita, itaq;, enim, enim uero, quia, quapropter, quoniam, quoniamquidē, quippe, ergo, ideo, igitur, scilicet, uidelicet, propterea. Cuius speciei est hæc cōiunctio? copulatiua. Vnde hoc? quia copulat tam uerba quā sensum. Aut, cuius speciei cōiunctio est? Disiuctiua. Vnde hoc? quia sensum disiūgit, licet uerba copuletur & coniungat. Quidē, cuius speciei cōiunctio est? Expletiuua. Vnde hoc? quia ad explendū uel sensum uel ornatū sententiæ interponitur. Si, cuius speciei cōiunctio est? Casualis. Vnde hoc? Quia causam præcedentē significat. Enim cuius speciei cōiunctio est? Ratiōnalis. Vnde hoc? quia rei præcedētis rationē reddit. Figuræ coniunctionū quot sunt? duæ. quæ? simplex, ut nam: cōposita, ut nāq;. Est hæc coniunctio simplex an cōposita? simplex. Vnde hoc? quia neq; ex duobus integris, neq; ex duob. corruptis &c, sicut in alijs partibus demonstrata sunt. Ordo coniunctionū in quo est? quia aut præpositiua cōiunctiones sunt, ut at, ast: aut subiunctiua, ut que, aut: aut cōmunes, ut &, igitur. Cuius ordinis est hæc coniunctio? Præpositiui. Vnde hoc? quia semper in oratione præponitur. Que, cuius ordinis cōiunctio est? Subiunctiui. Vnde hoc? quia semper in oratione subiungitur. Igitur, cuius ordinis cōiunctio est? cōmunis. unde hoc? quia semp in oratione ad uerū uniuscuiusq; uel præponitur, uel subiungitur. Sciendū est, cōiunctiōes copulatiuas, ordinis præpositiui esse tres, at, ac, ast. Subiunctiui, unam, que: communis, &, atq;. Disiuctiuas ordinis præpositiui, duas: aut, ne. Subiunctiui unam, ue: communis tres, que, ne, ue. Expletiuas ordinis præpositiui, unam. Porro autem subiunctiui tres, quidem, quōq;, autem: communis septem, equidem, saltem, uidelicet, quenquam, quamuis, porro, tamen. Casualis ordinis præpositiui quatuordecim, etsi, etiam si, quā, sin, seu, siue, nī, nisi si, sienim, quāobrem, præsertim, itemq;, ceterum, alioquin. Cōmunis quatuordecim, siquidē, quādoquidē, quinetiā, quatenus, nam, nāq;, nī si, etenim, ne, sed, interea, licet, item, præterea. Ratiōnalis ordinis præpositiui, unam: enim uero. Cōmunis 14. itaq;, enim, quia, quapropter, quoniam, quoniamquidē, quippe, ergo, ideo

ideo, igitur, scilicet, uidelicet, propter, idcirco. **A**D, quæ pars orationis est? præpositio. Præpositio quid est? pars orationis, quæ præposita alijs partibus orationis, significatio nem earum aut complet, aut mutat, aut minuit. Præpositioni quid accidit? Vnum. Quid? casus tantum, quot? duo. qui? accusatiuus & ablatiuus. Da præpositiones casus accusatiui: ad, apud, ante, aduersum, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, sedenim, post, tras, ultra, præter, propter, supra, usque, penes. Quomodo? Dicimus enim, ad patrem, apud uillam, ante edes, aduersum inimicos, cis Rhenum, citra forum, circum uicinos, circa templum, contra hostem, erga propinquos, extra terminos, inter naves, intramœnia, infra tectum, iuxta macellum, ob augurium, pone tribunal, per parietem, prope fenestram, secundum fores, post tergum, trans ripam, ultra fines, præter officium, propter rem, supra coelum, usque oceanum, penes arbitros. Da præpositiones casus ablatiui: a, ab, abs, cum, coram, clam, de, è, ex, per, præ, palam, sine, absque, tenus. Quomodo? Dicimus enim, a domo, ab homine, abs quolibet, cum exercitu, coram testibus, clam custodibus, de foro, e iure, ex præfectura, pro clientibus, præ timore, palam omnibus, sine labore, absque iniuria, tenus pube, quod nos dicimus puber nus. Da utriusque casus præpositiones. In, sub, super, subter. In & sub, quando accusatiuo casus iunguntur? quando uel nos, uel quoslibet, in locum ire, isse, ituros esse significamus. Quando ablatiuo? quando uel nos, uel quoslibet in loco esse, fuisse, futuros esse significat. Da huius rei exempla. In accusatiui casus: Itur in antiquam syluam. In, ablatiui casus. Stans celsa in puppi. Sub, accusatiui casus. Postesque sub ipsos Nituntur gradibus. Sub, ablatiui casus: Arma sub aduersa posuit radiantia queru- 40 cu. Super, quam uim habet? Vbi locum significat, magis accusatiuo casus seruit, quæ ablatiuo: ubi mentionem alicuius facimus, ablatiuo, tantum. Quomodo seruit casus accusatiuo locum significans? ut Sæua sedens super arma. Quando ablatiuo? Sedibus optatis geminas super arbore sidunt. Et super flore uiridis, nobis mitia poma. Quomodo seruit ablatiuo? quando mentionem alicuius facimus, ut Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. In, quam uim habet? Etiam tum accusatiuo casus seruit, cum significat contra: ut, in alterum, in desertorem. Subter, quam uim habet? Eandem quam superiores, ad locum & in loco significantes. Quomodo seruit accusatiuo, ad locum significans? ut Fluminaque anti- quos subterlabentia muros. Quomodo ablatiuo significans in loco? ut Ferre iubet subter densa testudine casus. Cuius casus est hæc præpositio? accusatiui, unde hoc? quia casus accusatiuo semper in oratione præponitur. Quo-

modo? ut, ad patrem. Sic & de cæteris accusatiui casus præpositionibus respondendum. Ab, cuius casus præpositio est? Ablatiui. Vnde? quia casus ablatiuo semper in oratione præponitur. Quomodo? ut ab homine. Sic & de cæteris ablatiui casus præpositionibus, respondendum. In, cuius casus præpositio est? utriusque, unde hoc? quia tantum accusatiuo quam ablatiuo casus semper in oratione præponitur. Quomodo accusatiuo? ut, Itur in antiqua syluam. Quomodo ablatiuo? ut Stans celsa in puppi. Cuius casus est in, hoc loco? illius uel illius. Sic & de cæteris utriusque casus præpositionibus respondendum. Quæ præpositiones sunt, quæ dictionibus seruiunt, & separari non possunt? di, dis, re, se, am, con. Quomodo? Dicimus enim, diduco, distraho, recipio, seruabo, amplector, congregior. Habet hæc præpositio cum eis aliquam cõmunionem, an non? Non. Vnde? quia separari potest. Quomodo? ut ad patrem. Quæ sunt quæ iungi non possunt? Apud, & penes. Habet hæc præpositio cum eis aliquam cõmunionem, an non? Non. Vnde hoc? quia iungi potest. Quomodo? ut addo. Quæ iunguntur & separantur? cæteræ ferme omnes. Habet hæc præpositio cum eis aliquam cõmunionem, an non? Habet omnino. Vnde hoc? quia ut supra responsum est, & iungitur & separatur. Scirendum uero accusatiuos præpositiones quæ iungi possunt, esse undecim. Ad, ut admoneo: ante, ut antecedo: circum, ut circumeo: circa, ut circūcirca: contra, ut contradico: inter, ut interdico: ob, ut oberro: per, ut permitto: post, ut postpono: trans, ut transero: præter, ut præterfluo. Quæ iungi non possunt? Quindecim. Apud, aduersum, cis, citra, erga, extra, infra, iuxta, prope, secundum, ultra, propter, supra, usque, penes. Sed ex his duas tantum Donatus assignat, apud & penes: cæteras idcirco prætermisisse uideatur, quia magis aduerbia sunt: unde & pleræque earum comparationem recipiunt, & uerbis adiectæ, sine casibus proferuntur: nã comparationem recipiunt, ut citra, citerius, citimè, unde etiã nomen citerior, citimus deriuatur. Similiter extra, exterius, extimè, unde & nomen exterior, extimus, uel extremus deriuatur. Similiter supra, superius, supremè, unde etiã nomen superior, supremus deriuatur. Verbis bene aduerbialiter iunguntur, ut citra habitat, extra iacet, infra latet, iuxta sedet, prope incedit, ultra progreditur, supra conscendit, & iubet usque morari, & usque ambo defessimus. Denique aduersum & secundum, manifestè nomina loco aduerbiorum uel præpositio num posita dignoscuntur, quatuor partium plurima similitudo, et quædam uidetur esse germanitas, ut & præpositiones in aduerb. & aduerbia in præpositiones frequentis, trãseant. Itẽ ablatiui casus præpositiones, quæ iungi possunt, sunt octo: a, ut amitto, ab, ut abnego, abs, ut abstra-

ho: de, ut demulceo: e, ut emitto: ex, ut exeo: pro, ut protego: præ, ut præfero. Quæ iungi non possunt, septem: cum, coram, clam, palam, sine absque, tenus. Quæ si quis scire desiderat, quantum cum aduerbijs habeant uicinitatem, legat Prisciani de præpositione tractatus. Item utriusque casus præpositiones omnes iungi possunt: in, ut incolo: sub, ut subsisto: super, ut superpono: subter, ut subtericeo.

EVax, quæ pars orationis est? Interiectio: Interiectio quid est? Pars orationis significans mentis affectum uoce incondita. Interiectio quid accidit? Tantum significatio. Significatio interiectionis in quo est? Quia aut lætitiã significamus, ut euax: aut dolorẽ, ut heu: aut admirationẽ, ut pape: aut metu, ut atar, & si qua sunt similia. Cuius significatio est hæc interiectionis? Lætadi. Vnde hoc? Quia euax, cum dicimus, lætari nos profectò significamus. Heu, cuius significatio interiectionis est? Dolendi. Vnde hoc? quia heu cum dicimus, dolere nos profectò significamus. Pape, cuius significatio interiectionis est? Admirandi. Vnde hoc? Quia pape cum dicimus, aliquid profectò miramur. Atar, cuius significatio interiectionis est? Metuendi. Vnde hoc? quia atar cum dicimus, aliquid nos metuere significamus. Sunt & alia plurimæ interiectionum significationes, quæ tamen ex his quatuor ueluti quibusdam perturbationum fontibus, dimanare noscuntur.

BEDÆ PRES- BYTERI DE OCTO PARTIBVS ORATIONIS LIBELLVS.



DARTES orationis sunt octo. Nomen, pronome, uerbum, aduerbiũ, participiũ, coniunctio, præpositio, interiection. Ex his duæ sunt principales partes orationis, nomen, uerbum. Latini articulum non adnumerant, Græci Interiectionem. Multi plures, multi pauciores partes orationis putant: uerum ex his omnibus tres sunt, quæ sex casibus inflectuntur: Nomen, pronomen & participiũ. Nomen, est pars orationis, cum casu corpus aut rem, propriè communiterque significans. Propriè, ut Roma, Tiberis: communiter, ut, urbs, flumen. Nomini accidunt sex: qualitas, comparatio, genus, numerus, figura & casus. Nomen, unius nominis: appellatio, multarum uocabulum est rerum, sed modò nomina generaliter dicimus. Qualitas nominum bipartita est: aut enim propria sunt nomina, aut appellatiua. Propriorum nominum, secundum Latinos, quatuor sunt species: Prænomen, nomen, cognomen, agnomen, ut, Publius Cornelius Scipio Africanus. Cõmunia

prænomen aut singulis literis notantur, ut C. Cæsar, L. Catilina: aut binis, ut Gn. Pompeius: aut trinis, ut, Sex. Roscius. Appellatiuorum multæ sunt species: alia enim sunt corporalia, ut pietas, iustitia, dignitas: alia sunt primæ positionis, ut mons, schola: alia deriuatiua, ut, montanus, scholasticus: alia diminutiua, ut, monticulus. Diminutiuorum nominum tres sunt gradus, quorum forma quo magis minuitur, crescit saepe numerus syllabarum. Sunt etiã quædam diminutiua, quorum origo non certatur, ut fabula, macula, tabula, uinculum. Sunt nomina tota Græcæ declinationis, ut Temeisto, Calypso, Pan. Sunt tota conuersa in Latinam regulam: Polydectes, Pollux, Odysses, Ulysses. Sunt inter Græcam Latinamque formam, quæ netha appellantur, ut Achilles, Agamemnon. Sunt alia nomina, quæ una appellatione plura signant, ut nepos, acies, aries. Sunt etiã alia synonyma uel polyonymata, ut, terra, humus, tellus: ensis, mucro, gladius. Alia patronymica, ut Pelides, Atrides. hæc & ab auis & patribus saepe fiunt. In his quæ Græca sunt, siue mascula, siue fœmina fuerint, Græcam magis seruabimus regulam. Alia horum mascula, aut in des exeunt, ut Atrides, ab Atreo: aut in lius, ut Pelius, à Peleo: aut in ion, ut Nereion, à Nereo. Fœminina autem in is exeunt, ut Atreis: aut in as, ut Pelias: aut in ne, ut Nerine. Sunt alia thetica, id est possessiua, quæ in ius exeunt, ut, Euandrius ensis, Agamemnonia Mycenæ: alia mediæ significationis, & adiecta nominibus, ut, magnus, fortis. Dicimus enim, magnus uir, fortis exercitus. Hæc etiã epitheta dicuntur. Alia qualitatis, ut bonus, malus: alia quantitatis, ut magnus, paruus: alia gentis, ut Græcus, Hispanus: alia patriæ, ut Thebantus, Romanus: alia numeri, ut, unus duo: alia ordinis, ut, primus, secundus. sed primus de multis: de duobus prior dicitur. sicut & de duobus, alterũ dicimus: ita de multis aliũ. Sunt alia ad aliquid dicta, ut pater, frater: sunt alia ad aliquid quodammodo se habentia, ut dexter, sinister. Hæc & comparatiuũ gradum admittunt, ut dexterior, sinisterior. Sunt alia generalia, ut corpus: alia specialia, ut lapis, homo, lignum: alia facta de uerbo, ut doctor, factor, lector: alia similia participijs, ut demens, sapiens, potens: alia uerbis similia, ut comedo, palpo, contemplator, speculator.

Comparationis gradus sunt tres: positiuus, comparatiuus, & superlatiuus. Positiuus, ut fortis: comparatiuus, ut fortior: superlatiuus, ut fortissimus. sed comparatiuus gradus, generis est semper cõmunis. Comparantur autem nomina, quæ aut qualitatem, aut quantitatem significant: sed non omnia nomina per omnes gradus exeunt. alia enim positiuus tantum inuenitur, ut mediocris: alia positiuus & comparatiuus tantum, ut senex senior, iuuenis iuuenior: alia positiuus & superlatiuus, ut pius, piissimus.

piſſimus. nam pro ſecundo gradu, magis aduerbium ponitur, ut magis pius: aliàs comparatiuus & ſuperlatiuus, ut ulterior, ultimus: aliàs ſuperlatiuus tantum, ut nouiſſimus. Ex tra hanc formam ſunt, ut, bonus & malus, & magnus. Dicimus enim, bonus, melior, optimus: malus, peior, peſſimus: magnus, maior, maximus. Comparatio nominum proprie in comparatio & ſuperlatiuo gradu eſt conſtituta. nam poſitiuus, perfectus & abſolutus eſt. Sæpe autem comparatiuus gradus præponitur ſuperlatiuo: ut, ſtultior ſtultiſſimo, & maior maximo. Sæpe minus poſitiuo ſignificat, quamuis recipiat comparationem, ut mare Ponticum dulcius, quam cætera maria. Sæpe idem pro poſitiuo poſitus, minus poſitiuo ſignificat, & nulli comparatur: ut, iam ſenior, ſed cruda Deo uiridisq; ſenectus. Sunt nomina ſignificatione diminutiua, intellectu comparatiua: ut, grandiuſculus, maiuſculus, minuſculus. Comparatiuo, tam, aut minus, aut minime, aut magis, aut maxime addici non oportet: addicuntur autem poſitiuo tantum. Dicimus enim tam malus, minus bonus, minus malus, magis bonus, magis malus, maxime bonus, maxime malus. Comparatiuus gradus ablatiuo caſui adiungitur, utriuſq; numeri: ſed tum utitur, cum aliquem uel alieno, uel ſuo gradu comparamus: ut, Hector fortior Diomede, uel audacior Troianis fuit. Dicimus, aut fortior hic quam ille. Superlatiuus autem tantum genitiuo plurali adiungitur: ſed nunc hoc utitur, cum aliquem ſuo gradu comparamus: ut, Hector fortiſſimus Troianorum fuit. plerumq; ſuperlatiuus pro poſitiuo ponitur, & nulli comparatur, ut Jupiter optimus maximus. Interdum comparatiuus nominatiuo adiungitur, ut doctior hic, quam ille. Genera nominum ſunt quatuor: Masculinũ, foeminiũ, neutrum, commune. Masculinum eſt, cui numero ſingulari, caſu nominatiuo, pronomen uel articulus præponitur hic: ut, hic magiſter. Foeminiũ eſt, cui numero ſingulari, caſu nominatiuo, pronomen uel articulus præponitur hæc: ut, hæc muſa. Neutrũ eſt, cui numero ſingulari, caſu nominatiuo, pronomen uel articulus præponitur hoc: ut, hoc ſcammũ. Commune eſt, quod ſimul masculinũ foeminiũq; ſignificat: ut, hic & hæc ſacerdos. Sed ex his uel principalia, uel ſola genera duo ſunt: masculinum & foeminiũ. nam neutrũ de utroq; naſcitur. Eſt etiam trium generum commune, quod omne dicitur: ut, hic & hæc & hoc felix. Eſt epicœnum, id eſt promiſcuum, quod ſub una ſignificatione marem & foeminam comprehendit, ut paſſer & aquila. Sunt præterea alia ſono masculina, intellectu foemina, ut Eunuchus comœdia, Oreſtes tragœdia, Centaurus nauis: alia ſono foemina, intellectu masculina, ut, Fenefſtella ſcriptor, Aquila orator: alia ſono neutra, intellectu foemina, ut

Phroneſiũ, Glycerium, Sophroniũ, quæ mulieres ſunt: alia ſono foemina, intellectu neutra, ut poëma, ſtemma: alia ſono masculina, intellectu neutra, ut pelagus, uulguſ. Sunt præterea nomina in ſingulari numero alterius generis, & in plurali alterius: ut, balneum, tartarus, cœlum, porrum, cœpe, formanium. Sunt item nomina incerti generis, inter masculinũ & foeminiũ: ut cortex, radix, ſilex, ſiſis, ſtirps, pinus, pampinus, dies. Sunt incerti generis, inter masculinum & neutrũ, ut frenus, clypeus, uulguſ, ſpecus. Sunt nomina incerti generis inter foeminiũ & neutrum, ut buxus, pyrus, prunus, malus: ſed neutro genere fructum, foeminiũ ipſas arbores dicimus sæpe. Sunt etiam genera nominum fixa, ſunt mobilia. Fixa ſunt, quæ in alterum genus flexi non poſſunt, ut pater, mater, frater, ſoror. Mobilia autem, aut propria ſunt, & duo genera ex ſe faciunt, ut Caius Caia, Martius Martia: aut appellatiua ſunt, & tria genera faciunt, ut bonus, bona, bonum: malus, mala, malum. Sunt item alia nec in eorum fixa, nec in eorum mobilia: ut draco dracœna, leo leœna, gallus gallina, rex regina. Sunt diminutiua, quæ non ſeruant genera, quæ ex nominibus primæ poſitionis receperunt: ut, ſcutum ſcutella, piſtrinum piſtrilla, canis canicula, rana ranunculus, ſtatua ſtatiuncula. Nomen in a uocalem deſinens, nominatiuo caſu, numero ſingulari, aut masculinum eſt, ut Agrippa: aut foeminiũ, ut Martia: aut neutrum, ut toreuma, ſed tum Græcum eſt: aut commune, ut aduena: aut epicœnum, ut aquila. Nomen in e uocalem deſinens in nominatiuo caſu, numero ſingulari, aut foeminiũ eſt, ut Euterpe: aut neutrũ, ut ſedile. Nomen in i uocalem deſinens nominatiuo caſu, numero ſingulari, aut neutrum Græcũ eſt: ut gummũ, ſinapi: aut triũ generũ, ut abſolon, ut frugi, nihili. Nomen in o uocalem deſinens nominatiuo caſu, numero ſingulari, aut masculinum eſt, ut Scipio: aut foeminiũ, ut Iuno: aut commune, ut pumilio. Nomen in u uocalem deſinens nominatiuo caſu, numero ſingulari tantum neutrum eſt, ut cornu, genu, gelu. ſed hæc nomina, & quæ in conſonantes deſinunt, diuerſas regulas & multiplices habent. Numeri ſunt duo: ſingularis & pluralis. Singularis, ut hic ſapiens: pluralis, ut hi ſapientes. Eſt & dualis numerus, qui ſingulariter enunciarĩ nõ poſteſt, hi ambo, hi duo. Sunt etiam nomina numero communia, ut res, nubes, dies. Sunt ſemper ſingularia generis masculini, ut Publius, ſanguis. Sũt ſemper pluralia, ut manes, Quirites. Sunt ſemper ſingularia, generis foemini, ut pax, lux. Sunt ſemper pluralia, ut calendæ, nundinæ, feriæ, nuptiæ, quadrigæ. Sũt ſemper ſingularia generis neutri, ut pus, uirus, aurum, argentum, oleum, ferum, triticum: hæc & ſerè cætera, quæ ad menturam pondus ue referuntur, quæq; multa conſuetudine

armã, Floralia, Saturnalia. Sunt quædam poſitione ſingularia, intellectu pluralia, ut, populus, conſcio, plebs. Sunt quædã poſitione pluralia, intellectu ſingularia, ut, Athenæ, Thebæ, Cumæ. Figura nominibus accidunt duæ: Simplex & compoſita. Simplex, ut doctus, potens: compoſita, ut, indoctus, impotens. Compoſuntur autem nomina modis quatuor: ex duobus integris, ut ſuburbanus: ex duobus corruptis, ut, efficax, municeps: ex integro & corrupto, ut, ineptus, inſulſus: ex corrupto & integro, ut, nugigerulus. Compoſuntur etiam ex pluribus, ut, inexpugnabilis, imperterritus. In declinatione compoſitorum nominũ animaduertere debemus, quod ea quæ ex duobus nominatiuis compoſita fuerint, per omnes caſus ex utraq; parte declinari poſſunt, ut, eques Romanus, prætor urbanus. Quæ ex nominatiuo, & quolibet alio caſu compoſita fuerint, ea parte declinari tantum, qua fuerit nominatiuus caſus, ut præfectus equitum, uel ſenatus conſultum. Prouidendum eſt autem, ne ea nomina componamus, quæ aut compoſita ſunt, aut componi omnino non poſſunt. Caſus nominum ſunt ſex: Nominatiuus, genitiuus, datiuus, accuſatiuus, uocatiuus, ablatiuus. Ex his duo recti appellantur, Nominatiuus & uocatiuus: reliqui autem obliqui. Ablatiuũ Græci non habent: hunc quidam Latinum, nonnulli ſextum caſum appellant. Eſt autem nominatiuus, ut, hic Cato: Genitiuus, huius Catonis: datiuus, huic Catoni: accuſatiuus, hunc Catonem: uocatiuus, ô Cato: ablatiuus, ab hoc Catone. Quidam etiam aſſumunt ſeptimum caſum, qui eſt ablatiuo ſimilis, ſed ſine præpoſitione: ut ſit ablatiuus caſus, ab oratore uenio: ſeptimus caſus, oratore magiſtro utor. Sunt autẽ formæ caſuales ſex, e quibus ſunt nomina alia monoptota, alia diptota, alia triptota, alia tetrapto, alia pentapto, alia hexapto. Sunt præterea hæc aptota, quæ neq; per caſus, neq; per numeros declinantur: ut, frugi, nihili, nequam, ſas, neſas, nugas. In qua forma ſunt etiam nomina numerorum, à quatuor uſq; ad centum. nam ab uno uſq; ad tres, per omnes caſus numeri declinantur. Item à ducentis, & deinceps, præter mille. Sunt nomina quorum nominatiuus in uſu non eſt, ut ſi quis dicat hunc laterem, * uel ab hac diſtione. Item per cæteros caſus nomina multa deſiciunt, ut ſponte, tabo. Sunt præterea nomina, quorum alia genitiuum caſum traſunt, ut ignarus belli, ſecurus armorum: alia datiuum, ut inimicus malis, cõgruus paribus: alia accuſatiuum, ſed figuratè, ut exoſus bella, præſcius futura: alia ablatiuum, ut ſecundus à Romulo, alter à Sylla: alia ſeptimum caſum, ut dignus munere, maſtus uirtute. Omnia nomina ablatiuo, numero ſingulari, quinque literis uocalibus terminantur, ſed ea duntaxat, quæ non ſunt aptota: in illis enim regula non tene

tur. Quæcunq; nomina ablatiuo ſingulari uocali fuerint terminata, genitiuum pluralem in rum ſyllabam mittunt, datiuum & ablatiuum in is: ut, ab hac muſa, harum muſarum, his muſis. Neceſſe eſt autem contra hanc regulam, ut declinantur hæc nomina, in quibus genera diſcernentia ſunt: ut ab hac dea, harum dearum, his & ab his deabus: ne ſi dijs dixerimus, deos nõ deas ſignificare uideamur. Quæcunq; nomina ablatiuo caſu ſingulari e litera correpta fuerint terminata, genitiuum pluralem in um ſyllabam mittunt, datiuum & ablatiuum in bus: ut ab hoc pariete, horum parietum, & ab his parietibus. Contra hanc regulam inuenimus: ut ab hoc uafe, horum uaſorum, his uafis. Si uerò e producta fuerint terminata, genitiuum pluralem in rum ſyllabam mittunt, datiuum & ablatiuum in bus: ut, ab hac re, harum rerum, his & ab his rebus, ſed hæc regula foemini generis putatur. Quæcunq; nomina ablatiuo caſu ſingulari, i litera fuerint terminata, genitiuum pluralem in ium mittunt, & datiuum & ablatiuum in bus: ut, ab hac puppi, harum puppium, his & ab his puppibus. Huiusmodi nomina caſum accuſatiuum pluralem, propter differentiam, melius in is quam in es terminant: ut, has puppis, nauis, clauis, puppim, nauim, clauim: non puppem, nauem, clauem. Horum autem nominũ quæ genitiuo caſu plurali, ium ſyllabam exire poſſunt, trina regula eſt. prima eorum quæ nominatiuo caſu ſingulari ns literis terminantur, ut mons montiũ, altera eorum quæ ablatiuo caſu ſingulari e correpta finitur, & foemina ſunt, ut ab hac cæde, harum cædium, his & ab his cædibus. tertia eorum, quæ ablatiuo caſu ſingulari, i litera terminantur, ut ab hac reſti, harum reſtium, his & ab his reſtibus. Sed hæc regula etiam accuſatiuum ſingularem interdũ ſyllabam per im literam terminat: ut hanc reſtim, & hanc puppim: horum multa cernimus conſuetudine cõmutata. Quæcunq; nomina ablatiuo caſu ſingulari o litera fuerint terminata, genitiuum pluralem in rum ſyllabam mittunt, datiuum & ablatiuum in is: ut, ab hoc docto, horum doctõrũ, his & ab his doctõis. Contra hanc regulam inuenimus, ut ab hac domo, harum domorum, his & ab his domibus, & ab hoc iugere, horum iugerum, his & ab his iugeribus. Sed ſcire debemus, multa quidam ueteres aliter declinaſſe: ut ab hac domu, harum domuum, his & ab his domibus: & ab hoc iugere, horum iugerum, & ab his iugeribus. Verum meminerimus euphoniã in diſtioni bus plus interdum ualere, quam analogiã uel regulas præceptorum. Quæcunq; nomina ablatiuo caſu in u litera fuerint terminata, genitiuum pluralem in um ſyllabam mittunt: geminata u litera, datiuum & ablatiuum in bus: ut ab hoc fluctu, horum fluctuum, his & ab his fluctibus: nam nihil neceſſe eſt retinere u literam

ram, & fluctibus dicere, cum artibus necessitate dicamus: ne quis nos artes non artus significare uelle, existimet. In hanc regulam non eueniunt, ut dictum est, aptota nomina, ut fas, nefas, nihil: non ueniunt tantum pluralia, ut Saturnalia, Vulcanalia, compedalia: non ueniunt, quae a Graecis sumptimus, ut emblemata, epigrammata, stemmata, poemata: nam huius formae nomina etiam ueteres foemino genere declinabant. In his regulam analogia uel ex collatione positum nominum, uel ex diminutione cognoscitur. Meminerimus haec Graeca nomina, ad Graecam formam declinari, & si illa nonnulli ad Latinos casus nituntur inflectere. Duodecim literis omnia nomina Latina, casu nominatiuo singulari terminantur: uocalibus quinque, semiuocalibus sex, muta una: a, e, i, o, u, l, m, n, r, s, x, t: a, ut tabulae; ut fedilei; ut frugio; ut ratio: u, ut genu, l, ut mel; m, ut scamnum; n, ut flumen; r, ut arboris; ut flos; x, ut nox; t, ut caput: adijciunt quidam c, ut lac, halec.

Pronomen, est pars orationis, quae pro nomine posita, tantum de penes significat, personamque interdum recipit. Pronomina accidunt sex: Qualitas, genus, numerus, figura, persona, casus. Qualitas pronominum duplex est: aut enim finita sunt pronomina, aut infinita. Finita sunt quae recipiunt personas: ut ego, tu, ille: infinita sunt, quae non recipiunt personas: ut quis, quae, quod. Sunt etiam pronomina minus quam finita: ut ipse, iste. Sunt praepositiua, ut quis, hic. Sunt subiunctiua, ut is, idem. Sunt alia gentis, ut cuius, nostras, cuius, nostratis: alia ordinis, ut quotus, totus: alia numeri, ut quot, tot: alia ad aliqd dicta: infinita, ut cuius, cuius: alia ad aliqd dicta finita: ut meus, tuus, suus: haec etiam possessiua dicuntur. Sunt etiam alia qualitatis: ut, qualis, talis: alia quantitatatis: ut, quantus, tantus. Sunt alia demonstratiua, quae rem praesentem norant: ut hic & haec & hoc alia relatiua, quae rem absentem significant: ut, is, ea, id. Sunt alia magis demonstratiua: ut eccum, eccam, ellum, ellam. Genera pronominum, ita ut nominibus accidunt omnia, Masculinum, ut quis: foemininum, ut quae: neutrum, ut quod: commune, ut, qualis, talis. Sunt etiam trium generum: ut, ego, tu, ille. Numerus accidit pronomibus uterque, Singularis, ut iste: pluralis, ut ista. Sunt etiam numero communia, ut qui & quae. Dicimus enim, qui uir, qui uiri: quae mulier, quae mulieres. Sunt pronomina tota singularia, ut meus, tuus: tota pluralia, ut noster, uester. Figura etiam in pronomibus duplex est: aut enim simplicia sunt pronomina, ut quis: aut composita, ut quisquis. Nam composita pronomina secundum formam nominis ex ea parte declinantur, qua pronomine finit casus nominatiui: cuius rei exempla sunt: ut quisquis, quispiam, aliquis, quisnam: nam idem, quod constat ex duobus corruptis est, quum producit, masculinum pronomine

est, quum corripitur, neutrum est: ut hic correptum, pronomine est, quum producit, aduerbium loci. Personae pronomibus finitis accidunt tres: prima, ut ego: secunda, ut tu: tertia, ut ille. Sed haec prima persona & secunda generis sunt communis: & prima persona in hoc pronomine, cum est numeri singularis, non habet nominatiuum casum, pluralem habet. Casus item pronominum sex sunt, quemadmodum nominum: Nominatiuus, ut hic: genitiuus, ut huius: datiuus, ut huic: accusatiuus, ut hunc: uocatiuus, o: ablatiuus, ab hoc. Sunt pronomina quae non per omnes casus declinantur: ut eccum, eccam, ellum, & cuius, cuius, cuius, cuius, nostratis. Sunt etiam sine nominatiuo & uocatiuo: ut, sui, sibi, se, a se: haec non sunt numeri communis. Sunt item sine nominatiuo: ut, ego, mei, uel mis, mihi, me, a me. Nullum autem pronomine recipit comparationem, quam uis qualitatem & quantitatem significant. Inter pronomina & articulos hoc interest, quod articuli uero cum pronomibus aut nominibus aut participiis adiunguntur: ut, hic, huius, huic, hunc, o, ab hoc: & pluraliter, hi, horum, his, hos, ab his. Haec eadem pronomina articulis, & pro demonstratione ponuntur: ut, neuter, uter, omnis, alter, nullus, alius, ambo, uterque. Sunt qui nomina, sunt qui pronomina existimant: ideo quod articuli in declinatione non indigent.

Verbum, est pars orationis, cum tempore et persona, sine casu aut agere aliquid aut pati, aut neutrum significans. Verbo accidunt septem: Qualitas, coniugatio, genus, numerus, figura, tempus, persona. Qualitas uerborum in modis & in formis est. Modi autem, ut multi existimant, septem: Indicatiuus, qui est pronuntiatiuus, ut lego. Imperatiuus, ut lege. Promissiuus, ut legam: sed nos hunc modum non accipimus. Optatiuus, ut utnam legerem. Coniunctiuus, ut cum legam. Infinitiuus, ut legere. Imperfonalis, ut legitur. Sed hunc quidam modum pro genere ac significatione uerbi accipiunt. Imperfonalis, cuius uerba in tur exeunt, aut in is, aut in et. Sed quae in tur & in it exeunt, haec ab indicatiuo oriuntur: ut lego, legitur, contingo, contigit. Quae in et exeunt, duas formas habent: quia enim ab indicatiuo oriuntur, ut misereri, miseretalia se oriuntur, ut tædet, pudet, poenitet: quamuis ueteres dixerunt pudeo, tædeo. Qualitas uerborum etiam in formis est constituta, quas formas alij uerborum generibus, id est, significationibus miscent. Formae igitur Latinae sunt quatuor: nam & his Graeca lingua deficit. Perfecta, meditata, inchoatiua, frequentatiua. Perfecta, ut lego. Meditata, ut lecturio. Frequentatiua, ut lectito. Inchoatiua, ut feruesco, caleo: sed frequentatiua semper primae coniugationis sunt.

nis sunt: inchoatiua uerba non per omnia tempora declinantur, quia quae inchoantur, praeteritum tempus non habent: quia oriuntur a neutralibus uerbis. Sunt etiam frequentatiua de nomine ueniencia, ut patricat, crocitat. Sunt quasi diminutiua, quae a perfecta forma ueniunt: ut forbillo, sigillo. Sunt autem sine origine perfectae formae: ut potisso, uacillo: & frequentatiua saepe in tres gradus deducunt uerbum: ut curro, curso, cursitos: saepe in duos tantum, ut nolo nolito. Sunt uerba inchoatiuis similia, quae inchoatiua non esse, tempore praenoscimus: ut, compecco, copescui. Sunt item alia inchoatiua, quae perfecta ueniunt: ut, horreo, horresco. Sunt quae originem non habent, ut consuesco, quiesco. Coniugationes uerbis accidunt tres: Prima, in a: secunda, in e: tertia, in i. Prima est, quae in indicatiuo modo, tempore praesenti, numero singulari, secunda per forma, uerbo actiuo & neutrali a productam amat: aut nouissimam literam passiuo, communi & deponenti, aut nouissimam syllabam: ut, uoco, uocas, uocor, uocaris: & futurum tempus eiusdem modi, in bo & in bor syllabam mittit: ut, uoco, uocabo, uocor, uocabor. Secunda est, quae in indicatiuo modo, tempore praesenti, numero singulari, secunda persona uerbo actiuo & neutrali e productam habet: aut nouissimam literam, passiuo, communi & deponenti, aut nouissimam syllabam: ut, moneo, moneor, moneor, moneor, moneor. Tertia est, quae in indicatiuo modo, tempore praesenti, numero singulari, secunda persona, uerbo actiuo & neutrali, i literam interdum productam, interdum correptam habet: aut nouissimam literam passiuo, communi & deponenti e correptam habet, aut i productam, aut nouissimam syllabam: ut, lego, legis, legor, legeris: audio, audis, audior, audiris: & futurum tempus eiusdem modi in am syllabam mittit, uel in ar: ut, lego, legam, legor, legar: audio, audiam, audior, audiar: & altera species tertiae coniugationis, quae i producta enunciat, hanc non nulli quartam esse coniugationem putant: quod futurum tempus in am & in bo, in ar & in bor mittit rite syllabam: ut seruiuo, seruiam, seruibo: uincio, uincis, uinciam, uincibo: uincior, uinciris, uinciar, uincibor: quod quidam resutantes negant in bo & in bor rite exire posse, tertiam coniugationem, nisi in eo uerbo, quod in prima persona indicatiui modi, temporis praesentis, numeri singularis, e aut o habuerint: ut eo, queo, eam, quea, ibo, quibo: et passiuo, queor, quear, quibar, & si qua sunt similia. Genera uerborum, quae ab alijs significationibus dicuntur, quinque sunt: Actiua, passiuua, neutra, communita, deponentia. Actiua sunt, quae o litera terminantur, & accepta r, faciunt ex se passiuua, ut lego, legor. Passiua sunt, quae in r litera terminantur, & ea amissa, redeunt in actiua, ut legor, lego. Neutra sunt, quae o litera terminantur, & accepta r, Latina non sunt, ut sto, curso. Sunt etiam neutra, quae i litera terminantur, ut odij, ioui, coepi, memini. Sunt item quae um syllaba desinunt, ut sum, profum: item quae in et exeunt, & imperfonalia dicuntur: ut pudet, poenitet, tædet: sed haec & similia defectiua existimanda sunt. Sunt praeterea neutropassiuua, ut audeo, ausus sum, gaudeo, gaudis sum; soleo, solitus sum. Deponentia sunt, quae i litera terminantur, & ea amissa, Latina non sunt, ut conficior, conuertor. Communia sunt, quae i litera terminantur, & in duas formas cadunt, agentis & patientis, ut scrutor, criminor. Dicimus enim, scrutor te, & scrutor a te: criminor te, criminor a te. Sunt uerba extra hanc regulam, quae in aqualia dicuntur: ut soleo, facio, fio, fido; audeo, gaudeo, uesco, feror, medeor, edo, uolo; nolo. Sunt quae non rite declinari possunt: ut cedo; aue, faxo, is, insit, in qua, quaso; aio. Sunt item monosyllaba, quae etiam contra regulam producta sunt, ut sto, do, flo. Similiter uerba in certa significatione, tondeo, lauo, fabrico, punio, muno, munio, partior; populo, assentior; adulo, luco, auguro: haec enim omnia uerba in o & in r literas finiuntur, & his uerbis tempora participiorum accidunt penes omnia. Sunt item uerba quae componere possunt: ut pono, traho, repono, retraho. Sunt quae non possunt, ut aio, quaso. Numeri uerbis accidunt duo: singularis & pluralis. Singularis, ut lego; pluralis, ut legimus. Item secundum quosdam dualis, ut legerem. Figura uerborum duae sunt: aut enim simplicia sunt uerba, ut scribo: aut composita, ut describo. Componuntur & uerba quatuor modis, ut ceterae partes orationis: ut repono, sufficio, reficio, incipio, suspendo. Sunt uerba composita, quae simplicia fieri possunt, ut repono, distraho: sunt quae non possunt, ut suspicio, compleo. Tempora uerbis accidunt tria: praesens, praeteritum, & futurum. Praesens, ut lego: praeteritum, ut legi: futurum, ut legam; sed praeteriti temporis differentiae sunt tres: imperfecta, perfecta, plusquam perfecta. Imperfecta, ut legebam: perfecta, ut legi: plusquam perfecta, ut legeram. Ergo in declinatione uerborum numeramus, praesens, praeteritum imperfectum, praeteritum perfectum, praeteritum plusquam perfectum & futurum. Personae uerbis accidunt tres: prima, secunda, tertia. Prima est, quae dicitur: ut lego. Secunda, cui dicitur: ut legis. Tertia, de qua dicitur: ut legit. Sed prima persona non indiget casu, sed admittit plerumque nominatiuum, ut uerberor inno cens, seruiuo liber. Secunda persona trahit nominatiuum, ut uerberaris inno cens, seruis liber. Tertia persona trahit nominatiuum, ut uerberatur inno cens, seruit liber. Quinientia uerba imperfonalia quae in tur exeunt, casu seruiunt datiuo & ablatiuo: ut geritur a te, uel

illucitur mihi, tibi, illi. Quæ in it exeunt, casus sui deseruiunt datiuo: ut contingit mihi, tibi, illi: quæ in et exeunt, ea modo datiuo, modo accusatiuo casui seruiunt: ut libet mihi, tibi, illi: decet me, te, illum. Sunt uerba præterea, quorû alia genitiui casus formulâ seruât, ut misereor mei, tui, sui: reminiscor mei, tui, sui: alia datiuo, ut maledico tibi, suadeo tibi: alia accusatiui, ut accuso illum, inuoco istum: alia ablatiuo, ut discedo ab illo, auertor ab illo: alia septimi casus, ut fruor te, potior atro. Communia uerba indicatiui temporis, primæ personæ, aut e, aut i, aut u, aut o, habent. Si autem uocalem, aut o litteram non habuerint, exceptis k & q, cæteras omnes Latinas accipiunt consonantes: e, ut sedeo: i, ut inanio: u, ut ruo: b, bibo: c, uoco: d, uado: g, lego: h, traho: l, pello: m, amo: n, cano: p, scalpo: r, curro: s, fasso: t, plecto: x, nexo. In his accidunt i & u, pro consonantibus, ut adiuuo: nam triumpho, per p & h scribitur. K o litteræ non præponitur. Item q, f, m, n, o litteræ præponi nõ potest. Sunt uerba defectiua alia per modos, ut cedo: alia per formas, ut facesso: alia per coniugationem, ut adsum: alia per genera, ut audeo: alia per numeros, ut faxo: alia per figuras, ut impleo: alia per tempora, ut fero: alia per personas, ut cedo, edo, facesso, adsum, soleo, faxo. Verba quoque impersonalia cum per omnes modos declinari possunt, inueniuntur quædam defectiua, ut libet, miseret.

Ad uerbum, est pars orationis, quæ adiecta uerbo significationem eius aut complet, aut minuit: ut iam faciam: uel, nõ faciam. Ad uerba aut à se nascuntur, ut heri, hodie: aut ab alijs partibus orationis ueniunt. Veniunt aut à nomine appellatiuo, ut doctus, doctè: à proprio nomine, ut Tullianus, Tullianè: à pronomine, ut mecum, tuatim: à uerbo, ut cursum, strictim: à nomine & uerbo, ut pederentim: à participio, ut indulgens, indulgenter. A nomine ueniuntia aut in a exeunt, ut unã: aut in e productam, ut doctè: aut in correptam, ut ritè: aut in i, ut uesperit: aut in o productam, ut falso: aut in o correptam, ut modo: aut in u, ut noctu: aut in el, ut semel: aut in m, ut strictim: aut in r, ut breuiter: aut in s, ut funditus. Ad uerba quæ in e exeunt, produci debent: præter illa quæ aut non comparantur, ut ritè: aut cõparationis regulam non seruant, ut bene, malè: faciunt em, bene, melius, optimè: male, peius, pessimè: aut ea quæ à nomine uerbo ueniunt, ut impunè, sæpe, cæterum, facillè et difficillè. Quæ dã ad uerba ponuntur, quæ nomina potius dicenda sunt, esse pro aduerbijs posita: ut est, toruum clamat, horrendum resonat. Ergo ad uerba quæ in e producta exeunt, ab eo nomine ueniunt, quod datiuo casu o litteram terminatur: ut huic docto, doctè. Quæ in e exeunt, ab eo nomine ueniunt, quod datiuo casu in i litteram terminantur: ut huic agi-

litaliter. Contra hanc regulam multa sapius usurpauit autoritas: nam, ut diximus, quædam in datiuo casui permanent, & ad uerba faciunt, ut falso, sedulo: quædam contra faciunt: ut huic duro, non dure, sed duriter. Ad uerba accidunt tria: significatio, comparatio, & figura. Significatio aduerbiorum in hoc cernitur: quia sunt ad uerba loci, ut hic: temporis, ut hodie, nuper: numeri, ut semel, bis: negandi, ut nõ: affirmandi, ut etiam, quin: demonstrandi, ut eni, ecce: optandi, ut utinam: hortandi, ut eia: ordinis, ut deinde: interrogandi, ut cur, quamobrem: similitudinis, ut quasi, ceu: qualitatis, ut doctè, pulchrè: quantitatis, ut parum, multum: dubitandi, ut forsità, fortasse: personalia, ut mecum, tecum, nobiscum, uobiscum: uocandi, ut heus: respondendi, ut hem: separandi, ut seorsum: iurandi, ut ædepol, Castor, hercle, medijs fidius: eligendi, ut potius, imò: cõgregandi, ut simul, unã, pariter: prohibendi, ut ne: euentus, ut fortè aut fortuito: cõparandi, ut magis, tam. Sunt etiã infinita, ut ubi: quæ dã finita, ut hic, modo. Ad uerba loci duas formas habent: in loco & ad locum. In loco, ut intus, foris: ad locum, ut intro, foras. Dicimus enim, intus sum, foris sum, intro eo. Adijciunt quidam de locot ut intus exeo, foris uenio. Adijciunt etiam quidam per locum: ut hac, illac, istac, heus & heu. Interiectiones multi non ad uerba putauerunt, ideo quia non semper hæc subsequitur uerbum. Comparatio accidit ad uerbum: quia hæc quoque cõparationis gradus sunt tres: positius, ut doctè: comparatiuus, ut doctus: superlatius, ut doctissimè. Et quæ ad uerba quoque sunt, quæ per omnes gradus ire non possunt, ideo his ad augendã significationem pro comparatiuo & superlatiuo, magis & maximè coniungimus: ad minuendum, minus & minimè. Quemadmodum enim comparantur, ita & diminuuntur ad uerba appositiuo, ut primũ, primulè, longè, longulè. A comparatiuo, ut melius, meliusculè, longius, longiusculè. A superlatiuo uel nulla exempla, uel rara sunt. Figuræ aduerbiorum duæ sunt: aut enim simplicia sunt ad uerba, ut doctè, prudenter: aut composita, ut indoctè, imprudèter. Componuntur etiam ad uerba modis quatuor. Sunt autem multæ dictiones dubiæ inter ad uerba, & nomè & pronomen, & uerbum & participium, & coniunctionem & præpositionem: ut falso, quò, ponè, profecto, cum, propter, heu. Quæ dã autem horum accentu discernimus, quædam sensu. Sunt ad uerba loci, quæ imprudètes putant nomina: in loco, ut Romæ sum: de loco, ut Roma uenio: ad locum, ut Romã uado. His præpositio nõ apponitur, quæ provincijs, locis, regionibus uel adijci solent: ideo, quia de significatione nominis non recedunt: ut, de Africa uenio: Siciliam pergo: in Italia sum. Præponitur separatim ad uerbijs, non applicabiliter, quamuis legimus derepente, desursum, desubito

subito, exinde & ab usque, & dehinc, sed hæc tanquam unam partem orationis, sub uno accentu pronunciamus.

Participium, est pars orationis, dicta quod partem capit nominis, & partem uerbi: recipit enim à nomine genera & casus, à uerbo tempora & significationes, ab utroque numerum & figuram. Participio accidunt sex, genera, casus, tempus, significatio, numerus & figura. Genera participijs accidunt quatuor: masculinum, ut lectus: foemininum, ut lecta: neutrum, ut lectum: commune, ut legens. Casus totidem sunt participiorum, quot nominum: nam per omnes casus etiam participia declinantur. Tempora participijs accidunt tria: præsens, præteritum & futurum: ut luctans, luctatus, luctaturus. Significationes participiorum à generibus uerborum sumuntur. Veniunt enim participia à uerbo actiuo duo, præsentis temporis & futuri, ut legens, lecturus. A passiuo duo, præteriti temporis & futuri: ut lectus, legendus. A neutro duo, præsentis temporis & futuri: ut stans, staturus. A deponenti tria: præsens, præteritum & futurum, ut luctans, luctatus & luctaturus. A cõmuni quatuor: præsens, præteritum & duo futura, ut criminans, criminatus, criminaturus & criminandus. Inchoatiua participia præsentis temporis sunt tantum: ut horrescens, calescens, tepescens. Defectiua interdum alicuius temporis sunt, ut soleo, solens, solitus: interdum nullius, ut ab eo uerbo quod est meminì, nullum participium reperitur. Interdum à non defectiuo uerbo, participia defectiua sunt: ut ab eo uerbo quod est studeo, studens, futurum tempus non habet. Ab impersonali uerbo participia nisi usurpata fuerint, non ueniunt. Numerus participijs accidit uterque: singularis, ut hic legens: pluralis, ut hilegentes. Item figura participiorum duplex est: aut enim simplicia sunt participia, ut scribens: aut composita, ut describens. Componi etiã participia quatuor modis possunt. Sunt nomina speciem participiorum habentia, ut comatus, galeatus, quia à uerbo nõ ueniunt, non sunt participijs applicanda, ex quibus sunt etiam illa, quæ cum participia uidentur, uerborum tamen significatione priuata sunt, ut pransus, cœnatus, placita, nupta, triumphata, regnata: nam prandeor, cœnor, placeor, nubor, triumphor, regnor, non dicuntur. Sunt alia participia, quæ accepta præpositio-

ne, & à uerbis & à participijs recedunt, ut inno-cens: nam innoceo dicitur, innoceo non dicitur. Sunt alia participia defectiua, quæ per omnia tempora ire non possunt, quæ à uerbo ueniunt, ut ceptus, arguendus. Sunt ueluti participia, quæ à uerbo ueniunt: & quia tempus non habent, nomina magis quam participia iudicantur: ut est furibundus, ludibundus, moribundus. Sunt multa participia eadem & nomina: ut passus, uisus, cultus, sapiens, indul-

Bedæ tom. 1.

gens: quæ tamen & casibus discrepant, & temporibus dignoscuntur, & comparata mutatur. Sunt participia, quæ accepta cõparatione sunt nomina, ut acceptus, incensus: accipior, incensior. Ad uerba de participijs fieri posse, nonnulli negant: sed hos plurimã lectio uis reuincit autoritas.

Coniuñctio, est pars orationis annectens ordinansque sententiam. Coniuñctio accidunt tria: potestas, figura & ordo. Potestas coniuñctionum in quinque species diuiditur. Sunt enim copulatiuæ, disiunctiuæ, expletiuæ, causales & rationales. Copulatiuæ sunt hæc: &, que, ac, atque, at, ast. Disiunctiuæ autem: ne, uel, nec, an, neque. Expletiuæ: quidem, equidem, saltem, uidelicet, quamquam, quamuis, quoque, autem, porro, licet, tamen. Causales, si, etsi, etiam si, siquidem, quum, quandoquidem, quum etiam, quamuis, si, seu, siue, nam, neque, nisi, si enim, enim ne, sed, interea, quamobrem, præsertim, item, itemque, cæterum, alioquin, præterea. Rationales: ita, itaque, enim uero, quare, quia, quapropter, quoniam, quoniam quidem, quippe, ergo, ideo, igitur, scilicet, propterea. Figuræ coniuñctionum duæ sunt: simplex, ut nam: composita, ut nanque. Ordo coniuñctionum in hoc est, quia aut sunt præpositiuæ præpositiones: ut at, ast: aut subiunctiuæ, ut quæ: aut communes, ut ergo, igitur. Sunt etiam dictiones quas incertum est, utrum coniuñctiones, an præpositiones: an ad uerba nominemus: quæ tamen omnes sensu facillè discernuntur, nam & coniuñctiones pro alijs coniuñctionibus posita, inueniuntur potestate mutata.

Præpositio, est pars orationis, quæ præposita alijs partibus orationis, significationem earum aut complet aut mutat aut minuit. Nam aut nomini præponitur, ut inualidus: aut pronomini præponitur, ut per me: aut supponitur, ut mecum, tecum, nobiscum, uobiscum: aut uerbum præcedit, ut præfero: aut ad uerbum, ut expresse: aut participium, ut præcedens: aut coniuñctionem, ut absque: aut semet, ut circũcirca. Præpositiones aut casibus seruiunt aut loquelis, aut eius casibus, & loquelis coniunguntur: ut, di, dis, re, se, an, con. Dicimus enim, diduco, distractio, recipio, secubo, amplectot, congregior. Separantur, ut apud, penes. coniunguntur & separantur cæteræ omnes, ex quibus in & con præpositiones si ita compositæ fuerint, ut eas statim uel f littera consequatur, plerunque producantur: ut, insula, insula, consilium, confessio.

Præpositioni accidunt solummodo casus. Casus nanque in præpositionibus duo sunt, accusatiuus & ablatiuus. Aliæ enim præpositiones accusatiuo casui præponuntur, aliæ ablatiuo, aliæ utriusque casui. Accusatiui casus præpositiones hæc sunt: ad, apud, aduersum, cis, circa, citra, circum, contra, erga, extra, intra,

B 3 inter

inter, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, propter, secundum, post, trans, ultra, prae, super, usque, penes. Dicimus enim, ad patrem, apud uillam, ante aedes, aduersum inimicos, cis Rhenum, citra forum, circum uicinos, circa templum, contra hostem, erga propinquos, extra terminos, inter naues, intra moenia, infra teetum, iuxta macellum, ob augurium, pone tribunal, per parietem, prope fenestram, propter amnem, secundum fores, post tergum, trans ripam, ultra fines, praeter officium, supra coelum, usque Oceanum, penes arbitros. Ex his, ad et apud, cum unius casus sint, diuerso modo ponuntur. Dicimus enim, Ad amicum uado, apud amicum sum, non enim dicitur recte, Apud amicum uado, ad amicum sum. Usque, praepositio plurimis non uidetur quia sine aliqua praepositione proferri non solet: unde adiungitur utriusque casui, pro qualitate praepositionis eius, cui fuerit copulata: ut, usque ad, & usque ab. Ablatiui casus praepositiones sunt haec: a, ab, abs, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, pra, palam, sine, absque, tenus. Dicimus enim, a domo, ab homine, abs quolibet, cum exercitur, coram testibus, clā custodibus, de foro, e iure, ex praefectura, pro clientibus, praetimore, palam omnibus, sine labore, absque iniuria, tenus pubes: sed haec praepositio propter euphoniae subiungitur, & facit pubetenus. Clam praepositio casibus seruit ambobus. Vtriusque casus praepositiones sunt haec: in, sub, super & subter. Quarum in & sub, tunc praepositiones accusatiui casus sunt, cum aduersum uel ante significant: ut, ibat in Euialum: &, Sub ipsum Arcturum: id est, a te. Tunc ablatiui casus, cum uim recte retinent, nec pro accusatiui praepositionibus ponuntur. Item accusatiui casus sunt, cum ad locum uel nos, uel quoslibet, uel ire, isse, ituros esse significamus, cuius rei exempla sunt haec: In, accusatiui casus: ut, Iur in antiquam syluam. In, ablatiui casus: ut, Stans celsa in puppi. In, ablatiui casus: ut, Postesque sub ipsos Nituntur gradibus. Sub, ablatiui casus: ut, Arma sub aduersa posuit radiantia quercu. Subter uero & super, cum accusatiuo casu naturaliter praeponuntur, & ablatiui casui tum plerumque iunguntur: ut, Gemina sub arbore sidunt. Et, Ferre iuuat subter densa testudine castus. Quamquam multi sint, qui non putant praepositiones ambiguas esse, nisi duas, In & Sub. Caetera Super & Subter, quum locum significant, ablatiui iunguntur figurate. Extra quam formam Super praepositio, quum De, significat: hoc est, mentionem de aliquo fieri tentat, ablatiui casus est tantum: ut, Multa super Priamo rogans, super He, store multa.

Separatae praepositiones acuntur coniuncta casibus, aut loquelis, cum suam saepe commutant, & communes fiunt. Praepositiones autem ipsae uerba corrumpunt, ut conficio: aut ipsae corrumpuntur, ut suscipio. Antiqui praepositiones & genitiuo casui coniungebant, ut curruum tenus, uel currum. Item post & ante & circum, utriusque casibus adiectas inuenimus. Sed scire nos conuenit, praepositiones uim suam tunc retinere, cum praeponuntur: Suppositas uero & significationem suam & uim nominis & legem propriam non habere. Separatae praepositiones separatis praepositionibus non cohaerent, & aduerbia faciunt, si quando illas non sequitur casus. Sunt qui putant accidere praepositioni & figuram & ordinem. Figuram: quia sunt praepositiones simplices, ut ab: compositae, ut absque. Ordinem, quia sunt praepositiones praepositivae, ut sine, subiunctivae, ut tenus. Sed haec nos & similia in his numeramus, quae inaequalia nominantur.

Interiectio, est pars orationis interiecta alijs partibus orationis ad exprimendum animi affectus: aut metuendi, ut heu: aut optantis, ut o: aut dolentis, ut heu: aut laetantis, ut euax. Sed hanc aduerbijs Graeci applicant, quod ideo Latini non faciunt, quia huiusmodi uoces non statim subsequitur uerbum. Licet autem pro interiectione etiam alias partes orationis singulas plures uel supponere, ut nefas, pronetas. Accentus interiectionum certi esse non possunt, ut uere in alijs uocibus, quas inconditas inuenimus.

Libelli de octo partium orationis, finis.

B E D A

PRESBYTERI DE ARTE METRICA LIBER,

Ad Vuirgerum Leuitam.

De Litera.



Vi notitiam metricae artis habere desiderat, primo necesse est distantiam literarum syllabarumque sedulus discat. Sunt autem Latinae litterae omnes uiginti & una: ex quibus quinque uocales appellantur, a, e, i, o, u, caeterae omnes

nes consonantes: at de iisdem consonantibus septem dicuntur semiuocales, f, l, m, n, r, s, x, caeterae nouem mutae, b, c, d, g, h, k, p, q, t, y autem sextam uocalem, & z decimam septimam consonantem, propter Graeca uerba, quibus consuevit utimur, assumpsere Latini. neque enim aliter Typum, uel Zelum, uel caetera huiusmodi, quomodo scriberent, habebant.

Qui etiam post perceptionem Dominicae fidei, x, p, e, o Graecae litteras, et si non in alphabeti ordinem recipiunt, diuinis tamen paginis inditas continent, u uidelicet, quae duplici apud eos figura scribitur, quomodo apud Latinos littera H intromittentes, propter auctoritatem nominis Ihesu. x & p, propter nomen Christi, e & o, propter auctoritatem Dominici sermonis, Ego sum e & o, enim tantum nomine discrepat, caeterum & figura & potestate nostrum a aequiparat, p Graecorum, ab r nostro & figura distat & nomine. Porro u & o hoc a nostris differunt, quod semper longae sunt: nostrae autem omnes uocales sunt dichronae, hoc est, & breuius syllabis habiles, & longis, quomodo & illorum a, i, u, nam: & o semper apud illos breues natura permanent. Itaque omnes litterae quibus utimur, sunt uiginti & septem, uocales uidelicet octo, & consonantes undecim: sed & de his uocalibus i & u plerumque in consonantium potestate transeunt, cum aut ipsae inter se geminantur, ut iumentum, uinum: aut cum alijs uocalibus iunguntur, ut ianua, iecur, iocus, uanitas, ueritas, uolatus. V quoque nonnunquam sibi ipsa praepositur, ut uuluitus: sed & alterum consonantis locum tenet, cum uel Latine aurum, uel euangelium Graece nominamus. Mirum autem quare dixerit Dominus, eam interdum nec uocalem, nec consonantem haberi, quum inter q litteram consonantem, & alteram uocalem constituitur, ut quoniam, quidem: nisi forte, quia tam leniter tunc effertur, ut uix sentiri queat. Videtur autem non esse firma ratio: quum eius sententiam exponentes Pompeius uel Sergius, dicunt eam consonantem esse non posse, quia habet ante se alteram consonantem: id est, q uocalem esse non posse, quia sequitur illam uocalis, ut quare, quomodo: & ob id eam tunc non esse litteram scribunt. Quid enim, nunquid, quando scribimus, statim dicendum est, t consonantem esse non posse, quod ante se habeat alteram consonantem, id est s: imo & uocalem esse non posse, quia sequitur illam uocalis: & cum dicimus stratum, t esse litteram fatendum est, cum & uocalis sequatur, & duae praecedant consonantes: t quoque nihilominus consonantem, quum eam & praecedat alia consonans, & sequatur. I autem hoc proprium habet inter uocales, ut quoties locum tenens consonantis, alteram ante se in eadem parte orationis habet uocalem: hanc et si natura breuis erat, semper

eam positione faciat longam, ut malus, periuurium, unde & duplex appellatur. X quoque littera consonans eiusdem potestatis, duplex nuncupatur, ut axis. Sunt & liquentes litterae quatuor, l, m, n, r, quae diuerso quidem modo, sed certatione plerumque in metro solitam consonantium uim amittere solent, & nonnunquam breues natura syllabas inueniuntur reddere longas.

De Syllaba.

Syllaba, est comprehensio literarum, uel uisus uocalis enunciatio, temporum capax: quia omnis syllaba aut breuis est, et tempus recipit unum, quod atomum metrici uocant, ut pater: aut longa est, & duo recipit tempora, ut mater. Hic enim ma cum dicimus, mater longitudinem sui circumflexus tantum temporibus occupat, quantum pa semel cum acute dicitur pater. Sunt igitur longae syllabae, sunt breues, sunt communes: sed longae duobus modis fiunt, natura & positione. Natura quidem bifaria, aut productione uidelicet & singulari uocalium, ut nauis, sedes, finis, omen, unus: aut duarum coniunctione, quod diphthongum uocant, ut auum, poena, augustus, eurus, heu: ut Arator,

Hei mihi iam uideo subitis lapsura ruinis. Condita fama diu templi quoque nobilis aedem.

Vel quum dicimus Tydeus Tydei, ubi e & i non separamus, sed coniunctim proferimus, ne quintam potius quam primam declinationem, significet: & hoc Graeca nomina sortiuntur. In Latinis non inuenitur haec diphthongus. Positione autem longae fiunt syllabae modis sex, cum correpta uocalis aut in duas desinit consonantes, ut ast: aut in unam duplicem, ut dux: aut in unam desinit consonantem, & excipitur ab altera, ut arca: aut excipitur ab x duplici consonante, ut axis: aut ab i loco consonantis posita, ut Troia: quae positio nonnunquam in metris in tres diuiditur syllabas: ut est illud,

Arma uirum tabulaeque & Troia gaza per undas,

Aut desinit in consonantem, & excipitur ab i uel u positis in loco consonantium, ut aduena, adiuumentum.

Breues uero sunt syllabae, quae horum nihil habuerint: quod uero quidam inter longas syllabas non annumerant, dum autumant, quum correpta uocalis excipitur a duplici littera z, ut Mezentius: aut a duabus consonantibus, ut acre uel acris, falluntur. Nam & z quoties in eadem parte orationis breuem sequitur uocalem, potest eam producere, si ita uoluerit poeta, ut gaza. Quum uero parte aliqua orationis in breuem uocalem terminata, sequens sermo a littera z incipit, nullam producendi habet potestatem: unde est,

Et nemorosa Zacynthus.

Et x littera liquens eodem modo sicut & l, quum

quum in medio sermone breuem sequitur uocalem, præcedente qualibet consonante, potest hanc poetica licentia facere longam: quum uero utralibet liquida sequens consonantem in capite fuerit sermonis, non potest longam facere uocalem, quæ in fine uerbi præcedentis naturaliter breuis extiterat. Sunt item syllabæ, quæ utroque modo & natura scilicet, & positione longæ sunt, ut dens, gens, mons, fons, frons.

De communibus syllabis.

Communes autem syllabæ modis sunt nouem, quibus aut naturaliter longæ, poetica licentia in breues, aut naturaliter breues transferuntur in longas. Breuis quippe transfertur in longam, quum correpta uocalis in eodem uerbo à duabus excipitur consonantibus, quarum posterior est liquida. Est enim breuis in hoc natura: ut,

Mens tenebris operata suis.

Est longa positione in hoc:

Mortisq; tenebras.

In quo Sergius modò iniusto utitur exemplo:
Nè ue flagello.

Flagellum enim in capite uerbi habet liquidam literam consonante subiectam, præpositio nunquam breuem natura syllabam uerbi præcedentis potest facere longam.

Item natura breuis syllaba ad uotum poetarum transferri potest in longam, quum correpta uocalis in consonantem desinit, & excipitur ab h litera. Et natura breuis in hoc: Porcinū tenuere gregē, niger hispidus horret. Est uoluntate poetæ longa in hoc,

Vir humilis moesto deiectus lumine terram.

Et item, (dit orbem.
Mors fera per hominem miserum sibi subdit.
Vbi item quidam Grammaticorum dubium exemplum ponunt:

Terga fatigamus hasta.

Nam etsi non h sequeretur mus, tamen esse possit longa, poetica licentia, quia plenis pedibus superstit, sicut hoc quod ite ponunt, est: Omnia uincit amor, & nos cedamus amori. Vbi mor ideo potuit produci, quia post emensos pedes integros, partem terminat orationis, tametsi uocalis sequatur.

Tertius modus est syllabæ communis, quum uerbum aliquod in uocalem desinens correptam, excipitur à duabus consonantibus, quarum prior sit s. Est enim natura breuis in hoc Fortunati:

Ordinibus uarijs alba smaragdus inest.

Est positione longa in hoc Sedulij:

Adueniat regnum iam iamq; scilicet illud.

Quum uero s in capite uerbi fuerit consonante alij subiecta, nequaquam potest ultimam uerbi prioris syllabam producere, quæ in breuem desiderat: ut Sedulij,

Stare choro & placidis coelestia psallere uerbis.
Et Fortunatus:

Vocibus alternis diuina poemata psallunt. Falsoq; definiuit Pompeius, s non posse liquecere, nisi ipsa antecederet: ut Ponite spes sibi quisque suas.

Hanc Virgilius & in medio uerbo alteri consonanti præpositam, ubi commodum duxit, liquentium more transiijit:

Hortatur Mnestheus, nunc nunc insurgite remis. Nisi forte hunc uersum ita scandendum putamus, ut sit: Hortatur Mnestheus: tur Mne, spondeus: sters nunc, spondeus, coniunctis scilicet uocalibus, quod diphthongum uocant. Vnde bene Donatus, quum de liquentibus literis loqueretur, dixit specialiter de h & s litera, sua cuiusdam potestatis est: quæ in metris plerunq; uim consonantis amittit.

Est enim modus quartus syllabæ communis, quum post pedem quemlibet una syllaba breuis remanserit de uerbo, quæ uel in uocalem desinens excipitur à consonante uerbi sequentis, uel in consonantem desinens excipitur à litera uocali. Est enim natura breuis in hoc:

Cuius onus leue est, cuius iuga ferre suaue est. Est longa, permissu poetico in hoc:

Frondea ficus erat, cuius in robore nullum.

Quod genus syllabæ inter longas uel omnino refugiendum, uel parcissime usurpandum est. Vnde & in recentioribus poetis non facile eius inuenies exemplum: quamuis & apud Virgilium non rarissimum, apud Homerum non frequentissimum reperitur.

Quintus modus est, quum pars orationis desinit in diphthongum, sequente statim uocali. Est enim per naturam longa in hoc, Musæ Aonides: est per licentiam breuis in hoc, Insula Ionio in magno. quod posteriores poetæ magis in una parte orationis fieri uoluerunt: unde huius & nostratibus facile poematibus inuenies. At quum diphthongus à uocali alterius uocabuli excipitur, quum hæc per synalepham transiliendam esse dicebant: ut Prosper in præfatione Epigrammatum:

Nec nostræ hoc opis est, sed ab illo sumitur hic ros, Qui sicca rupem fundere iussit aquas.

Sextus modus est, ut Donatus ait, quum producta uocalis est, uocali altera consequente. Est enim longa in hoc:

O utinam in thalamos inuisi Cæsaris issem.

Breuis in hoc:

Te Coridò, ô Alexi, trahit sua quæq; uoluptas.

Quod moderni uersificatores in eadem potius parte orationis consueverunt facere: ut, Eoi uenere magi, factumq; tyrannum

Splendidus aurois de uertice fulget Eous.

Et rursus longa est per naturam ita, Angelus intactæ cecinit properata Mariæ.

Breuis per licentiam ita:

Exultat Mariæ, quum prima affamina sensit.

Aut cum longa uocalis, uel etiam breuis, quo partem terminat orationis, excipitur à uocali alterius

alterius uerbi, priorem per synalepham absumunt: ut Prosper,

Nam si te uirtute tua ad coelestia credas Scandere, de superis pulsus ad ima cadis.

Quamuis & Arator imitatus trétes, dixerit, O utinam nostris uoluisses fida iuuentus

Consilijs parere prius, nè littora Creræ Linqueres, insanam rabiem passura profundi.

Septimus modus est, quum pronomen c litera terminatum, uocalis statim sequitur. Est enim longa in hoc,

Nò quia qui summus pater est, & filius hic est: Sed quia quisquid summus pater est, & filius hoc est. Breuis in hoc,

Hic uir hic est, tibi quæ promittere sapius audis. Sed & ad uerbum c litera terminatum, communem syllabam facit. Est enim longa in hoc Paulini:

Donec aspirante Deo conatibus ægtis. Breuis in hoc Prosperi,

Vt morbo obsessis præstada est cura medendi, Donec in agròto corpore uita manet.

Octauus modus est, cum correpta uocalem in eadem parte orationis sequitur z consonans Græca duplex. Est enim longa in hoc Iuueni,

Difficile est teris affixos diuite gaza. Est breuis in hoc eiusdem,

Et gaza distabat retum possessio fulgens.

Nonus modus est, quo omnis syllaba nouissima uersus in quo cunq; metro indifferens est, quæ Græcè ἀδελφός, & ad uoluntatē poetæ uel correpta producitur, uel corripitur producta, quod frequentius est quam exemplis indigeat. Sciendum est autem, quod x litera duplex, nunquam facit communem syllabam, sed cum in eodē uerbo sequitur uocalem, semper eā habet longam aut naturam, ut pax, lex, lux, rex, uex: aut positioe, ut fax, nex, nix, nox, nux, & exul, exitus & exitiū. Cum uero in primordio uerbi fuerit, nò potest producere ultimam syllabam prioris uerbi, quod in breuem desiderat uocalem: ut,

Pontibus instratus conduxit littora Xerxes. N quoque litera pari ratione (nisi fallor) cum in medio uerbi consonanti alteri fuerit subiecta, præcedentem syllabam siue natura seu positione semper longam habet: ut regna, calumnia. Cum uero in primordio uerbi fuerit alij subiecta consonanti, ut Cneus, gnarus, profectò ultimā syllabā uerbi prioris, si in breuem desiderit uocalem, breuem hanc ut fuerat remanere permittit, neq; ullam producendi habet potestatem, Prospero teste, qui ait,

Nec tamen hoc toto depellit corpore gnarus Naturam errantium diuidere à uitijis.

unde & inter liquidas annumeratur, tametsi non ita ut b uel r, quæ communes syllabas facere solent.

De primis syllabis.

Hæc de differentia syllabarum paucis dicta sint, quas suis etiam ipse plurimum

discernere potest, qui scanfionem uersus heroci discere curauerit. Sed qui necdum ad hoc puenit, hunc interim hortamur, syllabas omnium partium orationis ex principio uersuum heroicorum diligentius scrutetur. Omnis enim uersus hexameter, qui sex pedibus: & pentameter, qui quinque pedibus constat, primam syllabam longam habet, quia uel à spondeo uel à dactylo incipit: quorum prior pars durabus longis syllabis consistit, ut dicens: secundum longam & duabus breuibus, ut dicimus: & omnino cum codicem hexametri uel elegiaci carminis assumis in manus, quam cunq; paginam aperiens inspexeris, quemcunq; uersum aspiciens legeris, absq; ulla dubitatione primam syllabam aut naturam aut positionem longam inuenies: quia nimirum siue spondei siue dactyli constat esse principium. Item prima sæpè syllaba ex compositione figure deprehenditur: ut si nescias qualis sit pius, ex compositione quæ est impius, qualis sit pius cognoscitur, licet in aliquibus hoc fallat. Nā cum dicimus nubere, nō longa est: item cum dicimus innuba uel proutuba, sit breuis nō in compositione: item lux lucis, longa est: lux, lucerna breuis est. Item homo breuis est ubiq; humanus longa. Item in antiquam syluam: longa est. Superumq; ad lumen iturus: breuis est: sed hoc inueniri raro contingit: uerū si qualibet pars orationis præpositionibus componatur, primas syllabas ex his cognoscimus. Nam talis manebit ferè omnis composita syllaba, qualis & ipsa præposito fuerit: ut deceptus, abundas. De uidelicet longa & a breuis. Item ex ipsis præpositionibus, ad & ob, in & sub, diuerse in uerbis ponuntur: nam corripuntur cum crescēdo dissyllaba reddunt: ut adit, obit, init, subit. Indifferenter sunt cum trissyllaba faciunt: ut adijcit, obijcit, inijcit, subijcit. Produciuntur tantum quum tetrasyllaba ex se reddunt: ut adijcio, obijcio, inijcio, subijcio. Item produciuntur quæ per præ & per quæ in primis syllabis scribuntur: breuiantur uero præcium, præcor, præmo, præhendo, quæror, hoc est querelam depono: & quæ ex his per derivationem, uel declinationem, uel compositionem fieri possunt: & que coniunctio: item contra, breuiantur ex istis præpositionibus in compositione: ut dehinc, profectus, profectus, profusus, profatus, proauus, pronoces, & cetera. Sunt item aliquanta uerba quæ primas syllabas temporum ratione permittant, quæ subter collecta in omni præterito perfecto, & uel in omni præterito plusquamperfecto, uel in uno futuro modi tantum coniunctiui produciuntur, ceteris autē modis & temporibus breuiantur: ut sunt hæc, lego, legi, quum legero: faueo, faui, quum fauero: uenit, ueni, quum uenero: fugio, fugi, quum fugero: facio, feci, quum fecero: sedeo, sedi, quum sedero: fodio, fodi, quum fodero: uideo, uidi, cum uidero: uoueo, uoui, cum uoueo

ro: iuuo, iuuu, cum iuero: ago, egi, cum egero: emo, emi, cum emero: lauro, laui, cum lauero: odio, odi, quum obero: sero, seui, cum seuro: fino, fuit, cum siuro: caueo, caui, cum cauero. Item contra inueniuntur, quae in praesenti tempore producta sunt, & in praeterito breuiantur: ut pono posui, cogo coegi, do dedi, sto stei: item omnia uerba quae in praeteritis ante creantur, in primis syllabis breuiantur: ut penaeo pependi, tondeo totondi, posco poposci, curro cucurri, tendo tetedi, pello pepuli: item in uerbis quae isdem literis scribuntur, notandum quod liber siue librum significat aut corricem, breuem habet li: si liberum, longam, Pila, si uas significat, longam habet pi: si speram, breuem, Domus, breuem habet do: domus, id est rectum, longam. Plaga, quum clima significat, breuis est pla: quum uindictam, longa. Palus paludis, breuis est pa: palus pali, longa. Populus, quum uulgus significat, breuis est po: quum arborem, longa. Nitens, a nitore breuis est ni: nitens, a nisu, longa: item educo educis, longa du: educo educas, id est, nutrio, breuis, Concido, decido, incido, occido, si ad casum pertinent, correptam habent ci: si ad concisionem, productam. Colo colis, breuis est co: colo colas, longa. Placo placas, producta pla: placeo places, correpta Pareo pares, id est appareo siue obtempero, producta pa: paro paras, id est, praeparo: & pario paris correpta. Parentes, quum apparentes significat, producta pa: quum genitores, correpta, sicut & parientes. Idem si neutri generis est, corripitur: si masculini, producit in utroque numero. Leuitas, si instabilitatem mentis designat, aut pusillitatem ponderis, breuis est le: si lenitatem tactus, unde ligna in aedificio leuigata dicuntur, longa est.

De medijs syllabis.

Medias syllabas tribus modis cognoscimus, positione, diphthongo, & accentu: sed de positione & diphthongis, supra tractauimus. Accentus autem quasi ad cantus dicitur, quod ad cantilenam uocis nos faciat agnoscere syllabas: qui uocis accentus duo sunt, ad ea quae tractauimus necessarij, correptus & productus. Correptus est, quoties sine ulla mora uocis medias syllabas enunciamus, ut moenia, tabula. Productus est, quoties medias syllabas cum aliqua mora uocis exprimimus, ut fortuna, natura. Sciendum tamen est, quia illa quae in uerbis I correpta proferuntur, cum in medium uenerint, & ipsum I in e mutauerint, ut legis lege legere, ubiq; breuiatur, excepto tamen a tribus excipiuntur consonantibus, b, m & t: ut legebam legemus legetur: caetera melius accetibus colliguntur, quia accentus in trisyllabis & tetrasyllabis, & deincepsita considerandus est: ut si quæratur, amissimorum quib; syllabis constet, ediscimus primam breuem exemplo: ut, Nimiu dilexit ami-

cum: secundam longam accentu inuenimus, tertiam longam positione, quartam breuem accentu: quia quum dicimus Amicissimus, penultimam cum breui accetu inuenimus, quin tam accentu longam: ultimam uero qualis sit, per singulas partes orationis monstrabimus in oratione subiecta

De ultimis syllabis nominum, pronominum & participiorum.

Nominatiu singularis has habet breues, Na ut citharista, uinea, toreuma: e, ut sedi leio, ut ordo, uirgo: u, ut cornu: el, ut mel: il, ut uigil: ul, ut consul: m, ut tectum: n, ut carmen: us, ut iustus, cursus, cedrus, nemus: ir, ut uir: or, ut doctor: t, ut caput: has item longas, i, ut frugit: il, ut tanaquil: ol, ut solas, ut facultas: c, ut halec: item haec sunt, quae in monosyllabis producuntur: in dissyllabis autem & trisyllabis uel in caeteris polysyllabis corripuntur, ar, ut far, nar, Caesar: er, ut uer, pater: ur, ut fur, murmur: is, ut uis, glis, fortis: al, ut sal, Hannibal: item torcular & puluinar producta, quia quibusdam placuit hoc torcular dicit, non torcular: & hoc puluinar, non puluinar. S terminatus, si quintae declinationis fuerit, producit, ut dies: si tertiae, tunc longa est, quum genitiuus singularis non crescit, ut labe, caedes, tabes, pubes, clades, fames, uulpes, clauae, aedes, strages, Hercules, proles, nubes: quamuis quidam nubs nominatiuum enunciarum ma-
luerit: uel quum crescens, e productam ante nouissimam syllabam habuerit, ut merces, quietes, mercedis, quietis: uel quum monosyllaba fuerint nomina, aut de monosyllabis ducta, ut pes, bipes, fonipes: ubi notandum quod pes, sicut et sal & par, quum monosyllabum est, longa est. At quum per alios casus declinari coeperit, primam syllabam corripit: item Ceres, aries, paries, abies, nominatiuo & uocatiuo casu es producunt: at in caeteris casibus corripunt: breuiatur uero es, si aut e in i mutauerit in genitiuo crescente, ut miles militis: aut breuem habuerit, ut seges segetis. Os monosyllaba, si ora significat, producit: si ossa, breuiatur. Quae tamen os syllaba quum in dissyllabis uel in trisyllabis uenerit, & media syllaba genitiui producta natura permansit, tunc longa erit, ut nepos nepotis: si uero correpta, breuiatur, ut copos copotis. Vs cum in genitiuo crescente longa permanserit, producit, ut uirtus uirtutis, tellus telluris: excepto uno palus, quod in genitiuo disternatur, palus paludis. Vnde est, Regis opus, sterilisq; diu palus, aptaq; remis. Si uero in genitiuo crescente non permanserit, aut non creuerit, corripitur: ut pectus pectoris, uulgus uulgi. Genitiuus, datiuus & ablatiuus producuntur, sed genitiuus quum tertiae declinationis, cum ablatiuo suo e tantum litera terminato breuiatur: ut a fonte fontis, excepto uno quod producit, ab hac fame, quod ueteres hu-

res hu

res huius famei, non huius famis: & huic famei, non huic fami declinabant. Vbi notandum, quod nomina quintae declinationis, quae in ei literas genitiuo & datiuo casu terminantur, & has diuisas & utraq; longam habent, ut faciei, diei, fidei, accusatiuus breuis est semper, uocatiuus similiter, excepto cum i terminatur, ut Laurenti. Vbi notandum, quod nomina, quae in ius terminantur, in genitiuo casu duplici i efferuntur, in uocatiuo simplici, in utroque longam habent: ut filius, filij, o fili: uel certe uocatiuum in e correpta terminant, ut impius, impie: qui etiam uocatiuus dum similis nominatiuo fuerit, regulam nominatiui sequitur, ut haec paupertas, & o paupertas. Nomina tiuus, accusatiuus & uocatiuus plurales in masculino & feminino genere producuntur, corripuntur in neutro. Ambo & duo, si neutra sunt, corripuntur: si masculina, producuntur. Genitiuus in omnibus breuis est. Datiuus & ablatiuus si is terminatur, longi sunt, ut doctus: si in bus, breuiatur, ut rebus. In hac regit la omnia nomina, pronomina, participia continentur. Sed pronomis declinatio in hoc tantum differt, quod in monosyllabis, quae uocalibus constat, ut o, in quolibet casu producuntur: sed genitiuus cum in us terminatur, breuiatur, ut illius. Datiuus uero sicut in nomine, semper longus est, excepto mihi, tibi, sibi, quae indifferenter dici possunt: sic reliqui quoque casus regulam sumunt ex nomine. In Graecis uero nominatiuus singularis has habet breues, a ut ecclesia, baptisimatus, quum genitiuus dos habuerit, ut Arcas Arcados, Pallas Pallados: os quum in genitiuo diphthongum habuerit, ut Delos Delis: longas uero has, ut schole, synagoge, quae Latina consuetudine in a terminant, O, ut Dido: an, ut Titan: en, ut lien, syren: in, ut delphin: on, ut Memnon: er, ut aether, aether: as, ut Aeneas: es, ut Anchises. Genitiuus breuiatur, quum dos uel tos habuerit in fine, ut Arcados, poematos: Datiuus, quum i, ut Palladi: Accusatiuus, quum a uel on, ut Thesela, Delon. Alias longus est uocatiuus, quum a terminatur, in masculinis tantum longum est, ut Aenea: nam in foeminis corripitur, ut haec cathedra. E terminatus producit, schole, synagoge, pentecoste, parascue, exceptis his quorum nominatiuus os terminatur, ut Petros Petre. I terminatus corripitur, ut o Alexi. O finitus producit, ut Dido. Nominatiuus & uocatiuus plurales, quum a uel es terminantur, breues sunt, ut rhetores, charismata: alias longi sunt, ecclesia. Genitiuus longus est, si tamen Graece fuerit declinatus, ut laon, cedron, id est populorum, cedrorum. Datiuus in s terminatus corripitur, ut Arcas: alias longus est, ut lais, id est populis. Accusatiuus si in as fuerit terminatus, & a genitiuo singulari uenerit, os finito corripitur, ut Arcados Arcadas, alias productio-

ne laetatur, ut ecclesias.

De ultimis syllabis uerborum & aduerbiorum.

In uerbis primae coniugationis productum tur a & as, ut ama amas: in secunda e & es, ut sede sedes: in tertiae producta i & is, ut nutri nutritis: in tertiae correptae breuiantur e & is, ut cerne cernis. In omnibus o corripitur, ut amo, sedeo, cerno, nutrio: tametsi auctoritas uariet eadem in infinitiuo modo penultimas syllabas a, e, & i productas habent, ut amare, sedere, nutrire. Item e correptam, ut cernere. Similiter in alijs modis productis eiusdem uocalibus, ut amarem, amares, amaret, & caetera ad suam formam: e correpta in uerbis tertiae coniugationis correpta, ut cernerem, cerneres, & caetera. Item es corripitur, ut sum es, & quae ex his componi possunt, ut adsum ades, possum potes: item faxis, uelis, adsis longas, quia pluralis numerus ea producit, quum dicimus producta media, adsis, uelitis, faxitis. Omnes in uerbis nouissimae syllabae, quae sunt huiusmodi, ut res & res, longae sunt, quia producit eas numerus pluralis, ut amares amaretis, amasses amassetis. Item producenda sunt quae in e terminantur, ut fac, dic, duc, induc: aut i, ut amauit amari: aut in u, ut amatus. Corripuntur autem quae in m aut in es, ut amem ames: uel in us, ut amamus: uel in t, ut amat: uel in re, ut amare: uel in tis, ut amatis.

Aduerbia quae in a terminantur, productione gaudent, ut una: quae uero in e, si ex nomine ueniunt, & comparationis gradus seruant, ut docte, doctius, doctissime, producuntur: si autem a se nascuntur, ut saepe: aut non comparantur, ut rite: aut in comparatione deficiunt, ut bene, male, breuiantur. I finita, praeter quasi, sibi & ubi, uel quae ex ipsis sunt, ut sicubi: producuntur, ut heri. O indifferenter accipitur, ut falso. V producit, ut noctu. L & r breuiatur, ut semel, pariter: uel ut simul, m ut tam. N uero excepto non: en, an, ubiq; breuiatur, ut forsitan. S breuiatur, ut magis, funditus, excepto cum a praecessit, ut alias. C producit, ut hic, illic, adhuc. Monosyllaba producuntur, ut cur, plus: exceptis his, bis & ter: uerum ne, dupliciter profertur. Nam, producit, cum prohibendo dicitur: Scrutari ne cura proca abstrusa labore. uel quum ponitur pro, ut non, ut idem Prosper ait, Et uindicta breuis sic noxia crimina finit, Ne sine fine habeat debita poena reos. Corripitur autem, cum interrogando uel increpando ponitur: ut, Tu ne cruenta ferox, audax, insane, rebellis. S in numeris corripitur, ut roties, quoties, septies, decies.

De ultimis syllabis coniunctionum, praepositionum & interiectionum.

Coniunctiones ferè omnes corripuntur: sed quae a uel i terminantur, excepto ga, ita, nisi, producuntur: ut propterea, interea, si & ni. Quae

ni. Quae

ni. Quæ in n desinunt, si a uel i anteam habuerint, produciuntur: ut an, sin, alioquin. Cæteræ breuiantur, exceptis his quæ postuere sunt longæ, ut ast, aut.

Accusatiuæ præpositiones solæ, quæ in a exeunt, produciuntur, ut intra, & unum monosyllabum cis: ablatiuæ uerò corripuntur omnes, ut ab, e, cepris monosyllabis, quæ aut uocalibus constant, ut a: aut uocalibus terminantur, ut de. Cōmunes præpositiones correptas esse liquet, ut super. Nec de loquelaribus præpositionibus reticendum, tamen non in fine, sed in principio uerborum semper ponantur, quæ sunt: am, co, con, di, dis, re, se. Quod am & dis positionem quarunt, ut amplector, disiungo, & ideo longæ fiunt. Co dichrona est, ut coherceo, connecto. Con longa, ut consilio. Di longa, ut dirigo. Se lōga, ut secerno. Re autem ubiq; breuiatur, ut remitto, excepto cū refert, distat, significat, ut, Præterea iam nec mutari paula refert. & uno uerbo reficio, Reijce ne maculis infuset uellera pullis.

Omnes interiectiones, si monosyllabæ fuerint, produciuntur, ut heu: cæteræ uerò exemplo similiū partium orationis æstimandæ sunt. item interiectiones omnes, ut Audacius ait, de Gramco sermōe mutuati sumus: ideo in nouissimis syllabis fastigium capiunt, ut papē, atque eodem modo & cæteræ similiter, uel cū acutum uel circumflexum in ultimo sumunt accentum.

De pedibus.

PEs, est syllabarum & temporum certa numeratio: dictus inde, quod hoc quasi pedali regula ad uersum utimur mensurandū. Sunt autem pedes dissyllabi quatuor, trissyllabi octo, tetrasyllabi sedecim, singuli nominatim distincti, at qui ex his geminatis accrescunt sine nomine generaliter *συσυλλαβια*, i. cōiugationes dicuntur: unde sit, oēs pedes à dissyllabis usq; ad hexasyllabos centum uiginti quatuor colligi: de quibus in Donato plenissime, quisquis uelit, inueniat: sed nos in presenti opusculo dissyllabos tantum & trissyllabos meminisse sufficiat. Ergo dissyllabi quatuor hi sunt, pyrrichius ex duabus breuib; temporum duum, ut amor: huic contrarius est spondeus, ex duabus longis, temporum quatuor, ut æstas, lamabus ex breui & lōga, temporum trium, ut uersus. Trissyllabi octo hi sunt: tribrachys ex tribus breuib; temporum trium, ut macula: huic contrarius est molossus, ex tribus longis, temporum sex, ut Æneas. Anapestus, ex duabus breuib; & longa, temporum quatuor, ut pietas: huic contrarius est dactylus, ex longa & duabus breuib; temporum quatuor, ut regula. Amphibrachys ex breui & lōga & breui, temporum quatuor, ut harena: huic contrarius est amphimacrus, ex longa & breui & longa, temporum quinque, ut impotens. Bacchius, ex breui & duabus lōgis, temporum quinque, ut poë-

ta: huic contrarius est antibacchius, ex duabus longis & breui, temporum quinque, ut natura: hos sequuntur, ut dixi, pedes tetrasyllabi sedecim, pentasyllabi triginta, & asyllabi sexaginta quatuor. Sed hæc interim nostro operi, quod de arte metrica cudimus, satis esse putamus.

De metro dactylico, hexametro uel pentametro.

Metrum dactylicū hexametrum, quod & heroicū uocatur, eo quod hoc maxime heroum, hoc est uirorum fortium facta canerent, cæteris omnibus pulchrius celsiusq; est: unde, opusculis tam prolixis quam succinctis, tam uilibus quam nobilibus aptū esse confueuit. Constat autem ex dactylo & spondeo, uel trocheo, ita ut recipiat spondeum locis omnibus, præter quintum, dactylum præter ultimum: trocheum uerò loco tantum ultimo, uel (ut quidam definiuunt) spondeum ultimo loco semper, & omnibus præter quintum: trocheum uerò nusquam: quia etsi ultima breuis est natura, tamen spondeum facit, ad uotū poetarum, quia (ut prædiximus) ultimam uersus omnes syllabā indifferenter accipiunt, alioquin legitimum numerum uiginti quatuor, temporum, uersus hexameter non habebit, quia tot illū pro sui perfectione habere decebat, quot habet libra plena semiuncias. Huius exemplū, Culmina multa polus radiati lumine cōplent. hoc metrum post Homerum Heroici nomen accepit, Phithium antea dictū, eo quod Apollinis oracula illo metro sint æditæ: huic cognatum est & quasi familiariter adherens, ita ut sine ipsius præsidio nunquam id positum uiderim metrum dactylicū pentametrum. Quod recipit spondeum loco primo, & secundo dactylum locis omnibus. Catalepton est in medio & in fine: huius exemplū, Latanturq; pijs agmina sancta choris. Huius metri uersus quidam ita scandendo astruunt, ut quinque abolutos pedes eis inesse doceant, spondeum siue dactylum loco primo & secundo spondeum, tertio semper, quarto & quinto anapestos: ueluti si dicā, Quarite regna poli, quarite regna poli. Quarite dactylus, regna po dactylus, liquæ spondeus, riter anapestus, gna poli anapestus. Quod rationi eiusdem metri, ni fallor, minus uidetur esse conueniens, cum uni uersus qui hoc metro usi sunt, uersum omnem in medio diuiserint, duabus penthemimeris constare uoluerint, quarum prior dactylū siue spondeum licenter in utraq; regione reciperet, posterior solos dactylos in utroq;: hoc autem & superius metrum ubi iuncta fuerint, elegiacum carmen uocatur. Eleos nāq; miseros appellant philosophi, & huius modulatio carminis miserorum querimoniam congruit, ubi prior uersus est hexameter, sequens pentameter. Quo genere metri ferunt canticum Deuteronomij apud Hebræos & Psalmos 118 & 144. esse descriptos. Nam librum B, lob simplici hexametro scriptum

scriptum esse asseuerant. Obseruandum est autem in carmine elegiaco, ne quid unquam de sensu uersus pentametri remaneat in explicatum, quod in sequenti uersu hexametro reddatur, sed uel uterque sensibus suis terminetur uersus, ut Sedulius:

Cantemus socij Domino, cætemus honorem,
Dulcis amor Christi personet ore pio.

Vel sibi mutuo prior hexameter ac pentameter subsequens, prout poeta placuerit, conferantur. iuxta illud Prosperi:

Solus peccator seruit male, qui licet amplo
Utatur regno, sat miser est famulus.

Nam sequentes uersus etsi his sunt subiecti, sibi met sunt tamen inuicem coniuncti, & secundus primo dat supplementū. Sequitur em, Cum mens carnali nimium dominante tyranno,
Tot seruit sceptris, dedita quot uitis.

Quæ sit optima carminis forma.

AT uerò in hexametro carmine concaethatio uerbum plurimorum solet esse gratissima, quod in Aratore & Sedulio frequenter inuenies, modò duobus, modò tribus, modò quatuor aut quinque uersibus, nonnunquam sex uel septem, uel etiam pluribus adiuicem connexis, quale est illud:
Loth Sedomis fugiente chaos, dū respicit uxor,
In statuam mutata falis stupescita remansit.
Ad poenā cōuersa suam, quia nemo retrorsum
Noxia contempti uitans discrimina mundi,
Aspiciens saluandus erit, nec debet arator
Dignum opus exercens, multum in sua terga referre. Et Arator:

Iura ministerij sacris altaribus apti,
In septem statuere uiris, quos undique lectos
Leuitas uocitare placet, quam splendida cepit
Ecclesie fulgere manus, quæ pocula uitæ
Misceat, et latices cum sanguine porrigit igni.
Verum huiusmodi connexio, si ultra modum procedat, fastidium gignit ac tædium: hymnos uerò quos choris alternantibus canere oportet, necesse est singulis uersibus ad purum esse distinctos, ut sunt omnes Ambrosiani. Optima autem uersus dactylici ac pulcherrima positio est, cum primis, penultima, ac medijs respondent extrema: qua Sedulius uti frequenter conseruit: ut,
Peruia diuisi patuerunt carula ponti. &
Sicca pegrinas stupuerunt marmora plantas, et,
Edidit humanas animal pecuale loquelas.

Item in pentametro,
Dignatus nostris accubitare toris. &
Rubra quod appositum testa ministrat holus.
Non tamen hoc continuatim agendum, uerum post aliquot interpositos uersus. Si enim uno modo pedes semp ordinabis, & uersus tamen optimus sit, statim status uilescit: aliquando uersus nominibus tantum perficere gratum est: ut Fortunatus,

Lilia, narcissus, uiolæ, rosa, nardus, amomum,
Oblectant animos gramina nulla meos.

Bedæ tom. 1.

Quod idem & in proprijs fecit nominibus: ut Sarra, Rebecca, Rachel, Hester, Iudith, Anna, Noëmi, Quamuis præcipue culmen ad astra leuent. Fecit & in uerbis: (brat,

Blanditur, refouet, ueneratur, honorat, obumbrat, Et locat in thalamo membra pudica sua, Studendum præterea metricis, quantum artis decorum non obstitit, ut mobilia nomina fixis præponant, sed nec concinentia nomina coniunctim ponant, uerū interposita qualibet alia parte orationis: ut

Mitis in immitem uirga est animata draconē.
Prius quam uirga posuit mitis, prius immitem quam draconem. sed & hoc discretim, id est interposito uerbo est animata, non quod hæc semper obseruari necesse sit, sed quia cū fiunt, decori sint. Nam & Prosper mutato hoc ordine, fecit uersum decentissimum:

Moribus in factis pulchra est cōcordia pacis.

Et item,
Lex æterna Dei stabili regit omnia nutu,
Nec uario mutat tempore consilium.
Et Lucanus poëta ueterantis, Cæsaris & Pompei prælia descripturus ita incipit:

Bella per Æmathios plus quam ciuilia cæpos,
Iusq; datum sceleri canimus, populumq; potentem,

In sua uictrici conuersum uiscera dextra,
Cumq; superba foret Babylon spolianda trophæis,

Aufonijs umbraq; erraret Crassus multa
Bella geri placuit, nullos habitura triumphos.

De scansionibus siue cæsuris uersus heroici.

Scansionū autem in uersibus sunt species quatuor: cōiuncta, distincta, mixta, diuisa. Coniuncta quæ cæteris laudabilior habetur, illa est, ubi nusquam pes cum uerbo finitur, ut Immortale nihil mundi compage tenetur. Distincta, ubi uerba cum pedibus terminantur: ut Hæc tua sunt bona, sunt quia tu bonus omnia condis.

Quam uersificationis speciem rarissime inuenies: nam etsi non post duos uel tres pedes syllaba superferret, quam pætemimerim & epenemimerim & heptamimerim uocant, ratus haberi uersus nequit: sicut hîc, Post duos pedes sunt, post tres, tu superest. Mixta est scansio, quæ utrunq; in se habet, ut in quibusdam coniunctus, in quibusdam uerò separatus sit uersus: ut,

Nobis certa fides æternæ in secula laudis. &
Pacificos Deus numerum sibi prolis adoptat.
Diuisa est, ubi primi tres pedes concaethati inter se à reliquis pedibus separati sunt: ut Inde Dei genitrix pia uirgo Maria coruscat.
Et Prosper: (bum.

Contra patris genitrix creat & regit omnia uersus.
Nec minus cæsurarum, intuentus est status,
Quæ & ipse sunt quatuor: pætemimeris, heptamimeris, catatriton trocheon, bucoliceptomen.

men. Pentemimeris, ubi post duos pedes inuenitur semipes, qui uersum diuidat, & partē terminet orationis. Heptamimeris, ubi post tres pedes inuenitur syllaba: ut,

Cum tua gentiles studeant,

Dicta autem pentemimeris & heptamimeris Græcè, quasi semiquinaria & semiseptenaria, quia quum per spondeos fiunt hæc quinque syllabis, illa constat septem: & in hac quinta syllaba semipedem, in illa tenet septima. Catacton trocheon, ubi tertio loco inuenitur trocheus, non quod in medio uersu esse possit, sed ablata una de dactylo syllaba remanet trocheus: ut, Grandisonis pompæ modis. Bucoliceptomen, ubi post quatuor pedes non aliquid remanet: ut, (fors. & Semper principit sceptrum iuge gloria con- Christus erat panis, Christus petra, Christus in undis.

Quæ cæsura inde nomen habet, quod in Bucolicis sæpe inueniatur. Item ubi post duos pedes superest syllaba, comma dicitur: ubi post duos pedes nihil remanet, colon uocatur: quæ tamen nomina apud oratores indifferenter ponuntur, qui integram sententiam pericula appellat. Partes autem eius cola & commata dicuntur: ut puta,

Sustinetis em si quis uos in seruitute redigit, colon est. Si quis accipit, colon est. Si quis de uorat, colon est. Si quis extollitur, &c. usque ad plenam sententiam, cola sunt, & commata. Plena autem sententia, pericula est. Interpretatur autem colon membrum, comma incisio, pericula clausula siue circuitus,

De Synalephe.

Synalepharum commemoranda ratio est, quia nunquam ultima uerbi syllaba uel particula syllaba uidetur absumi. Synalepha Græcè dicitur, quasi quodam saltu transmittens. Fit autem duobus modis. Primo, quum aliqua pars orationis aut in uocali literam, aut in consonantem definit, incipiente uocali, sequente parte orationis. Illa quæ sequitur pars orationis præcedentem uel literam uocalem, uel syllabam quæ in m desinat, sua uocali absumit. Quod dico huiusmodi est,

Arcta uia est, uerè quæ ducit ad atria uitæ. Scanditur enim ita, Arcta uel dactylus, est uel spondeus, intercepta a syllaba per synalepham. Absumitur & particula syllabæ, cum dicit idem Prosper, Sumite quæ magna adposuit sapientia mælã. Scanditur enim ita, Sumite dactylus, quæ magna spondeus, gna adposuit dactylus, assumpta parte syllabæ per synalepham. Item pars syllabæ, quæ in m desinat, synalepha interceptitur, cum dicitur,

Nullus enim est insons sola formidine pœnæ, Qui sanctum & iustum non amat imperium. Scanditur namque ita, Nullus e dactylus, nestin spondeus, absorpta m per synalepham, & item,

Qui sanc spondeus, tum & ius spondeus, absumente synalepha particulam syllabæ um. Item tota syllaba quæ in m terminata est, per synalepham interit, cum dicitur,

Magnum præsidium est sacro libamine pasci,

Si cor participis crimina nulla premunt.

Scanditur namque sic, Magnum spondeus, præsidii dactylus, est sacro spondeus, intercepta um syllaba per synalepham. Quæcumque ergo uerba in m terminantur, nisi positione cuiuscumque consonantis defendantur synalepha irrumperente syllabam ultimam, aut perdunt, aut minuunt, excepto cum ab h litera sequens sermo inchoa uerit: tunc etenim in arbitrio poetarum est, utrum hæc instar fortiorum consonantium synalepham arceat, an pro modo suæ fragilitatis nihil ualeat. Valuit namque in hoc, quia uoluit poeta:

(to. & Nomine Iohannem hunc tu uocitare memena-

Progenitum fuisse ducem hoc cœlitus astra. Item, Nil iuuat ad propellendam synalepham, quam poeta neglexit:

Qui per eundem hominem ueriti dulcedine pomi.

Sciendum est autem, quod nunquam in eadem parte orationis media fieri potest synalepha: uerum si in medio uerbo due uocales queunt, quarum prior sit longa, potest illa quæ sequitur, priorem facere breuè. De longa si sic poeta uoluerit, auferendi autem funditus potestatem non habet. Est autem naturaliter longa in illo Paulini: ut,

Citharas modulans unius uerbere plectri,

Est breuis licenter in illo Sedulij,

Vnius ob meritum cuncti perire minores,

Item natura longa est in hoc Paulini:

Discutiebatur uans galea scutoque fidei.

Licentia breuis in hoc Prosperi:

Diuitias iam nunc promissi concipe regni,

40 Virtute & fidei quod cupis esse tene.

Et hoc ut supra retulimus, inter communes syllabas computatur. Vbi autem in metris prendo proprehendo, uel secula legitur, uel aliquid huiusmodi, non est synalepha, sed syncope, quæ species est metaplasmis: quia non litera uel syllaba scandendo aufertur: sed ne unquam scriberetur, libertate poetica prouisum est. Vnde illum Maronis uersiculum:

Nec tota tamen ille prior præeunte carina,

50 ita scandendum esse ratio probat: ut primo sit, Nec to spondeus, ta tamen dactylus, ille pri dactylus, or præ dactylus, abbreviata diphthongo propter uocalem quæ sequitur: unte carina, dactylus et spondeus, qui terminent.

Quis enim audiat Victorinum docentem, ut scandamus unte carina, facientes synalepham in media parte orationis, quod nunquam fecerit priores. Fit autem synalepha in omni parte uersus, etiam in extrema: ut Prosper, (est, Sed rerum auctori nullus non cognitus ordo

Fit & post uersum synalepha, quæ ad sequens

60

uis uers

eis uersus caput intendat: ut Paulinus, Quæ decus omne operum perimebant improba fœda,

Quæ obice prospectum cæcantiã.

Sunt namque ultimi uersus illius pedes, dactylus & spondeus, improba fœda, at primi sequentis per synalepham, Quæ obice prospectans, spondeus.

De Episynepha, uel Diaresti.

Coniunctionem etiam solutionemque syllabarum, quam Græci episynepham & diarestem uocant, ubi necesse est licitam scire metricam coniunctionem: uidelicet qua duæ de tribus solutionem, qua duæ de una syllaba efficiuntur. Cuius exemplum coniunctionis: Adificantes factaque intexunt abiete costas. & Custodes sufferre ualent, labat ariete crebro Ianua. &

Tenuia nec lanæ per cœlum uellera ferri.

Abiete enim quatuor syllabas habet breues.

50 stringe illud, & fit ab positione longa, quia a uocalis definit in b. excipitur ab i loco consonantis posita. Sic & ariete naturaliter breuis est, a iunge r, ad ipsam iunge i & e, sibimet, & fit ar syllaba positione longa, quia sequitur i loco consonantis posita. Item, Tenuia stringentem, & fac u consonantem, & sic detrita de tercia syllaba facies trisyllabum dactylum. Tale est & Fluuiorum rex Eridanus. Fluuio anapestus est, sed si facis stringendo unam syllabam fluuiteram io, efficis de anapesto spondeum. Hæc

coniunctio siue solutio sæpius in i uel in a literis fit, quarum & in nostratibus poetis multa habes exempla: ut Paulinus,

Sim profugus mundi, tanquam benedictus Iacob.

Fortunobus,

Dirigit & Iacobos terra beata, sacros.

Hic i & a discindit, ille conglutinat. Item Paulinus,

Parietibus nouitas latet intus operta uetustas,

40 Parieti dactylum fecit de proceleusmatico, conglutinatis contra naturam a & r in unam syllabam, i & e in altera, item Sedulius dis-

50 iunctis i & a:

Cuius onus leue est, cuius iuga ferre suaue est.

Prosper coniunctis:

Nec Christi è templo suauior exit odor.

Item Paulinus diuisis u & i iuxta naturam:

Conscia seruitu quid gesseris, & cui tandem.

Fortunatus connexis iuxta licentiam poetica:

50 Cui tamen hoc opus est cum uirginitatis honore,

Ut placeat sponso mens moderata suo.

Item disunctis eisdem in alio pronomine. Paulinus,

Cum subito aut illis corda hostibus, aut huic Prosper conglutinatis,

Huic homo si rectè famulaf proximus hæret.

Maro e & i coniunctis:

Tityre pascentes a flumine reice capellas.

Item alibi seiunctis iuxta naturam:

Bedæ rom, 1.

Reice ne maculis infuscet uellera pullis Iungit nisi fallor & Paulinus eadem, ubi ait: Ast alij pictis accendunt lumina certis.

nisi forte dactylum in ultima uersus regione contra morem posuisse dicendus est. Recipit & r litera solutionem, quam uis ordine dissimili. Ibi enim discussis siue conglutinatis uocalibus syllaba contra naturam aut accrescit, aut interit: hic autem ea uocali, quæ nequaquam adscripta est, in sono uocali assumpta super accrescere tamen syllabam confueuit,

Illi continuo statuunt ter dena argenti.

Et Paulinus,

Et spacij coepere & culminis incrementa,

Et rursus,

Sic propere sic longè sita culmina respargebat. &

Prudentius in Psychomachia:

Dixerat hæc & læta libidinis interfecta.

Et idem in eadem:

60 Palpitat atque aditu spiraminis intercepto.

Nec enim in quinta regione uersus heroici spondeum ponere moris erat, sed ita tamen uersus huiusmodi illos noluisse scandere reor, ut addita in sono uocali, quam non scribebant, dactylus potius quam spondeus existeret. uerbi gratia, Interecepto, interementa, interefectæ, resperigebat, & p synalepham denarigenti. Quod

ideo magis r litera quam cætera consonantes patitur, quæ quia durius naturaliter sonat, durior efficitur, cum ab alijs consonantibus excipitur, atque ideo sonus ei uocalis apponitur, cuius

temperamento eius leuiget asperitas: quod etiam in cantilenis Ecclesiasticis sæpe cum eadem litera facere confueuerunt, quia antiphonas uel responsoria, uel cætera huiusmodi, quæ cum melodia dicuntur, rite dicere norunt. Sed

& hoc commemorandum, quia cum nomina, quæ in ius uel in ium terminantur, duo i in genituo habere debeant, casu duarum æque syllabarum metrici, nonnunquam in eodem genituo casu unam syllabam pro duabus proferunt: uel

ablata uidelicet una i de duabus uel ambab. in unam syllabam geminatis: quamuis id fieri posse plurimi, Donato teste, negent: dicit enim Paulinus:

Oblectans inopem sensu fructuque peculi,

Quod si quis dixerit, hic eum more antiquo dactylum in fine posuisse uersiculi, legat quod idem alibi dicit:

Excoluit bijugis laquearij & marmore fabri.

Excolu dactylus, it biju dactylus, gis laque dactylus. Quis est ergo pes quartus atque & habet enim quatuor syllabas, longam, breuem, & duas longas. Epitritus in heroico uersu esse non potest, forte ergo spondeus est absumente synalepha, duas uocales superuentu unius, quod non facile uel à grammaticis permillum, uel à poetis usurpatum inuenies, tamen si dixerit Fortunatus,

60 Vincentij Hispania surgit ab aree decus.

Cuius scansio uersus par est præfati, nisi forte regulam

C 2

regulam Lucilij sequuti sunt, qui Lucilium & Amiliū, & cætera nomina, quæ ante uerba habent, nō solum in uocatiuo, sed etiam in genitiuo casu per unum i scribi posse existimant.

Quod & auctoritas sæpe & necessitas metrorum decreta uolet.

Atamen intuentū est nobis, quia & auctoritas nonnūquā et necessitas metricæ disciplinæ regulas licite contemnit. Necessitas quidem in his uerbis, quæ non aliter in uersu poni possunt, ut sunt ea quæ quatuor syllabas breues habent, ut Italia, basilica, religio: uel tres primas breues, ut reliquia: uel unam in medio breuem, ut ueritas, trinitas, quæ neq; dactylū consuetum, neq; spondeum facere possunt, quod proprijs nominibus maxime solet euenire. Huius exemplum,

Italiam sequimur fugientem, & mergimur undis. Litera i contra naturam pro longa posuit, quia non aliter Italiam, quam sæpius erat nominaturus, appellare uolebat, nisi aut syllabam, quæ natura breuis erat, produceret, aut tribrachym loco dactyli poneret. Sic cum de apibus loquens, aluearia nominare uellet, necessitate posuit antibacchium in uersu dactylico: ut

Seu lento fuerint aluearia uimine texta.

Et Paulinus,

Qui simul ac sancta pro religione coissis,

Re contra naturam pro longa posuit, quia non aliter hoc nomē uersus hexameter recipere uolebat. Tale est & illud eiusdem:

Basilicis hæc iuncta tribus patet area cunctis, Nanq; alibi pro breui ponitur eadem syllaba, dicente Fortunato:

Hic Paulina agnes balissima Eugenia regnat,

His & alijs huiusmodi necessitatibus credo factum, quod de libro beati Iob, loquens Hieronymus, cū dixisset, eum maxima ex parte uersibus hexametris apud Hebræos esse descriptū:

addidit qui dactylo spondeoq; carentes propter idiomata linguæ crebro recipiunt & alios pedes eorundem quidem temporum, sed non earundem syllabarum, autoritate autem contentur regula Grammaticorum, ut Sedulius in clausula carminis, cuius supra meminimus, quum dixisset,

Gloria magna patri semper tibi gloria nate:

Subdit,

Cum sancto spiritu gloria magna patri.

Spiritus enim primam syllabam habet longam. Vnde uera scansio uersus istius hæc est, Cum san spondeus, to spiri antibacchius, & non dactylus: sed poeta ut gloria sancta & indiuidue trinitatis clara uoce decantaret, neglexit regulam grammaticæ dispositionis. Idem ipse in carmine Paschali,

Sic ait ipse docēs, ego in patre & pater in me.

Sic enim scanditur, Sic ait dactylus, ipse do dactylus, cens e trocheus, gin pa spondeus, ablati

o per synalepham. Aut si scandere uis cens

ego, & facere dactylum, contra morem ipsius Sedulij, quem per omnia seruaui, agis ut immunitis iter uocalis altera superueniente uocali. Idem in eodem opere,

Clarifica dixit nomen tuum, magnaq; celo.

In quo ut ueritatem Domini sermonis aperitius cōmendaret, postposuit ordinem disciplinæ secularis: idem iterum, Scribitur & titulus, hic est rex Iudæorū: quod quomodo scandendum iudicauerit, uideat qui potest, utrum Iudæorum duos spondeos quinta & sexta regione contra morem, an solutis syllabis, iuxta quod supra monstrauimus, dactylum ficti uoluerit & spondeum.

Ut præcipue quædam aliter quam moderni proposuerint.

Nam & in exemplis antiquorū inueniuntur aliquoties duo spondei in fine uersus sicut duo dactyli: nonnūquā ut sunt illa Maronis,

At tuba terribilem sonitum procul excitat horum, Aut leues o creas lento ducunt argento.

Quamuis hoc rarissime inueniatur, nisi ita ordinatum, ut & dactyli, qui in fine est, ultima syllaba per synalephā sequenti uersui iungatur: & spondeus, qui in quinta regione est, r literam habeat alteri consonanti, uel præpositam, uel subiectam, cuius duritia per adiectam uocalem leuigata dactylus sentiat in sono, cum par eat spondeus in scripto, quod utrunque ut fiat, exemplis supra monstrauimus, quia & alijs in metrico opere regulis multū liberè utebantur, quas moderni poetæ distinctus ad certam normā definitionis obseruare maluerūt. Nam & uocalem breuem, quæ i & u & uocali qua liber exciperetur, noluerunt esse cōmunem: ut Lucretius,

Quæ calidū faciunt aqua tactum atq; uaporē. Et uocalem in fine uerbi breuem, quæ exciperetur a consonante & liquida inter cōmunes syllabas deputarunt: ut Virgilius,

Æstusq; pluuiaq; & agēs frigora uetos, & Sibi laciniū cura est primūm aspera sylvæ, Lappæq; tribulicq; absint fugæ pabula larta.

Quod nunc poeta in eadem parte orationis, ut supra docuimus, magis fieri oportere decernunt. Idem uocalē in fine uerbi correptā, quæ excipitur a litera z inter cōmunes syllabas deputauit: ut, Euricq; Zephiriq; tonat domus.

Qui eadem libertate synalephā utebatur, si quidem & m, ubi uoluit in fine uerbi positam a superuenientis uocalis absorptione: ut, Iterum iterumq; mouebo. & longam uocalē longam remanere permisit, ut Sit pecori apibus quanta experientia parcis. Et longam cum uoluit, breuiauit: ut, Et multū formosum uale, uale inquit Iola. & Credimus an qui amat, ipsi sibi somnia fingūt. & diphthongum seruauit: ut, Villa moram fecere neq; Aonie Aganippe. & eandem breuiauit, ut,

Insula Ionio in magno, quæ cuncta posteriores poetæ, ut duxi, distinctus obseruare reperies.

De metro Phalecio.

Verū quia de metro heroico quæ uidebantur, tractauimus, liber & aliorum generum metrorū, ea dumtaxat quæ magis usui haberi reperimus, parumper commemorare. Est igitur metrum dactylicū phalecium pentametrum, quod constat ex spondeo & dactylo, & tribus trocheis. Huius exemplum,

Cantemus Domino Deoq; nostro, Cui gloria cum honore pollens, Sese magnificis decorat actis, Dum currus celeres Ægyptiorum, Iunctis equitibus grauiq; turba, Rubri marmoris enecat fluentis, Adiutor ualida meæ salutis, Plebem de medio tulit profundo, Custos & genitor salusq; uera Hic est, hic dominus meus & altor, Ipsum conspicua sacro laude, Est qui progenitor mei parentis, Ipsum uocibus arduis fatebor, Qui bellum tulit obruitq; fortes, Dignus nomine quo Deus uocatur.

De metro Sapphico.

Metrum dactylicum sapphicum pentametrum cōstat ex trocheo, spondeo, dactylo & duobus trocheis, cui metro post tres uersus cōma heroicum subiungitur. Hoc metro sanctus antistes Paulinus sextū beati confessoris Felicis librum composuit: cuius principium est:

Iam ne abis & nos properans relinquis, Quos tamen sola religione linquis, Semper adnixa sine fine tecum

Mente futurus. Et paulo post dicit:

Sicut Ægypto præeunte quondam, Noctis & densæ tenebris oppera Qua Dei uiui sacra gens agebat, Luxerat orbi.

Quæ in toto specie probatur, Orbe cum sancta pia pars fidei, Fulgeat Christo reliquis tenebris Obruit error.

Sic meo qua se feret actus hora, Cuncta Nicetæ Dominus secundet, Donec optatam patriam uehatur Lætus ad urbem.

De metro Tetrametro catalectico.

Metrum dactylicū, tetrametrum catalecticum constat ex spondeo, dactylo, catalecto, dactylo, spondeo: quo usus est sanctus Ambrosius in precatione pluuia, cuius exordium hoc est:

Squalent arua soli puluere multo: Pallent sicca ager, terra fatiscit. Nullus rotis honos, nulla uenustas. Quando nulla uiret gratia florum, Tellus dura sinit nescia roris, Fons iam nescit aquas flumina cursus,

Bedæ tom. 1

Cuius finis hic est:

Iam cælos referes aruaq; laxes, Fœcundo placidus imbre rogamus Helia meritis impia secla, Donasti pluuiam, nos quoq; dones.

Idem usus est eodem metro in postulatione serenitatis, quod ita incipit:

Obduxere polum nubila cæli, Absconduntq; diem sole fugato, Noctes continuas sidere nudas.

At finis ita:

Iesu parce tua morte redemptis: Prior diluuium protulit ætas, Ut mundaret aqua crimina terræ. Sed munda tua sanguine terra est, Iam nunc missa ferens ore columba, Ramum pacificæ manus oliuæ, Exutas liquido flumine terras, Læto significet lapsa uolatu.

De metro Iambico hexametro.

Metrum iambicū hexametrum, recipit iambum locis omnibus, tribrachym locis omnibus præter nouissimum spondeum, dactylum & anapestū locis tantum imparibus: pyrrichium loco tantum ultimo. Quo nobilissimus Hispanorum scholasticus, Aurelius Prudentius Clemens scripsit pro cœmī Psychomachia, id est, libri qui est de Virtutum uitiorūq; pugna, heroico carmine composuit: ita enim inchoat:

Senex fidelis prima credendi uia Habram beati seminis serus pater Adiecta cuius nomē auxit syllaba Abraham, Parenti dicitur Abraham Deo.

De metro Iambico tetrametro.

Metrum iambicum tetrametrum recipit iambum locis omnibus, spondeum tantum locis imparibus, quo scriptus est hymnus Sedulij,

A solis ortu cardine, Ad usq; terræ litem, Christum carimus principem.

Sed & Ambrosiani eo maxime currunt:

Deus creator omnium Iam surgit hora tertia, Splendor paternæ gloriæ, Æternæ rerum conditor.

Et ceteri per plures. In quibus, pulcherrimo est decore compositus hymnus beatorum martyrum, cuius loca imparia spondeus, iambus tenent paria: cuius principium est:

Æterna Christi mœnra, Et martyrum uictorias, Laudes ferentes debitas Lætis canamus mentibus.

Recipit hoc metrum aliquoties, ut scribit Mallius Theodorus, etiam tribrachym locis omnibus, præter nouissimū dactylum & anapestū, locis tantum imparibus. Vnde est:

Geminæ gigas substantiæ Alacris ut currat uiam.

cæterorum rarò habemus exempla.

C 3 De metro

De metro Anacreontio. Metrum iambicū tetrametrū colophon, quod Anacreontū dicunt, recipit anapestum, duos iambos, semipedē: quo usus est Prosper tyro in principio exhortatiōis ad con- iugem ita dicens:

Age iam precor mearum, Comes iremota rerum Trepidam breuemq; uitam Domino Deo dicamus. Celeri uides rotatu Rapidos dies meare, Fragilisq; membra mundi, Minui, perire, labi. Fugit omne quod tenemus Neq; fluxa habent recursum, Cupidasq; uana mentes Specie trahunt inani. Vbi nunc imago rerum est, Ibi sunt opes potentum, Quibus occupare captas Animas fuit uoluntas.

De metro Trochaico.

Metrum trochaicum tetrametrum, quod a poetis Graecis & Latinis frequentissime ponitur, recipit locis omnibus trocheum, spondeū omnib; praeter tertium. Currit aut alter nis uersiculis, ita ut prior habeat pedes quatuor, posterior pedes tres & syllabā. Huius exemplum totus hymnus ille pulcherrimus:

Hymnum dicat turba fratrum, Hymnum cantus personet Christo regi concinentes, Laudes demus debitas.

In quo aliquando & tertio loco prioris uersiculi spondeum reperies: ut,

Factor caeli, terrae factor, Congregator tu maris. & Verbis purgas lepra morbos.

De Rhythmo.

Hæc de metris eminentioribus commemorasse sufficiat, quorū exempla copiosiora apud scriptores inuenimus: praeterea sunt metra alia perplura, quæ in libris Ceterorum simplicibus monstrata exemplis, quisq; cupit, reperiet. Reperiuntur quaedam & in insigni illo uolumine Porphyrij poetæ, quod ad Constantinum Augustū missum meruit de exilio liberari. Quæ quia pagana erant, nos tangere non libuit. Videtur aut rhythmus metris esse consimilia, quæ est uerborū modulata compositio non metrica ratione, sed numero syllabarū ad iudiciū auris examinata, ut sunt carmina uulgarium poetarū. Et quidem rhythmus sine metro esse potest, metrum uero sine rhythmo esse non potest: quod liquidius ita diffinitur. Metrum est ratio cū modulatione: rhythmus modulatio sine ratione: plerunq; tamen casu quodā inuenies etiam rationem in rhythmo non artificii moderatione seruata, sed sono & ipsa modulatione ducentē, quem uulgares poetæ necesse est

rusticē, docti faciunt doctē: quomodo & ad instar iambici metri pulcherrimē factus est hymnus ille præclarus:

Rex aeternae Domine, Rerum creator omnium Qui eras ante secula Semper cum patre filius.

Et alij Ambrosiani non pauci. Item ad formam metri trochaici canunt hymnum de die iudicij per alphebeum:

Apparebit repentina dies, Magna Domini fur obscura, Velut nocte improuisos occupans.

Quod tria sunt genera poematis.

Sane quia multa disputauimus de poematibus & metris, commemorandum in calce, quia poematum genera sunt tria: aut enim actiuum uel imitatum est, quod Graeci dramaticon uel miction appellat: aut enarratum, quod Graeci exegematicon uel apangelticon nuncupant: aut commune uel mixtum, quod Graeci cœnon uel miston uocant. Dramaticum est, uel actiuum, in quo personæ loquentes introducuntur, sine poetæ interloquutione, ut se habent tragœdiæ & fabulæ. Drama enim, Latine fabulâ dicitur: quo genere scripta est,

Quo te Meri pedes, an quo uia ducit in urbem? Quo apud nos genere Cantica canticorū scripta sunt, ubi uox alternans Christi & ecclesiæ, tamen non hoc interloquente scriptore manifeste reperitur. Exegematicum est uel enarratum, in quo poeta ipse loquitur sine ullius interpositione personæ, ut sunt tres libri Georgici totius, & prima pars quartae: ite Lucretij carmina, & his similia. Quo genere apud nos scripta sunt Parabolæ Salomonis & Ecclesiastes, quæ in sua lingua, sicut & Psalterij, metro constant esse conscripta. Cœnon est uel miction, in quo poeta ipse loquitur, et personæ loquentes introducuntur: ut sunt scripta Ilias & Odysseas Homeri, & Aeneidos Virgilij: & apud nos historia beati Iob: quamuis hæc in sua lingua non tota poetico, sed partim rhetorico, partim sit metrico uel rhythmico scripta sermone.

Hæc tibi dulcissime fili, & conleuita Guterbe, diligenter ex antiquorum opusculis scriptorum excerpere curauit, & quæ sparsim reperta, diutino labore collegeram, tibi collecta obtuli, ut quemadmodum in diuinis literis statutisq; ecclesiasticis imbueres studui, ita enim metrica arte, quæ diuinis non est incognita libris, te solerter instruerem: cui etiam de figuris uel modis locutionū, quæ a Graecis Schemata uel Tropi dicuntur, paruum subijcere libellum non incongruum duxi: tuamq; dilectionem sedulus exoro, ut lectioni operam impendas, illarum maximè literarum, in quibus nos uitam habere credimus sempiternam.

Explicit de arte metrica liber unus.

Beda

B E D A PRESBYTERI DE SCHEMATIS SCRIPTURÆ LIBER.



Olet aliquoties in Scripturis, ordo uerborum, causa decoris, aliter quam uulgaris uia, dicendi habet, figuratus inueniri: quod Grammatici Graecè σχῆμα uocant: nos habitum, uel formam, uel figuram recte nominamus: quia per hoc quodammodo uestitur & ornatur oratio. Solet iterum Tropica locutio reperiri, quæ sit translata dictione à propria significatione ad non propriam similitudinem, necessitatis aut ornatus gratia. Equidem gloriantur Graeci, talium se Figurarum, uel Troporum fuisse repertores.

Sed ut cognoscas (dilectissime fili) cognoscant item omnes, qui hæc legere uoluerint, quod sancta Scriptura cæteris omnibus scripturis non solum autoritate, quia Diuina est: uel utilitate, quia ad uitam ducit aeternam: sed & antiquitate, & ipsa præminet positione dicendi. Ideo placuit mihi, collectis de ipsa exemplis ostendere: quia nihil huiusmodi Schematum, siue Troporum, ualent præterendere ullis seculis eloquentiæ magistri, quod non illa præcesserit.

Sunt autem multæ species Schematum & Troporum: tamen præcipua aliquot Schemata, & Tropos selectiores Scriptura habet: tanquam excerptos ex istis, qui sunt Grammaticis familiares: quorum primus tropus, Metaphora, est omnium generalissimus: nam cæteri omnes, huius speciei uidentur esse.

- Metaphora. Ironia. Catachresis. Antiphrasis. Metalepsis. Aenigma. Metonymia. Charentismos. Antonomasia. Parœmia. Characterismos. Sarcasmos. Exochæ. Astesismos. Epitheton. Mycterismos. Synecdoche. Homœosis. Onomatopœia. Homœologia. Periphrasis. Sorasmos. Hyperbaton. Icon. Hysterologia. Icasmos. Hysteron proteron. Caratyposis. Anastrophe. Hypotyposis. Parenthesis. Metastasis. Synthesis. Energia, non Tmesis, Energia. Diacope. Parabola. Hyperbole. Antapodosis. Allegoria. Paradigma.

- Hucusque habes nomenclaturam Troporum Grammaticorum: nunc uero Schematum in Prolepsis. Anaphora. Zeugma. Epanalepsis. Protozeugma. Epizeuxis. Mesozeugma. Epimone. Hypozeugma. Paronomasia. Hysterozeugma. Prosonomasia. Synzeugmenon. Schesis onomatōria. Enexarumenon. Paromœon. Hypozeuxis. Homœoteleton. Syllepsis. Homœoptoton. Asyntheton, uel Polypoton. Asyndeton. Metabole. Diallyton. Hymnos. Polyasyntheton. Diasymnos. Anadiplosis. Climax.

Grammatici tamen alia habent Figurarum genera tali ordine: primo, Orationis uita, Barbarissimum scilicet, & Solœcissimum. Secundo, Obscurum, & Inordinatum, Tertio deinde, Metaplasimum. Postremo, Schemata, & Tropos.

- Obscura orationis species sunt, Acyrologia. Battologia. Pleonasmos. Macrologia. Perissologia. Eclipsis. Amphibologia. Apopsiopsis. Tautologia. Aenigma. Inordinata orationis species sunt, Tapinosis. Cacozelia. Aeschrologia. Cacofsyntheton. Cacophaton.

- Metaplasmi uero species hæc sunt, Metaplasimus. Apharesis. Synaresis. Prosthesis. Syncopa. Eclipsis. Epenthesis. Apocope. Synalopha. Anadiplosis. Ectasis. Antithesis. Epectasis. Systole. Metathesis. Paragoge. Diarexis. Parallaxe.

His autem enumeratis, accipe eminentiora decem & septem Schemata diuinæ Scripturæ:

- 1 πρόληψις. Praeoccupatio. 2 ζεύγμα. Coniunctio. 3 ἐπιζεύξις. Subiunctio. 4 σὺλληψις. Conceptio. 5 ἀναδιπλώσις. Replicatio. 6 ἀνωδοξία. Relatio. uel ἐπανοδοξία. Subrelatio. 7 ἐπανολήψις. Repetitio. 8 ἐπίθεσις. Congeminatio. 9 παρανομασία. Denominatio. 10 σχῆσις ὀνομαστων. Affectio. 11 παρομοίωσις. Similitudo. 12 ὁμοιοτελευτησις. Similis terminatio. 13 ὁμοιοπρωτησις. Ex similibus casibus. 14 πολυπρωτησις. Ex pluribus casibus. 15 ὁμοιοσύνθεσις. Conuenientia. 16 πολυσύνθεσις. Abundās cōiunctionibus. 17 διωλυτων, aut ἀσύνθεσις, seu ἀσυνώδετοι. Dissolutio.

Prole



Prolepsis. πρόληψις, præoccupatio, siue præsumptio dicitur. Figura est, quando ea quæ sequi debent, anteponuntur: quemadmodum habetur in Psalmo octuagesimo sexto: Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion. Antè posuit Eius, & postea Cuius: id est, Domini. Item Psalmo uigesimo primo: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem. Pro diudent, & mittent. Item Ezechielis primo, nihil anteponens, ita incipit: Factum est in tricentesimo anno, &c. Sermonem coniunctionis posuit, nihil aliud antè, cui hoc subiungeretur, præponens.

Zeuigma. Ζεύγμα, coniunctio dicitur, figura quando multa pendentia, aut uno uerbo, aut una sententia concluduntur. Vno uerbo: ut Apostolus ait ad Epheseos, quarto capite: Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur à uobis. Sententia autem, quemadmodum Psalmista in Psalmo decimo quarto præponens: Qui ingreditur sine macula, & operatur iusticiam: qui loquitur ueritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit, &c. Ad ultimum ita concludit: Qui facit hæc, non commouebitur in æternum.

Hypozeugis. ὑπόzeugis, est figura superiori contraria, ubi singula uerba, uel sententiæ, singulis quibusque clausulis subiunguntur. Tale est & illud, in uerbo: ut Psalmo centesimo quadragésimo quarto: Virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt: memoriam abundantiam suauitatis tuæ eructabunt, & in iusticia tua exultabunt. Item prima Corinthiorum decimotertio: Siue prophetiæ (inquit) euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Sententiæ, quemadmodum habetur Psalmo uigesimo sexto: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum: si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.

Syllepsis. Συλλεψις, est, quum casus discrepantes in unam significationem congregamus: ueluti habetur in Psalmo septuagesimo septimo: Attendite populus meus legem meam. Item Psalmo centesimo quadragésimo nono: Ad faciendam uindictam in nationibus, increpationes in populis. Quod enim ait, Ad faciendam: numeri singularis est, quod addidit, Increpationes: pluralis est.

Fit etiam Syllepsis in sensu, id est, ubi pro multis unus, uel pro uno multi ponuntur. Pro multis unus, ut Psalmo septuagesimo septimo: Immisit in eis muscam caninam, & comedit

eos rana, & exterminauit eos: Quum non solum unam ad exterminandos Aegyptios muscam uel ranam, sed innumeras immitteret.

Item pro uno multi: quemadmodum habetur Psalmo secundo: Adstiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in unum. Reges enim pro Herode: Principes pro Pilato positos, Apostoli intellexerunt: quemadmodum continetur in Actibus Apostolorum quarto capite.

Anadiplosis. Ἀναδιπλωσις, est congeminatione dictionis, quæ in ultima parte præcedentis uersus, & prima sequentis iteratur: ueluti habetur in Psalmo centesimo uigesimo primo: Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem, Hierusalem quæ ædificatur ut ciuitas. Item apud Hieremiam, capite secundo: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non ualent aquas.

Anaphora. Ἀναφορά, est relatio, quum eadem dictione bis sapius uel per principia uersuum repetitur: quemadmodum habetur Psalmo uigesimo sexto: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus defensor uitæ meæ, à quo trepidabo? Et infra: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.

Fit etiam Anaphora, ut eodem uersu, per principia sensuum: quemadmodum Psalmo decimo octauo: Vox Domini in uirtute, uox Domini in magnificentia, uox Domini confringentis cedros. Quæ figura in Psalmis usitatissima est.

Hanc quidam Epanaphoram uocant. Epanalepsis. Ἐπαναλεψις, est sermonis in principio uersus positi in eiusdem fine repetitio: quemadmodum Apostolus ad Philippenses, quarto capite: Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. Item Psalmo octuagesimo secundo: Deus, quis similis erit tibi: ne taceas, neque comescaris Deus.

Epizeugis. Ἐπιzeugis, est eiusdem uerbi in eodem uersu sine aliqua dilatione congeminatione, quemadmodum habetur apud Esaiam, capite quadragésimo: Consolamini, consolamini populus meus, dicit Dominus uester. Et iterum apud eundem, capite quinquagesimo primo: Eleuare, eleuare, consurge Hierusalem. Et adhuc apud eundem, capite trigésimo octauo: Vitens, uiuens, ipse confitebitur tibi. Item Psalmista simile quiddam habet Psalmo decimo octauo: Dies diei eructat uerbum, & nocte nocti indicat scientiam.

Alibi repetitio eiusdem sermonis, Palilogiæ obtinet nomen.

Paronomasia. Παρονομασία, denominatio dicitur, quoties dictio penè similis ponitur in significatione diuersa, mutata uidelicet litera uel syllaba: ut in Psalmo uigesimo primo, iuxta Hebraicam ueritatem: In te confisi sunt, & non sunt confusi. Et Philippen, tertio: Videte malos operarios, uidete concissionem: nos autem sumus circumcisio, qui spiritu Deo seruiamus. Quam Esaias propheta capite quinto, figuram elegantissimè in sua lingua confecit, ubi ait: Expectaui ut faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor. Hebraicè enim iudicium משפּט dicitur, מרשע iniquitas, חקק iusticia, קריק clamor, appellatur. Pulchre itaque una uel addita uel mutata litera, sic uersuum similitudinem temperauit, ut pro dictione משפּט diceret מרשע, & pro חקק poneret קריק.

Schesis onomaton. Σχῆσις ὀνομάτων, id est, multitudo nominum coniuictorum diuerso sono, unam rem significantium: ut Esaiæ primo capite, Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis. Item Psalmo centesimo quinto: Peccauimus eum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus.

Paromion. Παρομίον, est, quum ab eisdem literis diuersa uerba sumuntur. Quæ nimirum figura, quod ad positionem literarum pertinet, melius in ea lingua qua scripta est editaque requiretur. Habemus tamen & in nostra translatione, unde demus exemplum. dictum est enim in Psalmo centesimo decimo septimo: Benediximus uobis de domo Domini, Deus dominus & illuxit nobis. Et in Psalmo decimo septimo: Ira illius secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.

Homoteleuton. ὁμοτέλευτον, similis terminatio dicitur, figura quoties media & postrema uersus siue sententiæ simili syllaba finiuntur: ut Ecclesiastici sexto, Melius est uidere quod cupias, quam desiderare quod nescias. Et iterum septimo: Melius est à sapiente corripiri, quam stultorum adulatione decipi. Hac figura Poëtæ & Oratores sæpe utuntur. Poëtæ hoc modo: Peruia diuisi patuerunt carula ponti. Oratores uerò ita: Beatus Iob, Deo soli sibi cognitus in tranquillitate, ad maiorem notitiam perducendus, tactus est uerbere, ut odorem suarum uirium tanto latius spargeret, quantum more aromatum melius ex incensione fragraret. Quo schemate, ipse qui hoc dixit, beatus papa Gregorius sapissimè usus fuisse reperitur. Et huiusmodi orationes esse reor, quas Hieronymus concinnas rhetorum declamationes appellat.

Homæoptoton. ὁμοῖωτον, quum in similes sonos exeunt dicta plurima: quemadmodum habetur Psalmo nonagesimo septimo, Cantate, exultate, & psallite. Et Ezechielis decimo octauo: Quod si genuerit filium latronem, effundentem sanguinem, & paulo post in montibus comedentem, & uxorem proximi sui polluentem, egenum, & pauperem contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, & ad idola leuantem oculos suos, abominationem facientem, ad usuram dantem, & amplius accipientem, nunquid uita usuet?

Polypoton. Πολύπωτον, est, quum diuersis casibus uariatur oratio: ut ad Romanos undecimo, Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi honor & gloria, in secula seculorum. Item Psalmo sexagesimo septimo, Nive dealbabuntur in Selmon, mons Dei. Mons coagulatus, mons pinguis: ut quid suspicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo.

Irmos. Ἴρμος, conuenientia dicitur, quando series orationis tenorem suum usque ad ultimum seruat, nulla uidelicet alia uel causa, uel persona mutata: ut Psalmo quinquagesimo tertio, Deus in nomine tuo saluum me fac, & cætera, usque dum ait: Non proposuerunt Deum ante conspectum suum. Orat enim Propheta, ut auxilio Domini saluatoris ab hostium insurrectione liberetur.

Polyssyndeton. Πολυσύνδετον, est oratio multis nexa conjunctionibus: ut Psalmo quadragésimo, Dominus conseruet eum, & uiuificet eum, & beatum faciet eum, & emundet in terra animam eius, & non tradat eum in manus inimicorum eius.

Dialyton, uel asyndeton. Διᾱλύτον, uel ἀσύνδετον, est figura superiori contraria, carens conjunctionibus: ut Psalmo sexagesimo quinto, lubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius. Date gloriam laudi eius. Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua Domine.

Sic autem habentur septemdecim Schemata diuinæ Scripturæ.

LIBRI SCHEMATVM uenerabilis Bedæ presbyteri, finis,

B E D Æ
PRESBYTERI
DE TROPIS SACRÆ
SCRIPTURÆ
LIBER.

De Tropis.



Tropus, est dictio translata à propria significatione ad non propriam similitudinem, ornatus necessitatis ue causa. Sunt autem τρόποι, qui Latine modi, uel mores interpretari possunt, numero tredecim: uidelicet,

- 1 μεταφορά.
- 2 παλληγορία.
- 3 μεταλήψις.
- 4 μετωνυμία.
- 5 ανωνομασία.
- 6 επίθετον.
- 7 συνυποχρησμός.
- 8 ονοματοποιία.
- 9 αντιθεσις.
- 10 υπερβασις. Species sunt quinque,
- 11 υσφορολογία.
- 12 αναστροφή.
- 13 αντιθεσις.
- 14 τμήσις.
- 15 σύγχυσις.
- 16 επίθετον.
- 17 αλληγορία. Species sunt septem,
- 18 εικωνία.
- 19 αντιστροφισ.
- 20 ανιγμία.
- 21 χερσενλισμός.
- 22 προμμία.
- 23 σπρηαλισμός.
- 24 ασειαμός.
- 25 ομοίωσις. Species sunt tres,
- 26 εικων.
- 27 παβολία.
- 28 παδωγμία.

De metaphora.

Μεταφορά, est rerum uerborumq; translatio. Hæc fit modis quatuor: ab animali ad animal, ab inanimati ad inanimati, ab animati ad inanimati, ab inanimati ad animati. Ergo Ab animali ad inanimati ita fit, ut Psalmo secundo: Quare fremuerunt gentes: Et Dominus qui eripuit me de ore leonis, & de manu urfi. Item Psalmo 138. Si sumpsero pennas meas ante lucem. Nam & homines & bestia & uolucres animam habent.

Ab inanimati ad inanimati: ut Zacharia undecimo: Aperi Libane portas tuas. Item Psalmo octauo: Qui perambulabat semitas maris. Translatio est enim à ciuitate ad montem, & à terra ad mare, quorum nullum animam habet.

Ab animali ad inanimati: ut

Amos primo capite, Exiccatus est uertex Carmeli. Homines enim, non montes uerticem habent.

Ab inanimati ad animal: ut

Ezechielis undecimo capite: Auferam à uobis cor lapideum. Non enim lapis, sed populus animam habet.

Hic autem tropus & ad Deum fit multiformis. A uolucris: ut, Sub umbra alarum tuarum protege me. A feris: ut, Dominus de Sion rugiet. A membris humanis: ut Psalmo decimo sexto. Quis mensus est pugillo aquas, & celos palmo ponderauit? Ab homine interiore: ut Esaiæ quadragesimo, Inueni Dauid filium Iesæ, uirum secundum cor meum. A motibus mentis humanæ: ut Psalmo secundo, Tunc loquetur ad eos in ira sua. Et Genesis sexto: Pœnitent me hominem fecisse. Et Zacharia octauo: Zelatus sum Sion zelo magno. & innumera huiusmodi. A rebus insensibilibus: ut Amos secundo, Ecce ego stridebo super uos, sicut stridet plaustrum onustum fœno. Qui uidelicet tropus & in communi loquutione usitatissimus est, quum dicimus, Fluctuare leges, gemmare uites, floridam iuuentutem, & lacteam canicem.

De Catachresi.

Καταχρησις, est abusus nominis aut uerbi, ad significandam rem, quæ propria appellatione deficit. Hæc autem à metaphora differt, quod illa uocabulum habet à largitur hæc, quia non habet proprium, alieno utitur: ut parricidam dicimus, qui occiderit fratrem: & piscinam, quæ pisces non habet. Hæc enim nisi extrinsecus sumerentur uocabulum, non haberent. Huic simile est illud: Pone uectes in quatuor angulis mensæ per singulos pedes, & sextum sagum in fronte recti duplicis, & ibi confringit cornua arcuum, Et secundi Paralipomenon quarto, Labium illius erat quasi labium calicis, & repandi liliij. Pedes quippe & frons & cornu & labium, hominum tantum sunt, & animantium, non etiam rerum insensibilium. Quæ nomina, si Scriptura præfatis rebus non imposuisset, quod proprium his diceret, non haberet. Ad hunc tropum pertinet quod scriptum est Ioannis quinto. Est autem Hierosolymis probatica piscina, à piscibus enim nomen accepit aqua, quæ nequaquam propter pisces, sed ad lauandas (ut ferunt) hostias, collecta est: unde Probaticæ cognomen sortita est.

De Metalepsi.

Μεταλήψις, est dictio gradatim pergens ad id quod ostendit, & ab eo quod procedit, id quod sequitur insinians: quemadmodum habetur apud Psalmistam, Labores fructuum tuorum manducabis. Labores enim posuit, pro his quæ laborando acquiruntur bonis. Necnon & illud Psalmsi centesimi tertij: Draco

Draco iste quem formasti ad illudendum eis per draconem diabolus, per diabolum bonus angelus intelligendus est, qualis à Deo formatus est.

De metonymia.

Μετωνυμία, est quædam ueluti transnominatio, ab alia significatione ad aliam proximitate translata. Huius sunt multe species. Per id quod continet, id quod continetur ostendit: per id quod continetur, id quod continet: per inuentorem, id quod inuentum est: per inuentum, inuentorem: per efficientem, id quod efficitur: per id quod efficitur, efficientem. Per id quod continet, id quod continetur, ut Genesis uigesimo quarto, Effundens hydriam in canalibus, aut contra, Accipe literas tuas, ne que enim hydria effundebatur, sed quod in ea continebatur: nec litera in manus, sed charta quæ literas continet, adsumitur. Et iterum: Dimitte eam, & uadax, & aspicietis. Non enim arca, sed plaustrum quo continebatur aqua: uel boues qui ducebant plaustrum, ire poterant. Hæc & per efficientem, id quod fit: & contra, per hoc quod fit, efficientem designat.

De antonomasia.

Αντωνομασία, est significatio uice nominis posita, ex accidentibus uidelicet, propriam significat personam, quæ tribus fit modis: ab animo, à corpore, extrinsecus. Ab animo, ut Esaiæ undecimo, Nunquid non tu percussisti superbum? A corpore, ut 1 Regum 17. Vir spiritus altitudinis sex cubitorum & palmo. Ab elatione enim animi, diabolus hic intelligitur superbus. A quantitate corporis, Goliath gygas significatur. Extrinsecus quæ sumuntur, in plures species diuiduntur. Descendunt enim à genere: ut, Nunquid omnibus uobis dabit filius Isai agrum? A loco: ut, Autorem seditionis fecit Nazarorum. Ab actu. Matth. 26. Qui autem tradidit eum, dedit eis signum dicens. Ab euentu, ut Ioan. 19. Discipulus ille quem diligebat Iesus. Per hunc tropum aliquoties & Dominus ipse demonstratur, à genere: ut Mat. 21. Osanna filio Dauid. à loco: ut, Qui sedes super Cherubin apparet. ab actu: quemadmodum habetur Iob septimo capite, Peccaui, quid faciam tibi, o custos hominum?

De epitheto.

Επίθετον, est præposita dictio pronomini. Nam antonomasia uicem nominis sustinet, epitheton nunquam est sine nomine: ut Eclesi. 45. Dilectus Deo & hominibus Moses. Et, Misericors & miserator Dominus. Et, Iustus Lothi oppressor. Fit etiam epitheton modis tribus: ab animo, à corpore, extrinsecus. His duobus tropis aut utitur per amicum, uel ostendimus, uel ornamus.

De synecdoche.

Συνεκδοχή, est significatio pleni intellectus capax, quum plus minus uel pronunciat, aut enim à parte totum ostendit: ut Ioannis pri-

mo, Verbum caro factum est. Et Actorum 27. Eramus uero in nauis, uniuersæ animæ ducentæ septuaginta sex. Aut contra, ut Ioannis de cimonono, Ergo propter parasceten Iudæorum, quia iuxta erat monumentum ubi posuerunt Iesum.

De onomatopœia.

Ονοματοποιία, est nomen de sono factum: ut primæ Corinthiorum 13. Cymbalum tinniens. Et Esaiæ 59. Quasi tuba exalta uocem tuam. Et Hieremiæ quarto, Canite tuba. Et, Nunquid circumdabis collum equi hinnitum? Et Esaiæ 56. Rugitus leonis. Et Iob quarto capite, Vox leonæ. Et Esaiæ 56. Canes muti non ualentes latrare.

Ad hunc tropum pertinere quidam existimant sibilos serpentium, porcorum stridores: caterorumq; uocem confusam animantium, quæ & ipsa in scripturis sanctis sæpius indicata reperitur.

De periphrasi.

Περιφρασις, est circumloquutio, quæ fit aut ut breuitatem splendide describat, & producat: aut fœditatem circuitu euitet. Splendide producta ueritas, ut secundæ Corinthiorum quinto: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem habeamus ex Deo, domum non manu factam, æternam in cœlis. Fœditatem circuitu euitas: ut Romanorum primo capite, Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem usum, in eum usum, qui est contra naturam: similiter autem & masculi, relicto naturali usu, &c.

De hyperbaton.

Υπερβασις, est transcensio quædam, uerborum ordinem turbans. Huius species sunt quinque: uidelicet,

- 1 υσφορολογία.
- 2 αναστροφή.
- 3 αντιθεσις.
- 4 τμήσις.
- 5 σύγχυσις.

De hystero-logia.

Υστερολογία, uel ὑστέρου πρότερον, est sententia quum ordo uerbis mutatur: ut Psalmo uigesimo tertio, Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. prius enim Dominus miserando iustificare solet impium, & sic postea benedicendo coronat iustum.

De anastrophe.

Αναστροφή, est uerborum tantum præpositæ arsus ordo: quemadmodum habetur Iob quinto capite: Quamobrem ego deprecabor Dominum, pro, ob quam rem.

De parenthesi.

Παρήθεσις, autem est interposita ratiocinatio diuisæ sententiæ. Quemadmodum est & illud Apostoli ad Galatas secundo capite, Qui enim operatus est Petro (in apostolatu circumcilio)

circumcisionis) operatus est & mihi inter gentes. Et cum cognouissent gratiam (quæ mihi data est) Iacobus & Cephas & Ioannes, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis.

De tmesi.

Tmesis est simplicis uerbi sectio, aut unius compositi, una dictione uel pluribus interiectis. Hæc species licet in sacra scriptura facile inueniatur, tamen habetur in Christiano poeta: ut est,

Hiero quem genuit solymis Dauidica proles. Hoc est Hierusalem.

De synchysii.

Synchysis est hyperbaton ex omni parte confusum. Psalmo sexagesimo septimo: Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in specie auri. Prius enim hic, ut Augustinus ait, quærendus est ordo uerborum, quomodo finatur sententia, quæ utique pendet, & dicitur: Si dormiatis, deinde incertum est, utrum hæc pennæ an, o uos pennæ: ut ad ipsas pennas loqui uideatur. Vtrum ergo uerbis quæ præcesserunt finiatur ista sententia, ut sit ordo: Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa, si dormiatis inter medios cleros, o uos pennæ columbæ deargentatæ. An his quæ sequuntur, ut ordo sit: Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ niue dealbabitur in Selmon, id est, ipsæ pennæ dealbabitur, si dormiatis inter medios cleros, ut illis hoc dicere intelligatur, qui specie domos tanquam spolia diuiduntur: id est, si dormiatis inter medios cleros, o uos qui diuidimini specie domus per manifestationem spiritus ad utilitatem, ut alij quidem detur per spiritum sermo sapientia, alij sermo scientia secundum eundem spiritum, alij fides, alij genera linguarum, in eodem spiritu, &c. Si ergo uos dormiatis inter medios cleros, tunc pennæ columbæ deargentatæ, niue dealbabitur in Selmon. Potest & sic intelligi: Si uos pennæ columbæ deargentatæ dormiatis inter medios cleros, niue dealbabitur in Selmon, ut subintelligantur homines, qui per gratiam remissionem accipiunt peccatorum. Unde etiam de ipsa ecclesia dicitur in Cantico canticorum octauo: Quæ est ista, quæ ascendit dealbata? Promissio quippe Dei tenetur per prophetam Esaiam, capite primo, dicentem: Si fuerint peccata uestra tanquam phoeniceum, sicut niuem dealbabo. Postest & sic intelligi, ut in eo quod dictum est, Pennæ columbæ deargentatæ: subaudiatur Eritis. ut iste sit sensus, Vos qui tanquam spolia speciei domus diuidimini, si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ eritis: id est, in altiora eleuabimini, compagini tamen ecclesiæ coherentes. Nulla quippe aliam melius hic intelligi puto columbam deargentatam, quam illam, de qua dictum est Cantico canticorum sexto: Vna est columba mea, Deargentata est autem, quia diuinis eloquijs est eruditata. Eloquia nanque Domini, alio loco, eloquia casta dicuntur. Psalmo undecimo, Argentum igne examinatum, terra purgatum septuplum. Magnum itaque est bonum, dormire inter medios cleros: quos nonnulli duo testamenta esse uoluerunt, ut dormire sit inter duos medios cleros, in eorum testamentorum autoritate requiescere, id est, utriusque testamenti testimonijs acquiescere, ut quando aliquis ex his profertur & probatur, omnis intentio pacifica quiete finiatur.

De hyperbole.

Hyperbole est dicitio fidem excedens, augendi minuendi ue causa. Augendi, ut Regum primo, Aquilis coeli uelociiores, leonibus fortiores. Minuendi: ut, Terrebit te sonitus folij uolantis. Et Threnorum quarto: Denigrata est super carbonem facies eorum.

De allegoria.

Allegoria est tropus, quo aliud significatur quam dicitur: ut Ioannis quarto, Leuate oculos uestros, & uidete regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Hoc est, intelligite, quia populi sunt iam parati ad credendum. Huius species multæ sunt, ex quibus eminant septem:

- 1. *εἰρωνία.*
- 2. *ἀντιφρασις.*
- 3. *ἀινύγμα.*
- 4. *χαραγμοῦς.*
- 5. *παροιμία.*
- 6. *ὀνειδος.*
- 7. *ἀσεισμός.*

De ironia.

Ironia est tropus per contrarium quod conatur ostendens: ut, Clamate uoce maiore, deus est enim Baal, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut dormit, ut excitetur. Hanc enim nisi grauitas pronuntiationis adiuuerit, confiteri uidebitur quod negare contendit.

De antiphrasi.

Antiphrasis est unius uerbi ironia: ut Matthæi uigesimo sexto: Amice, ad quid uenisti? Inter ironiam & antiphrasin hoc distat, quod ironia pronuntiatione sola indicat quod intelligi uult, Antiphrasis uero, non uoce pronuntiantis significat contrarium, sed suis tantum uerbis, quorum est origo contraria.

De enigmate.

Enigma, est obscura sententia per occultam similitudinem rerum: ut Psalmo sexagesimo septimo, Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in specie auri. Cum significet eloquia scripturæ spiritualis diuino lumine plena, sensum uero eius interios rem maiori celestis sapientia gratia resurgentem. Vel certe uitam sanctæ Ecclesiæ presentem, uirtutum pennis gaudentem: futuram autem quæ in coelis est, æterna cum Domino claritate fruentem.

De charientisimo.

De charientisimo.

Charientisimo, est tropus, quo dura dicta gratius proferuntur: ut Genesis uigesimo nono, Nonne pro Rachel seruiui tibi, quare autem imposuisti mihi? uno enim leuissimo impositionis uerbo iniuriam quam patiebatur grauisimam, temperatius loquens significauit.

De parœmia.

Parœmia, est accommodatum rebus temporibusque prouerbum, ut secunda Petri secundo, Canis reuersus ad uomitum suum. Et primi Regum decimo, Num & Saul inter prophetas? Quorum unum, cum quemlibet post actam penitentiam ad uitia relabi dicimus: altero tunc utimur, cum indoctum quenque officium docendi adsumere, uel aliud quid artis, quam non didicit, sibi met usurpare uiderimus. Hic tropus adeo late patet, ut liber Solomonis, quem nos secundum Hebræos Parabolæ dicimus, apud Græcos ex eo nomine Parœmiorum, hoc est, Prouerborum accepit.

De sarcasmo.

Sarcasmos, est plena odio, hostilisque irrisio: ut Matthæi uigesimo septimo, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israël est, descendat nunc de cruce, & credamus ei.

De astismo.

Astismos, est tropus multiplex, numeroque uirtutis: Nam asseismos putatur, quicquid dictum simplicitate rustica caret, & satis facta urbanitate expolitum est, ut: Utinam abscondantur qui uos conturbant. Notandum sane, quod allegoria aliquando factis, aliquando uerbis tantummodo fit. Factis quidem, ut scriptum est, Quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera, quæ sunt duo testamenta, ut Apostolus exponit. Verbis autem solummodo, ut Esaiæ undecimo, Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Quo significatur, de stirpe David per uirginem Mariam, Dominum saluatorem fuisse nasciturum. Aliquando factis simul & uerbis una eademque res allegoricè significatur: factis quidem, ut Genesis trigesimo septimo, Vendiderunt Ioseph Hismælitis triginta argenteis. Verbis uero, ut Zachariæ undecimo, Appenderunt mercedem meam triginta argenteis. Item factis, ut primi Regum decimo sexto, Erat autem Dauid rufus, & pulcher aspectu, & unxit eum Samuel in medio fratrum suorum. Verbis, ut Cantico canticorum quarto, Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus, quod utrunque mysticè significat mediatorem Dei & hominum, decorum quidem sapientia & uirtute, sed sui fuisse sanguinis effusione roseum, eundemque unctum a Deo patre oleo latitiæ, præ consortibus suis. Item allegoria uerbi, siue operis, aliquando historicam rem, aliquando typicam, aliquando tropologicam, id est, moralem rationem, aliquando anagogicam, hoc est, sensum ad superiora ducentem, figuratè denunciat. Per historiam namque historia figuratur, quum factura primorum sex siue septem dierum, totidem seculi huius comparatur etatibus. Per uerbum historia, dum hoc quod dicit Iacob patriarcha, Genesis quadragesimo nono: Catulus leonis Iuda, ad prædam filii mei ascendisti, & cætera, de regno ac uictorijs Dauid intelligitur. Per uerbum, spiritualis de Christo, siue ecclesia sensus, quum idem sermo patriarchæ de Dominica passione, ac resurrectione fideliter accipitur: tunc allegoria facta, tropologicam, hoc est, moralem perfectionem designat, ut Genesis nonagesimo quarto: Tunicæ talaris & polymita, quam Iacob patriarcha filio suo Ioseph fecit, uariarum uirtutum gratiam, qua nos Deus pater usque ad terminum uitæ nostræ semper indui præcepit & donat, & insinuat. Allegoria uerbi eandem morum perfectionem significat: ut, Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes, & cætera. Allegoria facti, anagogicam hoc est, ad superiora ducentem sensum exprimit: ut, Septimus ab Adam Enoch translatus est de mundo, Sabbatum futuræ beatitudinis, quæ post opera bona seculi huius, quæ sex ætatibus peragitur, electis in fine seruat, figuratè præsignat. Allegoria uerbi, eadem uitæ celestis gaudia demonstrat, ut Matthæi uigesimo quarto, Vbi cumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Quia ubi mediator Dei & hominum est coram patre, ibi nimirum & nunc subleuata ad caelos anima, & celebrata gloria resurrectionis, colliguntur etiam corpora iustorum. Nonnunquam in una eademque re uel uerbo, historia simul & mystica de Christo uel Ecclesia sensus, & tropologia, & anagoge, figuratè intematur: ut, Templum Domini iuxta historiam, Domus quam ædificauit Solomon: iuxta allegoriam, Corpus dominicum, de quo ait Ioannes secundo, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Siue ecclesia eius, cui dicitur: Templum enim Dei sanctum est: quod estis uos. Per tropologiam, quicquid fidelium, quibus dicitur primæ Corinthiorum tertio, An nescitis quia corpora uestra templum est Spiritus sancti, qui in uobis est? Per anagogem, superni gaudij mansiones, cui adspirabat qui ait, Beati qui habitant in domo tua Domine, in seculum seculi laudabunt te. Simili modo quod dicitur Psalmo centesimo quadragesimo septimo: Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te. De ciuibus terrenæ Hierusalem, de ecclesia Christi, de anima quoque electa, de patria celesti, iuxta historiam, iuxta allegoriam, iuxta tropologiam, iuxta anagogen, rectè potest accipi. Iuxta allegoriam, de ecclesia diximus, sequentes exemplum doctissimi tractatoris Gregorij, qui in libris Moralibus, ea quæ de Christo

Bedæ tom. 1.

D sto siue

sto siue ecclesia per figuram dicta, siue facta interpretabantur, allegoriam proprie nuncupare solebat.

De homocopi. Omnia, est minus nota rei, per similitudinem eius, quæ magis nota est, demonstratio: huius species sunt tres,

De icone. Inop, est personarum inter se, uel eorum quæ personis accidunt, comparatio: ut Ioannis primo, Vidimus gloriam eius, gloriam quam si unigeniti a patre. Et Lucæ uigesimo, Neque nubent, neque ducent uxores, neque enim ultra mori poterunt, æquales enim angelis erunt.

De parabola. Parabola, est rerum genere dissimilium comparatio: ut Matthæi decimo tertio, Simile est regnum cælorum grano sinapis. Et Ioannis tertio, Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.

De paradiamete. Paradigma, est præpositio, siue enarratio exempli exhortantis aut deterrentis. Exhortantis, ut Iacobi quinto, Helias homo erat similis nobis, passibilis, et orationem orauit, ut non plueret super terram, & non pluit annis tribus, & mensibus sex. Et Matthæi sexto, Respiciite uolatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater uester cælestis pascit illa. Deterrentis, ut Matthæi uigesimo quarto: Illa hora qui fuerit in lecto, & uia eius in domo, non descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retrò. Memores estote uxoris Loth.

Et sic habentur tredecim generales tropi Sacra scripturæ.

B E D A PRESBYTERI DE ORTHOGRAPHIA LIBER.



Litera, etiam nota prænominis est, cum Augustum sola significat.

B, propinqua est p literæ, quæ sæpe mutatur: ut, supponit, opponit.

C, nota est prænominis, cum Casarem significat: item numeri, cum centum.

D litera, propinqua est consonantibus his, c g l p m t, quia hæc succedunt in locum eius: ut, accipe, aggrega, alliga, appare, arripe, committe, attende: nota prænominis, cum Decium sola significat: item numeri, cum quingentos.

L sola, Lucium significat.

M sola, Marium.

N sola, numerum: præposita G, Gneum.

P sola, Publium, & cum R, populum Romanum: & subiecta R, rempublicam: & præposita C, patres conscripti siue post consulatum.

Q litera, etiam nota est nominis, cum Quintum sola significat: item honoris, quum Quæstorem: populique, quum Quirites.

T, nota est prænominis, quum Titum sola significat.

V adiuncta e, quum uirga iacente superposita, Vir clarissimus. V geminata cum uirga iacente superposita, Verbi gratia. V geminata cum e duplici, Viri clarissimi.

Ante præpositio, multa significat: nam & tempus significat, cum dicitur: Ante me non est formatus Deus, & post me non erit. Et præsentiam: ut, Ante conspectum gentium, reuelauit iustitiam suam: id est, coram gentibus. Et dignitatem: ut, Posuit Ephraim ante Manasse: &, Qui post me uenit, ante me factus est: id est, mihi prælatus.

Aula, Latine domus regia est, Græcè atrium: unde notandum, quod in Psalmo ubi legitur: Adorate Dominum in aula sancta eius, non palatium aulae nomine, sed atrium Græco uocabulo debet intelligi.

Ausculto suasi, & ausculto præcepta magistris. Ausculto autem & audio, ex uno Græco sermone uertuntur, quod est ἀκούω.

Arrha Latine dicitur, arrhabon Græcè. Agon Græcè, Latine certamen.

Agrippa Græcè, Latine aruum.

Asphaltos Græcè, Latine bitumen.

Acer, acerrimus, non acrisimus.

Agillis, agillimus, non agillissimus: & in Ad uerbis acerrime & agillime.

Audeo, audes, perfectum facit, ausus sum.

Adiuuo Perfectæ formæ est:

Adiuto Frequentatiuæ.

Aceruo, Aggero, Accumulo, ex uno Græco uerbo ἀσφύω.

Ager, animo: egrotus, corpore: utrunque per æ diphthongum scribendum.

Aboleo, aboleui.

Arceo, arcui.

Alibi, alio loco.

Alias, alio tempore significat: attamen inuenimus Alias, non nunquam pro aliter, siue pro alio loco positum.

Abstineo me cibo.

Alienus sum crimine.

Anteibat sapientia Salomon cunctis mortaliibus. Iulianus ait.

Admoneo interfectorem cædis & cædem.

Æqualis, alterius staturæ par est.

Æquabile, quod æquari potest.

Appetēs cibū, & appetēs cibi. Ambrosius:

Cæcer ut appetēs cibi, ita pspiciēs est periculi.

Accuso sacrilegū, & infimulo, ex uno Græco uenit ἀσφύω.

Animaduerto in te, & uindico in te, ex uno Græco ἀσφύω.

Aër singulari tantū numero gaudet: & quæuis aëra

Accuso sacrilegum, & infimulo: ex uno uerbo Græco uenit, ἀσφύω.

Animaduerto in te: & uindico in te: ex uno Græco uerbo, ἀσφύω.

Aer, singulari numero tantū gaudet: & quæuis aera dicamus, tamē certis casibus, non utimur.

Autumnus genere masculino: & Autumnū dicitur neutro: utrunque numero singulari.

Aurichalcum & Orichalcū dicimus: & hoc singulariter tantū, sic & cætera metalla.

Ab, & Ex, præpositiones, si sequens uerbum à uocali incipiat, integrè efferuntur: ut ex oppido, ab illo. si consonantes sequantur, extremam literam perdunt: ut, Effero à sacer dote. Hæ autem præpositiones ita differunt, cum dicit quis à teatro se uenire, non ex ipso teatro: sed de loco qui est proximus teatro, se uenire significat. Qui uerò ex teatro se uenire dicit, ex ipso teatro significat.

Ad, & In, præfatis præpositionibus pares sunt, contraria potestate: quia in forum ire, est in ipsum forum intrare: ad forum autem ire, ad locum foro proximum: ut in tribunal, & ad tribunal uenire, non unū est, quia ad tribunal uenit litigator: in tribunal uerò prætor aut iudex.

Ancillor, blandior & adolor, unum significant, quod est Græcè ἀσφύω, & datiuum casum trahunt.

Aufero, eximo, adimo, subtraho, subduco: ex uno Græco transferuntur, id est ἀσφύω.

Abdico, uerbum potest accusatiuū nomen siue pronomen cum datiuo trahere. Ambrosius, Qui se abdicant secularibus illecebris.

Alias nomen, datiuum dupliciter efferet. & alij, & alio, habes in sacra scriptura: Dico huic Vade, & uadit: & alio Veni, & uenit. Et rursum: Et uni dedit quinque talenta: alij autem duo, alij uerò unum.

Aegyptum, cum in scriptura diuidere uis, per sequenti syllabæ iunges.

Aspectum, e sequenti syllabæ: affectum similiter, & afflictum, cæteraque huiusmodi.

Assuere, & assumetum panni, per s, non per d scribendum. similiter Assumere, per s.

Alleuat, per l. Aggredior, per g.

Assarius, ab antiquis dicebatur: nunc as dicitur, non assis. Sanè assis genitiuus est.

Allium, & dolium, per i scribendum, non per e, sicut oleū. Virgilius allia, serpillū, per i dixit.

Ambo, & duo, neutraliter, ambo & duos masculinè. Nonnulli tamen Græcos sequuti, dicunt hos duo, & hos ambo: quia illi ἄμω, & ἄμω dicunt. Virgilius:

Verum ubi ductores acie reuo caueris ambo.

Anguis, cum sit masculini generis, dixerunt tamē & foeminino Ouidius, Varro & Acinius.

Acer, facit plurale acris, pluralè acres.

Abconditus, non absconfus.

Alter, de duobus: unus de pluribus. Quamuis legamus, Vnus, ex duobus.

Audacter, Latinū est: sed audaciter, melius: Bedæ tom. 1.

quia nomina x litera terminata, in aduerbijs citè assumunt: ut atrox, atrociter: ferox, ferociter.

Accersit, qui uocatur: arcescit, qui accusat, Aceruus, moles est.

Aceruus, immaturus aut asper.

Adficimur honore: &, adficimur iniuria.

Apparet, qui uidetur: apparet, qui obsequitur: non regulari ratione, sed discernendi gratia intellectus.

Arbor, omne lignum dicitur. arbutta, non nisi fructifera.

Auenæ, sterile germen: habent, retinacula iumentorum. hoc, de habendi potestate: illud, de occupandi auiditate dictum.

Accidunt mala, contingunt bona, eueniunt utraque.

Aduocatur, daturus patrocinium: euocatur, præbiturus obsequium: inuocatur, præstaturus auxilium.

Adportare, est aliquid afferre: comportare, in unum locum conferre: deportare, deponere: exportare, tollere.

Agnoscamus, quæ nobis exciderant: cognoscimus, ignorata & inuisa.

Alium, & sursum & deorsum significat.

Aquatam potionem, rectè dicimus, quæ aquam aliunde recipiat: aquosum autem, locum qui ex se aquam fundat.

Album, naturæ tantum est: candidum, frequenter & studij: nam & corpori & animo aliquid quoties assignatur. albos ergo capillos, carnem candidam, rectè dicimus.

Aluus uirorum, rectè dicitur: uterus mulierum: uenter, in utroque sexu.

Acceptor, & accipiter. Virgilius enim accipiter dicit. Lucilius autem, Acceptoris & unguis.

Apud, per d scribendum: caput per t, quia facit capitis.

Armariū, locus ubi quarumcunque artium instrumenta ponuntur.

Armamentarium, ubi tantum tela armorum.

Accedit, per e, ab ambulando.

Accidit, per i, ab euentu.

Beelzebub, non belsebul, aut belsebud.

Belial, non Beliar.

Byrsa, βύρσα Græcè, Latine corium.

Bellus bellissimus, comparatiuum non habet: sed pro eo dicendum magis bellus, & e contrario minus bellus, id est minus pulcher.

Buccina est, qua signum dat buccinator.

Bucinus, ipse canor ex hac editus.

Buccina, pastoralis est, & cornu recuruo fit, unde & λωπάρινα Græcè uocatur, Tuba autem de ære uel argento efficitur, & solennitatibus concrepat.

Baptismus, baptismi, genere masculino: & Baptisma, baptismatis, neutro: & Baptismum, baptismi, æque neutrum.

Barbam hominis, barbas pecudum dices.

Buxus, arbor est: buxum, materia ipsa.

Balneum, ueteres dixerunt, siue balineum: nihil

enim differt, sed in priuatis. publicis aut foemina-
nini generis, & quidē numero semper plurali.
Belux, id est fera: per b incipiant.

Barathrū, singulariter tantū effertur. Sic aut
uocabant gentiles locum apud inferos.

Blāditiā & bigā, sicut & trigā, & quadrigā,
pluraliter tantū effertur: sed in nostrorū lite-
ris scriptorū & bigā inuenimus, & quadrigā.

CAna, & Simon Cananæus per simplicē c.
Chanaan & mulier Chananæa aspirā-
tione addita.

κυνία, per y scripta, caninā muscā signifi-
cat. *κυνίον* enim Græcē, canis dicitur:

κυνία per dipth. cz, cōmunem muscam.
κύνιον enim Græcē, cōmune est: unde cōno-

bium à communitate nomen accepit, quod in
Exodo, et in Psalterio in primis translātū esse ar-
bitramur, ut omnis generis musca significare-
tur: sed similitudine soni per incuriam conti-
gisse, ut cynomia pro cōnomia scriberetur.

Cōitus, generaliter omnia cōeuntia, siue ite-
neris, siue concordia, siue connubiorum.

Carduus, trium syllabarum est, ut arduus, fa-
tuus, mortuus: ideoq; similiter declinandū est,
huius cardui, huic carduo, & hunc carduū, plu-
raliter, hi cardui, horum carduorū, his carduis.

Cubicularius, custos cubiculi:
Cubicularis uerò, lectus cubiculo aptus: ut
caligarius artifex, caligarius clauus.

Clunes, foemina, genere dixit Melullus: sed
Verrius Flaccus, masculino gen. dici probat.

Cōmodamus amico pro tempore equū, ue-
stem, seruū, hanc ipsam rem quā dedimus, re-
cepturi. Mutuo damus pecuniā, criticū, uinū,
& his similia, quæ mutata, recipi necesse est.

Canities, non canitiā dicenda.

Camara dicitur, ut Verrius Flac. affirmat: non
camera, per e. sed Lucret. cameris ex teretib.
dicendo, etiā cameram dici posse, ostendit.

Curricul^o masculinē: diminutio est à curru.

Curriculum aut neutraliter, spaciū ad cur-
rendum aptum, uel ipsum currendi officium.

Clypeus masculino genere, in significatiōe
scuti ponitur: neutrali autē, imaginem signifi-
cat: sed autoritas utrunq; uariat.

Caseus masculini generis est: sed Pōponius
neutraliter dixit, caseum molle.

Cuspis, cuspidis: non cuspes.

Capparim foeminino genere dixit Varro:
nam & Græcē foeminino dicitur *κασσάρη*.

Cassidē dicimus nos ab eo, qd est hec cassis:
sed multi cassidam dicunt, ut & Propertius:
Aurea cui postquā nudauit cassida frontem.

Et Virgilius: Aurea uati cassida.

Capo nunc, sed Varro de Sermone Lat. alit
Ex gallo gallinatio castrato sit capus.

Cingula hominū, gen. neutri est: nam & ani-
malium genere foemin. has cingulas dicimus.

Capax, qui facillē capit: capabilis, qui facillē
capitur.

Colloca, per I scribendū: nō comlocat p n.

Calumniā, est crimen falsum, cum nobis ad-
uersarius, aut malum quod non fecimus, obij-
cit: aut bonum quod fecisse probamur, in con-
trarium interpretari conatur.

Consulo tibi, prospicio, prouideo, ex uno
Græco ueniunt, quod est *προσβουω*.

Contemno hostem: despicio, sperno, asper-
nor, ex uno græco ueniunt, qd est *καταφρονω*.

Commeio lectum, & permeio, comminxi
& permixi.

Comitor amicū, & amicus. (uas.
Corinthiū ciuem dicimus: Corinthiacum

Cominus gladijs pugnamus: eminus iacu-
lis: quia illud à manu non recedit, hoc à mani-
bus emittitur.

Clypeus armorum: clypeum imaginis est.
Cadit quis etiā in plano: de cedit ex alto.

Cerulus naturæ color est: ceruleus fingitur,
ita alterum est, alterum fit.

Claritas tam luminis est, quā perspicuitas:
claritudo generis, prior itaq; splendoris, pos-
terior nobilitatis est.

Cruciatus, est dolor corporis: uel cum ho-
mo ab altero cruciatur.

Cruciamentum, quod cruciat.

Cerno & cresco, in eundem perfectum ca-
dunt, creui.

Cædo, cecidi, per æ dipthongum, Cædi-
tur & tilia ante iugo, Virgilius.

Cedo, cessi, per e simplicem.

Cupio, cupiui facit, & cupi Cic. pro Cluen.
Et filium & hunc, cum maxime filium interfe-
ctum cupiui: pro cupiui.

Calumniōr innocenti, non innocentem: ita
metu quidam interpretū græcam locutionem
secuti, accusatiuū posuerunt, dicentes: Et orate
pro persequentibus & calumniantibus uos.

Cur ad uerb. sapius indicatiuū uerbum tra-
hit. Greg. Discutiendū est, cur quadam die fa-
ctum aliquid coram Domino dicitur.

Clauus similiter, quæ est purpurata uestis,
& declinatur genere foeminino.

Callum quoq; & cœnū, sing. numeri sunt.

Canī, cancelli & casses, singularem numerū
Casses autem, retia dicuntur. (nō habent,
Caulæ, similiter cerimonia.

Cunæ & compedes: & in neutro genere, ca-
stra, cibaria, crepundia, cunabula.

Cruor, plurale nō habet, Virg. plurali cruo-
res atq; atros significabat.

Contagium, & cōtagia, neutro genere sunt
dicenda: & hæc contagia, foeminino.

Comœdia, carmina quæ in cōuiujs canun-
tur: quia comestatio Græcē *κωμωδία* dicitur.

κασσάρη Græcē, Latine scilla.

Calamus Græcē, Latine harundo.

Canon Græcē, Latine regula.

Cados Græcē: Latine situla.

Cunabula, sunt panni infantia: sed Io. Con-
stantinopolitanus episcopus scribit Lazarū in
monumento cunabulis inuolutum.

Cutatora

Cantator & cantatrix, à uerbo canto. A uer-
bo cano, recte dicitur cantor atq; cantrix.

Comburo, per m scribendum, non per n.
Compara similiter & compono, ceteraq;
huiusmodi. (syllaba iunges.

Conspectus, cum diuidendū est, c sequenti
Cōplaceo, non conplaceo: cōmoratus, non
conmoratus. Comprehendo, per m.

Camelus, per unum I scribendum.

Commodat, & commendat per m.

Computrescit, per m. Complures, per m.

Columna, cum in scripto diuidēda est, in se-
quenti syllaba necis. Calumniā similiter.

Celo, celas, id est, abscondo, per simplicem
e scribendum:

Cælo, cælas, cum picturā significat, per dipth
thongum æ scribendum, unde cælum melius
intelligitur dictū, ab eo quod cælati instar, mul-
tifaria sit siderū uarietate depictū: quā quod
inuisibilia & incerta mortalibus celer arcana.

Cantharus, animal est:

Cantharum, camara, domus,
Clamo, clamoris, simplicis est:

Conclamo, simul cum multis est: etiā accla-
mo, murmurandi est. Proclamo, laudandi uel
æprecandi exultatio. Declamo, rhetorizandi,
Exclamo, quando pro uiribus uocem eleuo.

Curro, hoc tantum significat, quod in itine-
re positus, nullam faciem comperēdinationem.

Curso aut, paulò citius, aliqua necessitate ex-
torquente festinare cogor: cursito uerò, quan-
do hostem me insequentem fugio.

Circa, ad uisibilem materiam, uel locum per-
tinet. Erga aut, ad animū spectat: maxime cum
aliquem propensorem affectum gerat. (rum.

Circū, ad tēpus refertur. Circiter, ad nume-
rum.

Carcer, ubi homines cōtinent: singulariter.
Carceres, unde currus effunduntur: utrūq;
Cepit, de capiēdo scribimus. (masculinē.

Cepit, de incipiendo.

Capit, per dipth. Incepta per simplicem e.
Columbæ, quæ mansueri possunt, & do-
mibus assuescere. Palumbes, feræ, & faxis syl-
uisq; inhabitantes.

Cōscribere, est multa simul scribere. Exscri-
bere, quod alijs sit, trāsferre. Transcribere, cum
tus nostrum in alium transit. Inscribere, accusa-
tionis est: Describere, dictionis uel ordinatio-
nis.

Cōsuescimus bona: insuescimus ma-
la: adfuescimus utraq;. (ni & crudelitatis.

Crassari, corporis est & saginæ: Grassari, ani-
mæ.

Diliberit unguento: non delibuit.

Delator, qui desert ad accusandum:

Dilator, qui differt ad proferendum.

Deluit, purgat: diluit, temperat.

Deduco, de amico producendo:

Diduco autem, est distraho.

Dimidiatum calicem bibi: non dimidium,
dicere debemus, non enim ipsum uas bibis,

sed quod intra uas est.

Beda tom. 1.

Donamus & illi quod damus, & illum cui
damus.

Delictum, peccatum aliquod dicitur:
Delectū, militiæ, aut alicuius examinis ele-
ctionem appellamus. nam et diligi, affectionis
est: delegi, iudiciū. (lum.

Dæmon per dipth. notādus: Deus, per e fo-
Damnatus & addictus, & absolutus. Virg.
Quem dānet labor, id est, uirtus sua absoluat,
aut uictorem faciat.

Dolum, per i scribendū: non doleū, per e.
Dilectio & diligo, per i: & quæ declinatur
ex eis, per e scribenda. (lum, nidum auis:

Domuncula, conclauium domus: domici-
Descendo montes, dicere potest: id est, per
montes, uel in montes.

Descendo scalas, aut piscinam: id est, per sca-
las, & per piscinam.

Degredior monte, dicimus recte: & signifi-
camus de monte. (mum.

Discrucior & crucior animi & animo & ani-
Decus, honoris: decor, formæ est:

Deliciæ & diuitiæ, non habent numerum
singularem.

Denarius, Latine masculini generis est:
Denarion, Græcē neutri.

Dialogus Græcē, disputatio Latine.
Drama Græcum, neutri gen. Latine fabula.

Defunctus, cū scripto diuiditur, c sequen-
ti syllabæ iungenda.

Didymus, id est geminus, prima syllaba per
i, secunda per y scribenda.

Deliramentum, non deleramentum: quia à
uerbo liro, id est sulco, originem trahit, & sicut
boues, cum à recto sulcādī actu declinant, de-
lirare dicuntur: sic & homines, qui de bonis ad
mala, corda diuertunt.

Diluculum, non deluculum: quia modicam
dici lucem ostendit.

Desiderium, est rerum absentium, et nondū
adeptarum: concupiscentia, utrorūq;. Con-
cupiscuntur enim, quæ habentur, & quæ non
habentur. nam concupiscendo fruitur homo
rebus, quas habet: desiderando autem, absen-
tia concupiscit.

Dito, diuito, id est locupletio: græcē *διτίζω*.

Decorio, decoriui: & decumo, decumauī,
unum est: Græcē, *δεκατω*.

Dimittere, est derelinquere.

Demittere, est deorsum mittere, uelut: Quis
demisit lapidē angularem eius?

Domīnor tui, & domīnor tibi.

Dogmata Græcē, Latine decreta.

Dogmatizo, decerno, siue cenfeo.

Dum, cōtinētio, aliquando indicatiuum
uerbum trahit. Greg. Nescientia dum nouit, &
non diligit, inflat. item: Dum intretur, quod il-
la aliquando non habuit, temperet dolorem,
quod quum sit.

Doleo uicem tui, & tuā, et doleo tibi. Greg.
papa de Benedicō patre, cum persecutorem
D suum

fungi amaret, magis illi, quam sibi doluit.
 Dum coniunctio, aliquando modum con-
 iunctiui, aliquando trahit indicatiui: ut,
 Dum anxiaretur cor meum; & Dum dicitur mi-
 hi quotidie, ubi est Deus tuus; & beatus papa
 Gregorius: Amici ergo beati Iob, dum percus-
 sionu genera distinguere nesciunt, percussum
 pro culpa crediderunt. Item aliquoties dum,
 ut significat, ut Poeta: (las.)

Tityre, dum redeo, brevis est uia, pasce capel-
 10 Desperatus, per e scribendum: dispersus p i.
 Discedo, per i: descendo, per e.
 Diastole Græcè, Latine interdicium. Est au-
 tem nota ad pedè litera posita, quæ malè con-
 iuncta separet, ne puer legens erreret.
 Libera per uitreos mouit uestigia campos.

Domus, ablatiui casum dupliciter effert: et
 in o uidelicet, & in u. sed à domo, genitiuius
 pluralis sit domorum: à domo, domuum,

10 E Geo uictus & uictum & uictu.
 Eripio flammæ hominem.
 Egreior domo & ciuitate.
 Error, est rei uitium: ut, amor, dolor.
 Erratio, certæ uiæ.
 Erratrix, personam respicit: ut Venatrix erra-
 tica hedera uitij.
 Eloquentia & elegantia, singularia semper.
 Exuuiæ, exequiæ, excubiæ, quæ Græcè *επιλοιπία*
 dicuntur.

Exta quoque tantum pluralia. (mercatus. 30
 Emporia, fœm. gen. & est Græcum, Latine
 Emolumentum, per e simplicem scribendum.
 Amulatio, per æ diphthongum.

Equo sedeo, datiuo casu & ablat. sine præ-
 positione dicendum: & equum sedeo, accusati
 uo: & in equo, & super equum similiter.
 Emanat fons siue terra aquam, id est gignit
 æ producit: & emanat aqua de fonte siue de
 terra: id est, profluit. Greg. Qui locus à Roma
 na urbe quadraginta ferme miliarib. distans, fri-
 40 gidas ac perspicuas emanat aquas. Et iterum de
 eodem sepulchro: Illius flagrantia suauitatis
 emanauit.

Exprobrat, qui commemorat quæ præstitit.
 Obprobrat, qui obprobrium obicit: hoc est
 Expectatur uenturus: spectra uitium:
 tur, qui uidetur, uel probatur.

Exercitus laboribus: exercitatus studijs.
 Extruere, est in altu struere. Instruere aci-
 uel actionem: adstruere, adfirmare: construere,
 50 instruendo coniungere: substruere, re aliqua su-
 prapositiona subterstruere.

Excubiæ, per b: exuuiæ, per u scribendæ.
 Eorundem & carudem, per n, non per m.
 Imbria genere fœe. & simbrui dicit neutro.

Fides, fidei, de credulitate.
 Fides, fidis, de chorda. utraq; est longa.
 Flemina sunt, ubi abundant cura sanguine.
 Flemina, cum in manibus, uel in pedib. cal-
 60 losis sulci sunt. (ralem.)

Fastus, de superbia, facit fastuum, genit. plu-

Fastos, de libris, facit fastorum.
 Fungi, agere est: defungi, peragere. (rum;
 Fremor, est murmur hominum: fremitus, fera-
 Flauū, dicimus rubeum: sicut, flaua Ceres.
 Furuum, nigrum: fuluum, nigro rubeum: si-
 cut fuluum leonem dicimus, fuluam aquilam,
 & fuluum aurum, & fulua pugna: se de nube
 tuentem, quæ haberet igneam aliquid de cœle-
 sti, & sordidum de lugubri.

Fuluum certe aurum, cui ad decorem splen-
 doris sui, nigelli aliquid addatur.

Forum, neutro genere, dicimus locu rebus
 agēdis destinatum: uel cū cōmerciū significam.

Foros, masculinè, tabulata nauium, ubi re-
 miges sedent.

Fornax, genere fœminino dici debet: quia
 per diminut, facit fornacula, non fornaculus,
 Phalanx, militum dicitur.

Phalanga, sustis, cui quid deligatur. (dum.
 Fedus, quod est deformis, per e solæ scriben-
 Fœdus, qd est pactū, cum æ diphthongo.

Formosus, sine n, sicut speciosus.
 Fructum cum dicit, siue scribis, c secundæ
 syllabæ iunges. (modi.)

Factum & fictum, similiter, & cætera huius
 Falso, & nomē, & uerbum, & aduerbiū est.

Nomen, ablatiui casus, ab hoc falso; uerbū, pri-
 ma coniugationis.

Falso, falsas: aduerbium, ut falso loqueris.
 Flagitia, quæ in Dominum peccamus: facie-
 nora, quæ in hominem.

Flagro amore, & ardeo amore, ex uno Græco
 uenit, *λοιομα*.

Fidens sum animi, & animo.
 Fidus, amicus erit: fidelem, famulū dicitur,
 item, fidelis sit, ut domino seruus.

Fidus, natura. ita alter tēpore cognoscitur,
 alter semper inuenitur.

Fimus & fumus, pluralē numerū nō habēt.
 Fames, similiter.

Fœnum & fel; fur, fures, & freni, masculina
 semp pluralia: sed & frena et frenū inuenimus.

Far, frumentum, & cætera frugum nomina,
 semper singularia: quamuis frumenta & hor-
 dea legamus.

Fauces, singularem nō habent, quamuis &
 faux inuenimus.

Fidus, fidiſſimus, comparatiuum nō habet,
 sed pro eo dicendum, magis fidus: itemq; econ-
 trario, minus fidus.

Facilis, facillimus, nō facillissimus: sic & dis-
 ficillimus, & in aduerbijs facile, facilimè: dis-
 ficile, difficiliter: nec dicimus faciliter, aut diffi-
 cilliter, tametsi ueteres dixerunt. (sulsi.)

Fulgeo & fulcio, eundem habent perfectū,
 Frico, fricas, fricui. Frigo, frigus, frigid.

Facinus & facinora, nō solum peccata, sed
 aliquando etiam bona opera designat, nomen
 à faciēdo figuratum.

Fratres, dicuntur non solum mares ex eisdem
 parentibus nati: sed etiam masculi & fœminæ,
 siue plu-

siue plures utriusque sexus, eodē patre, & eadē
 matre generati, fratres promiscuè uocantur.

GUba dicendum, non gyla: quia **y** literam
 nulla uox nostra adsciscit.

Gobius, piscis: nonnunquam legitur gobio.
 Gaudium, animi lætitiæ: exultatio etiam uer-
 borum, atq; membrorum.

Gremiū, dicimus intersus, ac cinctus uestis se-
 cretū: sinū exterius, sinuata uestis receptaculū.

Gluten, neutri generis, glutinis, glutini. sed
 & glutinum Salust. dicit, glutini, glutino.

Gith, monoproton, & pluralem numerum
 non habet. est autem neutri generis, & per om-
 nes casus declinatur.

Gracilis, gracillimus, non gracillissimus.
 Gaudeo, gaudes, perfec. habet gauisus sum,
 Hilarus, facit pluralem hilarum.

Hilaris, pluraliter hilares.
 Hospes, & qui recipit, & qui recipitur.

Horredum dicimus & despicabile aliquid, 20
 & admirandum u;

Oculos horrenda in uirgine fixos.
 Herbidum locū dicimus, in quo herba est,
 etiam si aridus esse consueuit.

Herbosum, qui herbam facile generat, et si
 ad tempus aridus sit.

Haurio et hausus, per aspirationē scribēda.
 Harenam similiter, quia ab hærendo, uel ab
 hauriendo aquam dicta est.

Hebescit, qui à naturæ usū tepescit: hebetē- 30
 scit, qui amittit aciem.

Hi, pronomen pluralē, per unum i scriben-
 dum, His, similiter per unum i, (pluralē.)

Holo caustoma, num. sing. holo caustomata,
 Hamo, hamas, & nomen hamus cum aspira-
 tione scribenda. sic & humo, perfect. humauit.

Herbescit ager, cum herbam generat: sicut
 adolescit & pubescit, cum spica proximat.

Humilis, e contrarijs superbo dicitur, & est
 uirtus animi, & contrarius sublimi, quod est 40
 cōditionis. Sed & locus humilior, qui inferius
 iacet, solet appellari humiliatus: etiam in pres-
 suris, afflictus appellatur.

Intempesta nox, est mediā nox, quādo quies-
 cendum est. hinc utiq; dicta, quia in oportu-
 na est actioni uigilantiū. Tempestiuū enim
 ueteres dixerunt opportunum, & intempeſti-
 uum, inopportunum, ducto à tempore uoca-
 bulo, non à perturbatione aeris, quæ consuetē
 tempeſtas uocatur. Quamq; isto uerbo licet 50
 utatur historici, ut dicant ea tempeſtate, quod
 uolunt eo tempore intelligi.

Immaturitas, nocturnum tempus est, quod
 non est maturum, id est opportunum, ut aga-
 tur aliquid uigilando, quo etiam uulgō dicitur
 hora importuna: Græcè *αἰώπια*. Præueni in im-
 maturitate: q' *αἰώπια*. Nichil uerò interest ad sen-
 tentiam, utrum in maturitate, an in immaturitate
 dicatur. quomodo nihil distat, utrum quis dic-
 60 cat, egisse se aliquid galli cætu, an in galli cætu.

Iuuentus & senectus, plur. num. inflectuntur.

Iuuenis & iuuenior, non recipiunt superla-
 tiuum: sicut nec senex, nec senior. Solent autē iu-
 nior et senior ad se inuicē dici, minor et maior:
 et si neuter ipſorum senili accessit, aut propin-
 quauit ætati. Ambrosius: Iuuenior est herbis
 sol, iunior cæno. (dum.)

Interior & intimus, non habet posituū gra-
 Inferior & infimus, similiter.

Ipsū, neutro genere dicendū, nō ipsud, ut
 illud & istud: quemadmodū ueteres nominati-
 uum masculinū non ipse dicebant, sed ipſus.

Impingo, facit perfectū impinxi, & impegit.
 Immunes periculi, & immunes à periculo.

Indigus & prodigus, per unū u scribenda.
 Indiga & prodiga, sine u. August. Avaritia
 pecuniam congregat, luxuria spargit: ista indi-
 ga est, illa prodiga.

Incredibile, quod credi non potest.
 Incredulus, qui credere non uult.

In, præpositio, significat modō id quod &
 ualde aduerb. & uim uerbi, cui præponitur au-
 get: ut, increpuit, insonuit, infregit. modō qd
 nō: ut, inualidus, infirmus. modō ponitur pro-
 co quod est intersus, Benedicta tu in mulierib.
 modō pro aduersus: ut, duo in tres, & tres in
 duos diuidentur. modō pro spacio temporalis,
 cū significat usq;: ut dicimus, à mane in no-
 ctē: & uolumus intelligi, usq; in noctē.

Interest et refert, producta re, unū idemq; 7
 gnificant, qd græcè dicitur *εἰς αὐτόν*, dicimusq;
 ita: interest mea, & refert mea: interest eius, &
 refert illius: interest & refert nostra, interest &
 refert illorum.

Impleor uini & uino. Intueor te, & in te.
 Incurro te, & in te. Incurri & incurri.

Inuideo diuitem: inuideo ei & pulchritudinē.
 Iratus, ex offensa est: iracundus, natura: itaq;
 irā repentino motu nascitur.

Iracundia, perpes uitium est.

Ignis, ablatiuum & in e & in i mittit,
 Iuga motium, pluralia semper: iugum enim
 est iumentorū. Sed Virg. Hoc superare iugū.

Intestina & incunabula, pluraliter tantum.
 Iocum, singulariter neutrale: pluraliter hi ioc-
 80 ci, & hæcioca. (star.)

Instar illius rei, dicere debemus: non ad in-
 Illuies, sordidū est: ingluies uentris, illud
 à non lauando, hoc ab inglutendo dictum.

Iuuentus, multi iuuenes dicuntur: iuuentas,
 unius hominis ætas: Iuuenta, ipsa dea (ut Græ-
 ci dicunt, aut poetæ) Iunonis filia, uxor Hercu-
 lis, à qua Iunium mensē appellatum, in libris
 Fastorum legimus.

Inſita, arbor est, cui incisæ alienum germen
 includitur. Adſita, cui incolumi, aliud quod ſu-
 ſtineat, adiungitur.

Inuideo tibi diuitijs, non diuitias.

Inermus, facit pluraliter inermis: inermis, plu-
 90 ralter inermes. (uultum.)

Illius similis, ad mores refertur: illi similis, ad
 Inuidus, qui inuidet: inuidiosus, q̄ sustinet.

Idem, correptè neutrum: idem, productè masculinum in utroque numero.

Interpretor, & quæ derivatur, siue declinantur ab eo, per simplicem e scribenda.

Imberbi dicuntur, non imberbes: sic etenim Varro: Imberbi iuvenes, sed et Cic. Imberbum perduxit, non imberbem, Titus Livius autem imberbis singulariter.

Imputribile, per m scribendū, non per n. Impono et immitto similiter, et huiusmodi similia

Irrigo, non inirigo. Impleo, non inpleo.

Immundus, non inmundus.

Inquilini, non habentes propriam domum.

Incolæ, siue adueng, utiq; ex uno græco uerbo, quod est *πικρα*, in sacris literis interpretata habemus, ex his derivantur nomina, incolatus & inquilinatus. Trahit aut inquilinus, sicut & peregrinus, nonnunquam nomē datiuū casus: ut August. de reprobis: Sunt aut & ipsi peregrini & inquilini huic terræ, sed non de populo Dei.

Imponere, est rem aliquā siue corporālē seu incorporālē alteri rei superponere, sed imponere, pro fraudem facere, aliquādo dicitur. unde impostura uocatur, cum argentum uel aurum uiliori metallo adulteratur: & qui hoc facit, impostor uocatur, unde etiā uulgō, qui aliquid fraudis facit, aut simulationis, impostor solum appellatur. Gregorius papa: Cæpit illum simulatorem, & uerbo rustico, impostorē clamare. Unde habes in sacra Scriptura: Quare imposuisti mihi? nonne pro Rachel seruiui tibi? Et in Reg. Quare imposuisti mihi? tu es enim Saul. hoc est: quare me in simulatione decipere, & fraudem facere uoluisti. & August. Et ideo sibi miser imponit: sibi enim fraudem facit, qui perdit meliora, amando peiora.

Largè & largiter, iulius Modestus utrunque rectè dicitur: sed largè esse qualitatis, largi Libidinosus, à libidine, p b. (ter quantitatis, Liuidus, à liuore per u proferendus.

Larba, per b. Ludificor stultum, et deludor: quia uenit ex uno Græco *ὑπαίνομαι*, præteriti perfecti, ludificatus sum. Veteres uerò ludificauit dixerunt.

Labium, superius dicitur: labrum inferius: rōstrum, non nisi quod incuruum est.

Latere & absconditum esse aliquid dicitur, & latè patere. Virg. Et scuta latentia condunt.

Lepus, animal est: lepōs, iucunditas, uoluptas: unde & gratum aliquid, lepidū dicitur.

Limen, ædium est, limes regionum.

Largitas, humanitas est: largitio, ambitio, Ligat quis uinculo: legat testamento.

Loqui, hominis est: obloqui, obrectatoris, sicut obijcit, opponit: alloqui, psudentis, horantis: uel iubentis: eloqui, oratoris.

Laurentius, Cælius, & talia plura, quæ nominatiuū casum in ius habent, genitiuū sing. numeri in h̄ duplicem mittunt, uocatiuū singularem in simplicem: ut hic Laurentius, Cælius: huius Laurentij, Cælij: ò Laurenti, Cæli. sic & si-

lius, huius filij, ò fili: aut certè uocatiuū in ier ut hic impius, huius impij, ò impie. Notandum sanè in Actib. apost. ubi Cornelius uidit angelum Dei introeuntē ad se, & dicentē sibi Cornelij. hic uocatiuus rectè per simplicem i proferatur: in Græco aut per ie, Cornelie scriptū est.

Limus, lux, labes, latum, pluralem numerū non habent.

Liberi, quando filios significat, & latebræ, singularem non habent.

Lac, liquamen, lenticula, lens, sing. semper.

Locus, singulariter masculinum: pluraliter hæc loca. (tinē labrum.

Luter Græcū *λυτῆρ*, masculini generis, Luceo & lugeo, in eundem perfectum deueniunt, luxi.

Libero te periculo, libero à molestia, Lino, facit præteritum liniui & liniui.

Margarita, foeminiū genere, & margaritum, neutro dicendum, In Prouerbij: Inauris aurea, & margaritum fulgens.

Malogranatū, & malū granatū consuetè dicitur, & utroque modo declinatur, hoc modo: malogranatū, huius malogranati, & hæc malogranata, horum malogranatorū, his malogranatis, &c. & rursum: hoc malogranatum, huius maligranati, & hæc malagranata, horum malorumgranatorum, &c.

Miseret me senis, misereor senis, misereor senem: misertus pauperis, per genitiuum: misertus pauperem, per accusatiuum.

Miseror autem, compatior significat, denique Græcè dicitur *συμπάσσω*.

Mereo honorem, & mereor: & miles meret stipendium. (rem.

Memini, & memor sum honoris, & honore Maritima, sunt loca mari uicina, marina, nauis, uel belua. Meto tui, & tuo.

Materies artificiorū: materia consiliorū. Alij contra referūt materiem esse animi, materiam arboris: materiem, qualitatem ingenij, materiā fabri aptam.

Mas, in positione: masculus in deminutione, non mascellus, ut quidam.

Muscus, herba quæ in parietibus, uel in corticibus arborum heret, singulariter tantū effertur: memoria, malitia, murmur similiter.

Mina, manubia, moenia, mapalia, quæ sunt casæ Afrorum, pluralia semper.

Mare pluralem numerū non habet, nisi tantum maria.

Mel & mulsū, & muria, id est *μυρ*, & cetera liquida preciosa, tantum singularia quam uis mella & uina legamus.

Mature, maturius, maturissime dicendū, inuenimus apud auctores etiā maturimè dictū.

Munio, munis, perfe. facit munij & muniuui.

Memini, meministi, meminuit: meminimus, meministis, meminuerunt, & præsentis tempore, & præterito imperf. uno eodē modo declinatur, ideo corruptū siue defectiuū uocatur.

Mulceo

Mulceo & mulgeo, in unum perfectū perueniunt mullsi.

Maiestas cum scribis uel dicis, f sequenti syllabæ complicari debet. sic in similibus.

Miramur opera, admiramur uirtutes. (mus. Minores esse res aliquas aut homines dicitur.

Minoris empti aut aut aestimatu quippiā, rectè scribimus.

Memini me facere dicendū, non fecisse. nam memini, sermo est totius præteriti temporis, qui antea cōtra rem in præsens reuocat: & si dixeris, Memini me fecisse: duo præterita simul iungis. Verg. uno tantū loco: Nancq; sub Æoliæ memini me turribus altis Coryciū uidisse senē. qd; poetæ p necessitate metri usurpare licuit.

Meracam potionē dicimus, quæ merū alium de recepit: merosum aut uinum appellamus.

Muliebri, dicitur à muliere aliquid factum: muliebriarium, per mulieres ordinatū, & per uiros gestum.

Merula, non merulus dicendum, Matthias & Matthias p duo i scribenda: quia Græci per τ & θ scribunt.

Mœstum animo, tristem aspectu dicimus, Malus, nauis, masculinum:

Malus, arbor frugifera, foeminiū est, Mendum neutraliter, Varro in admirandis dixit, magnum mēdum: sed Ouid. foeminiū: Nocte latent mendæ. Itē, Eximet ipse dies omnes è corpore mendas. Ergo mendum in mendacij significatione dicitur: mēda, in culpa operis uel corporis.

Munificus, est tanquam beneficus & maleficus: munifex autem tanquam opifex & artifex. itaq; munificus munera largitur: munifex autem munere fungitur.

Morticina, non dicuntur nisi mortuorum: mortalia uerò, etiā uiuentiu corporum nomen est. Nimis, dicitur quicquid plus fuerit quam oportet. nam parum est, quod minus est quam oportet: & horum in medio modus est, quod dicitur, Satis est. Cum itaq; utile sit in uita & moribus, ut amplius quam oportet, nihil omnino faciamus: profectō ueram esse sententiam, Ne quid nimis, fateri potius quam negare debemus. Sed aliquando Latina lingua hoc uerbo sic abutimur, ut nimis, pro eo quod est ualde, & positum inueniamus in literis sacris, & ponamus in sermonibus nostris. nam & in Psalmo: Tu præcepisti mandata tua custodire nimis: non nisi ualde intelligimus, si rectè intelligimus. Et nimis te diligo, si alicui charissimo dicimus, non utiq; plus q̄ oportet, sed ualde nos diligere intelligi uolumus. Deniq; illa Græca sententia, Ne quid nimis, non habet uerbum hoc quod hic legitur. ibi enim est *ἄγαν*, quod est nimis: hic aut *σφόδρα*, quod est ualde. Sed aliquādo, ut diximus, pro eo quod est ualde, & dictū inuenimus, & dicimus, unde etiā nonnulli Latini codices non habent: Tu præcepisti mandata tua custodire.

Noceo, obsum, in commodo, malefacio, officio, in una significatione ponuntur, quod Græcè dicitur *βλάπτω*: & cuncta datiuū casu trahunt. Nullus est tam in re, quam in persona: Nemo in persona dicitur: ut ne homo. Natales, id est nobilitates, Nuptiæ, nona, nares, nudina, nuga, nenig, pluralia tantum: & nar inuenimus: nenias autem dicitur epigraphia, id est carmina, quæ in memoriam mortuorum in tumbis scribuntur.

Nequā & nugas, omnis generis & numeri sunt, & per omnes casus currunt, semper equaliter dicta: quamuis August. dicat, nuga, nugarum, nugis. ferunt aut, quia nugas Hebræus sermo sit, & idem apud eos, quod apud nos significat: id est leuis & prauæ mentis homines.

Novi, nosti, nouit: nouimus, nostis, nouerūt. sic declinatur præsentis, & præterito perfecti: cui similia sunt, odi & memini.

Noceor, noceris, rectè dicitur: quamuis alii qui grāmaticorum asseuerent, non debere dici noccor, sed nocetur mihi: neq; enim Hieron. grāmaticorum regulam ignorabat, qui in propheta Abacuc, ita transferre non timuit: Et non saluabis, dum noceor.

Necto, nexi præterito, Noctur, tēporis est aduerb. nocte, nomē est.

Nubunt foemina: uir enim ducit, mulier nubit: quia pallio obnubit caput genasq;.

Nongentos, non nungentos: ab nouem. Nequam, non malū significat, sed inutilem.

Nubo, nupsi. Nuptiæ, cum uocalis sequitur, b debet esse: quom consonans, p.

Nascitur, quod utero decidit: enascitur quod de terra ac de aqua exurgit.

Nihil, aduerb. est: nihil nomen. homo enim nullius momenti dicitur. (classica profectio.

Nauis, unius ratis nomen est: nauigiū, omnis Nauclerus, omnis confortij, naualis exercitus: nauigator, ipse primarius, pfectionis: nauata uerò, omnis qui laborem facit nauigandi.

Nauis, ablatiuum per e, & per i effert. Organū, unius musici propriè nomen est: sed generaliter omnia musicorū uasa organa possunt dici. Ioannes Constantinopolitanus episcopus: In salicib. in medio eius suspensimus organa nostra. idem citharam, psalterium, lyram, &c.

Organarius autem est, qui utitur organo.

Obriza, obriza, generis foemini: & obrizum, obrizi, neutri. j

Origo, originis, initium est. Origo, originis, neutrum est, & est uelū nauis: in plurali numero origon.

Obtineo laudem, & impetro, ex uno Græco uenit *ὑπὸ τρυφήν*.

Obiurgo, increpo, corripio, ex uno Græco transferuntur *ὑπὸ τρυφήν*. (loquimur.

Homilia Græcū est, Latine sermo uel colatio.

Ocium & silentium, ex uno Græco, id est *ἠσυχία*.

Noceo, obsum, in commodo, malefacio, officio, in una significatione ponuntur, quod Græcè dicitur *βλάπτω*: & cuncta datiuū casu trahunt.

Nullus est tam in re, quam in persona: Nemo in persona dicitur: ut ne homo.

Natales, id est nobilitates, Nuptiæ, nona, nares, nudina, nuga, nenig, pluralia tantum: & nar inuenimus: nenias autem dicitur epigraphia, id est carmina, quæ in memoriam mortuorum in tumbis scribuntur.

Nequā & nugas, omnis generis & numeri sunt, & per omnes casus currunt, semper equaliter dicta: quamuis August. dicat, nuga, nugarum, nugis. ferunt aut, quia nugas Hebræus sermo sit, & idem apud eos, quod apud nos significat: id est leuis & prauæ mentis homines.

Novi, nosti, nouit: nouimus, nostis, nouerūt. sic declinatur præsentis, & præterito perfecti: cui similia sunt, odi & memini.

Noceor, noceris, rectè dicitur: quamuis alii qui grāmaticorum asseuerent, non debere dici noccor, sed nocetur mihi: neq; enim Hieron. grāmaticorum regulam ignorabat, qui in propheta Abacuc, ita transferre non timuit: Et non saluabis, dum noceor.

Necto, nexi præterito, Noctur, tēporis est aduerb. nocte, nomē est.

Nubunt foemina: uir enim ducit, mulier nubit: quia pallio obnubit caput genasq;.

Nongentos, non nungentos: ab nouem. Nequam, non malū significat, sed inutilem.

Nubo, nupsi. Nuptiæ, cum uocalis sequitur, b debet esse: quom consonans, p.

Nascitur, quod utero decidit: enascitur quod de terra ac de aqua exurgit.

Nihil, aduerb. est: nihil nomen. homo enim nullius momenti dicitur. (classica profectio.

Nauis, unius ratis nomen est: nauigiū, omnis Nauclerus, omnis confortij, naualis exercitus: nauigator, ipse primarius, pfectionis: nauata uerò, omnis qui laborem facit nauigandi.

Nauis, ablatiuum per e, & per i effert.

Organū, unius musici propriè nomen est: sed generaliter omnia musicorū uasa organa possunt dici. Ioannes Constantinopolitanus episcopus: In salicib. in medio eius suspensimus organa nostra. idem citharam, psalterium, lyram, &c.

Organarius autem est, qui utitur organo.

Obriza, obriza, generis foemini: & obrizum, obrizi, neutri. j

Origo, originis, initium est. Origo, originis, neutrum est, & est uelū nauis: in plurali numero origon.

Obtineo laudem, & impetro, ex uno Græco uenit *ὑπὸ τρυφήν*.

Obiurgo, increpo, corripio, ex uno Græco transferuntur *ὑπὸ τρυφήν*. (loquimur.

Homilia Græcū est, Latine sermo uel colatio.

Ocium & silentium, ex uno Græco, id est *ἠσυχία*.

Ordibo

Ordibō et ordiar telā, utroq; modo dixerūt.
 Ostrea, foemin. genere: non ostreū neutrali.
 Ocimum consuetudo neutraliter dicit: sed
 Amilius Mācer ait:
 Inter prāteritas numerabitur ocimus herbas.
 Ordior hāc rem, & ingredior, & incipio, ex
 uno Græco uenit *αρχομαι*.
 Onus iumentorum: sarcina est hominum.
 Optimates, qui Græcè dicuntur *πρωτοπολιται*,
 pluraliter solum profertur.
 Oblitus nostri, non nos: ueteres tamen &
 hoc modo dixerunt.
 Oliua, arbor est: olea, fructus: oleū, liquor.
 Odī, odisti, odit: odimus, odistis, oderunt, &
 præsenti perfecto, & präterito perfecto tem-
 pore sic declinatur: ideo defectiuum dicitur.
Petra, & Græcum & Latinum nomen est,
 unum idemq; in utraq; lingua significans:
 unde et Petri apostoli nomen, in utraq; lingua
 eandem inuicem fidei significantiam à petra de-
 riuatam continet.
 Platea, similiter in utraq; lingua unū idēq;
 significans: sed ut etymologiæ ratio probat, à
 Græca origine nomen tractum, atq; à latitudi-
 ne deriuatum est: quoniam Græcè *πλατὴ* di-
 citur latum.
 Pro, præpositio, significat ante: ut,
 Soli portis Messapus, & acer Atinas
 Sufficient aciem.
 Ponitur & pro præpositiōe in: ut dicimus, pro
 rostris, pro tribunali: & pro eo quod est *ἀντὶ*
 apud Græcos: ut, Pro dulci Ascanio ueniat, &
 pro eo quod est *ὑπὲρ*: ut, (Prædicam,
 Vnū illud tibi, nate dea, proq; omnib. unum
 Pudet me amoris. Pœnitet me muneris,
 Piget me profectiois.
 Patiens sum laboris.
 Pertæsum est me iniuriæ.
 Plenus sum honorum, & bonis.
 Præo illi.
 Palpor & palpo equo,
 Præcuro prætori.
 Procuro pupillo, & curo pupillum.
 Potior fructus, & fructu dicitur, apud anti-
 quos potior hanc rem.
 Præda uictos spoliat. Rapina subito uenit.
 Pax singulariter solum effertur. Salustius:
 Paces retulit: iudicia, bella atq; paces.
 Profapia, id est ingenuitas, quæ Græcè uo-
 catur *ἀγνοία* singulari tantū numero gaudet, 50
 Pelagus similiter.
 Pugillares, proceres, primores, posteri, plu-
 ralia tantū: sed nostri autores pugillarem singu-
 lariter dixerunt, sic & in genere foeminino.
 Plagas, id est retes, & Primitiæ, & in neutro.
 Præcordia, palatia, cum miles ad palos exer-
 Pro castris, quæ ante castra sunt. (centur.
 Porrum, sing. neutrale: pluraliter hi porri.
 Prouerbiū, Latine *πρῶβολη*, generis foemi-
 nini. inde nomen apud Septuaginta interpre- 60
 tes libri Salomonis, *πρῶβουλα*.
 Bedæ tom. 1.

Pius & piissimus, comparatiuum gradum
 non recipiunt.
 Potior & potissimus, positiuum non habet.
 Proprius, non habet comparatiuum, aut su-
 perlatiuum, sed pro his magis proprius, & ma-
 ximè ppius: sic econtrario, minus & minimè.
 Paueo & pascō, in eundem concurrunt per-
 fectum, pauī.
 Pendeo, pendes, pependi, sin autem habue-
 rit præpositionem, non sic declinatur: sed su- 10
 spendo, suspendis, suspendi.
 Palsim, ubiq; significat: ex uno enim Græco
 declinatur, quod est *παλιν*.
 Perinde, æqualiter: ex uno Græco *ὁμοίως*.
 Pello, pelli, & pepuli: depello, depuli,
 Peto, petiui, & petij.
 Prospiciens periculi, uice nominis ponitur
 participium: & prospiciens periculum.
 Perendie dicit, sicut hodie uel cras. (stinus.
 Perēdinus dies, sicut hodiernus, hesternus, cra- 20
 Poramus eum cui potum porrigimus: et po-
 tamus uinum, quod bibimus.
 Primitiæ tantum pluraliter.
 Probo uerbū, duplicem signific. habet. Pro-
 bamus enim quod eligimus: idē approbamus.
 Probamus autem, quæ qualia sint, tentauim-
 mus: ut, Proba me Deus, & scito cor meum.
 Pecto caput, non pectino: pectum, non pe-
 ctinatum: pexi memet, & pectam cras.
 Prælagio, prælagis, prælagiunt. (tio. 30
 Pauperies damnū est: paupertas, ipsa condi-
 Patriū dicimus à patria: paternum à patre.
 Pinnas murorum: pennas auium dicimus.
 Pecos, omne animal, excepto homine, uoci
 Polenta, nō pulenta dicendum (tandum est.
 est: eo quod ad usum hominum poliatur.
 Procœmium cum diphthongo.
 Precium, premo, precor, per simplicem e.
 Prehendo quoq; & interpretor.
 Precari, est rogare: deprecari, excusare uel 40
 purgare. Virgilius: Equidē merui, nec depre-
 cor, inquit.
 Pluris dicimus, quod maiore summa taxat.
 Plures de multitudine. Plures comparati-
 uū gradus est, cuius positiuum multi.
 Poculum, uas est: potio, quod hauritur.
 Pignera, pignora filiorum & affectionum,
 Procul, & longè dicitur, & propè: Clypeo
 excussa sagitta, proculq; Autorem egregiū.
 Pertinacia, malæ rei perseverantia dicitur:
 constantia, bonæ. (mo. 50
 Percussum corpore dicimus: percussum ani-
 Periculum ad discrimē pertinet: periculum
 ad experimentum.
 Postulat aliqd honestè: posticitur improbè,
 Cic. in Fru. Incipiūt postulare, postcere, minari.
 Pubes, cum in iuuentutis significatione &
 Ianuginis, & partis in qua pubertas est, ponit-
 tur: huius pubis facit: at quum ætatem signifi-
 cat, huius puberis: nec tamen adiecta præposi-
 tione dicimus impuberis, sed impubis. Co-
 mitemq;

matemq; impubis Iuli, Virgilius dixit, Sed Ci-
 cero ait: Filiumq; eius impuberem.
 Pulmentarium & pulmentum dicitur: nam
 Cato in Originum tertio libro, la serpitiū pro
 pulmentario habet: idem, multo pulmēto usi.
 Podagrosus, à podagra dicitur: sed & poda-
 gricus, à pedum ægrotatione.
 Pugillares & masculinō genere, & semper
 pluraliter dicat: quia pugillus est, qui plures ta- 10
 bulas continet. Item Laberius in Piscatore, sin-
 gulariter hoc pugillar dicit,
 Pautis, pauī: & pauo, pauonis.
 Pānicula, *πρωτότυπον* primus est. Lucilius:
 Foris subtegminis pannus est,
 Paropsides, foeminino genere dicuntur, à
 pulmentario uidelicet, quod *παρ* uocant.
 Palūbes, Virgilius foeminino genere dicit,
 Atria quō cōcessere palumbes. sed Lucilius
 masculinō, Macrosq; palumbes. Varro autem
 in Scauro palūbi dicit, quod consuetudo quo 20
 quē usitauit. (ueta.
 Pometa dicimus, ubi poma nascuntur: ut oli-
 Pomaria autem, ubi seruantur.
 Penē, quod est coniunctio per e.
 Pœna, quæ est supplicium per ce: similiter
 & Pœnus, id est Afer.
 Prægnantem cum scripto diuidis, g secūde
 syllabæ necis: pignus & pugna similiter, & cę-
 tera huiusmodi.
 Propter, in diuisione scribendi, p secūde 30
 syllabæ iungis: prosperè, f secūde.
 Partio, prædo, populo, actiuo genere non-
 nunquam profertur: item hæc ipsa commu-
 nis generis uerbo sapius inueniuntur, partior,
 populor, prædor.
 Pono, simpliciter aliquid statuens: dispono
 aliquid operis impensioris uel consilij factu-
 rus. Est etiam disponere, scederis in eundem.
 Propono, nō nunquam ad interrogandam
 quæstionē. Appono adiectionis est: impono, 40
 insuendi: superpono, aliquem cęsum uel labo-
 rem unicuique in dicens.
 Prapono, aliqd preferens: sic & antepono.
 Postpono, aliquid inferius in dicens: compo-
 no, ornādū, aut eloquiū aut artificij est: sepono,
 separandi: suppono, aliquid subitus inducens:
 depono, labefactandi est, uel uita excedendi.
 Peregrinus, nomen sæpe socium & coniun-
 ctum sibi nomen aliud datiuū casus, ut sancti
 dicitur peregrini huic seculo. 50
 Præstolari, nōt præstulari: quia uenit à uer-
 bo præsto sum,
 Puppis, accusatiuū casum in em, & in im
 mittit ablatiuum in e & in i.
 Psallo, perfectum facit psallit.
 Potior, potitus sum: & perfrui, perfructus
 sum, ex uno Græco ueniunt, quod est *επιφρα*.
 Pascuas genere foeminino: & pascua neutro
 pluraliter dicimus.
 Primitiæ, numero tantum plurali dicuntur, 60
 sed aliquoties singulari intelligendæ, sicut in

Apostolo: Primitiæ Christi.
Quod, & Quia, & Quur, & Quare, uerbis
 subiuncta, aliquādo indicatiuū uerbum
 trahunt, aliquando coniunctiuū. Gregorius,
 Nouerat, quia sine culpa esse uix possent. &
 rursum: Nouerat, quia diluēdi sunt sacrificijs,
 & rursum: Recellit à malo, nō quia à faciendo
 continuit, sed quia ueniendo reprobauit. item
 dicit: Quod hoc numero requies designatur,
 item, Nonnulli sese intrinsecus: quia per eos
 gratia purgationis dēriatur, extolluntur.
 Quoties, toties, septies, sine n,
 Quicquid & quicquā, in priori syllaba per
 c scribendum, non per d.
 Quanquam, in priore per n.
 Quorundam, sicut eorundem per n.
 Querela per unum l.
 Quatenus aduerbium loci, uel temporis, id
 est, quousq; per c.
 Quatinus, coniunctio causalis, id est ut, per
 i scribendum. (trando.
 Queritur, de inquirendo: queritur, de plo-
 Quæstus, luctu: quæstus, lachrymarum.
 Querimonia quoq; p simplicē e scribenda:
 Queror de te: queror de illo: itē cōqueror;
 Quō uadis? ad quem locum significat.
 Quā uadis? qua uia dicitur.
 Quō, aliquando pro ubi ponitur. Augusti-
 nus: Inuenis domum famosam, quō boni habi-
 tant, id est, ubi habitant.
 Quot, ad numerum pertinet, sicut & tot.
 Quanti & tanti, ad mensurā: sed nostri au-
 tores aliquoties quantos, pro numero ponūt.
 Gregorius: Sed cum rete magnis piscib. plenū
 dicitur, Additur & quātis, scilicet 150 tribus.
 Quantus, quā magnus dicitur.
 Quotus, cuius ætatis: unde & quōta luna di-
 citur. Augustinus: Quotus quisq; apparere at-
 que existere potest, qui non conuincatur esse
 peccator: id est, in qua ætate, quo dierum uel
 annorum numero.
Radius, masculinō, non radiū neutro.
 Rubor, coloris est: robur, uirtutis: robor,
 Rapio tibi pecunias. (arboris.
 Redolco unguentum.
 Regiū dicitur, quod regis fuit: regale, quod
 Rabies, tantū numero sing. (rege dignū est.
 Reliquiæ, & rostra, tibi cōcionatur, tantum
 pluraliter.
 Remedium, submouet imminetia pericu-
 la: medicamentum, sanat illata. Remedium ita-
 que ne periclitemur: medicamentum ad subis-
 ta pericula optatur.
 Roscum per fero sarium mixtum.
 Rudis, comparatiuum & superlatiuum nō
 habet: sed pro his utimur aduerb. magis & ma-
 ximè ut, magis rudis, & maxime rudis.
 Recens feci, dicimus: non receter, utentes
 nomine pro aduerbio.
ὑβρις Græcè, Latine modulatio,
ὑβρίων, modulator.
 Super,

SVper, præpositio modò ponitur pro De: ut Multa super Priamo rogans, super Hecore multa.

Modò & pro præpositione Pro: ut, Nihil super imperio moueor.

Et pro Insuper, & Amplius: ut, Cui neq; apud Danaos usq; loc^o, & super ipsi Dardanidè infensi pœnas cū sanguine poscūt.

Et pro Desuper: ut, Et super è uallo prospectant Troës.

Et pro Superest: ut, Illi autem neque fuga iam super ulla pericli.

Interdum & Ultra, significat: ut, Super Garamâtas & Indos Proferet imperiū.

Sub, præpositio significat modò Supra: ut, Corpora saltu subijciunt in æquos. Id est, supra faciunt. Modò pro præpositione In: ut,

Nanq; sub ingenti lustrat dum singula templo. Id est, in templo. Significat & Prope: ut,

Classemq; sub ipsam Antenore.

Ponitur nonnunquam pro Clam: ut, Subripuit. id est, clam rapuit.

Similis sum tui, moribus: similis tibi, facie. Studio tibi feci: id est, dum studeo tibi.

Studio tui feci: id est, te studente, Sarrix, uel Sertrix, quæ sarcit.

Subigo hostem, perfectæ formæ est. Subagito, frequentatiuæ.

Salubre, ad locum refertur, & ad cibum. Salutare consilium est. Ita salubre non nocet: salutare prodest.

Supellex, sanies, socordia, sitis, & in neutro sulphur, scrupulum, sinapi, filer, singularia tantum sunt, sed Virgilius, sulphura uina: & Terentius masculinè scrupulum retulit.

Sentes, id est spinæ, & farcinæ, quum uasa significat: & farcinæ, id est auxilia: & scopæ & salinæ & scalæ, & in neutro sponsalia, semper pluralia: sed nostri scalam dixerunt.

Sponte mea uenio, non habet plures casus. Si amem, ames, amet, declinatio est uerbi coniunctiui: sicut quum dicimus, Quum amem, ames, amet.

Scylla, nomen habet à spoliando, siue uexando nautas.

Spolio, est enim Latinà: Græcè dicitur σκῆμα, & uexo.

Sanno, sannis, sannui, hoc fannium, querela.

Sors fortis, fors fordis dicitur. Ambrosius: Mundat uasa, ne fors aliqua uini gratiam deco-

loret. Tamen negant quidam, fordem nominatiuum casum habere.

Si, uel Etsi, nonnunquam indicatiuum uerbum trahunt. Gregorius: Frustra miraculū fors ostendimus, si deest quod intus operetur.

Item, Quæ etsi ad perfectionem non pertinet, fidem tamen tenent.

Sensus, nomen est quartæ declinationis: & participium præteriti temporis, à uerbo passiuo, quod est sentior: cuius etiam perfectū est, sensus sum, es, est: non sentitus.

Secturus, non secaturus: à uerbo quod est seco.

Scamna sunt, quæ lectis altioribus apponuntur. Scabella, quæ lectis paruulis uel sellis ob ascensum apponuntur. Scabellum autem & Suppedaneū dicitur, quod sub pedibus sit.

Sterceratos agros, nō stercoreatos dicas, quibus sterces ad fecundandum infertur.

Solemne quum dicis siue scribis, m sequēti syllabæ connectis. Somnium similiter. Sæuus, sæuius, sæui, sæuisti, per æ diphthogū.

Sero, seui, seuiisti, per e simplicem. Sagena per e, quum retia significat. Sagina per i positum, pro pinguedine.

Sol, in utroque numero declinatur: sed singulariter sol, ipsū luminare significat. at soles, ipsos dies nominamus, in quibus sol totum illuminat populum. nonnulli tamen ueterum ipsa carmina Soles nominare: sicut Horatius in principio cuiusdā uoluminis, quem ita exorsus est:

Soles meos omni ecclesiæ uestræ commendo. Et Maro: Sape ego longos cantando puerum memini me condere soles.

Secundum, præpositio est imitationis. Post, temporis, siue ordinis.

Segnitias, uitij, Segnitia, frigoris.

Subscribo epistolis. Supplicio similiter: ut, Supplicio diuinæ pietati.

Simplex, ablatiuum & in i & in e mittit: genitiuum pluralem in um & in ium: ut ab hoc simplice uel simplici, horum simplicum & simplicium.

Suauis, ablatiuum casum in e & i mittit. Stachys, σῆχος Græcè, Latinè spica.

Sandali Græcè neutro genere, caliga Latinè, Sertum & corona, ex uno Græco transferuntur, id est σῆρα.

Solium, propriè sedes regalis est, unde Græcè βασιλεύς θρόνος uocatur.

Senex & senior, superlatiuum gradum non habent.

Sobrius, nec comparatiuum recipit, nec superlatiuum: sed pro his dicimus, magis sobrius & maximè sobrius.

Senecta & senium, duo nomina senectutis sunt, & discernuntur à Græcis, apud quos aliud nomen habet grauitas post iuuentutem, aliud post ipsam grauitatem ueniens ultima ætas. Nam presbyter dicitur grauis: & γῆρον, senex, quia uerò in Latina duorum istorum nominum distinctio defecit, de senectute ambo sunt posita, senecta & senium. Hæc Augustinus. At Gregorius: Vnde uerò, inquit, est ætas, quæ decrepita, uel ueterana dicitur: unde Græci, ualde seniores non γῆροντες, sed presbyteros uocant.

Suspiro, uerbum trahit nomen datiu, casus & accusatiui: ut, Suspiramus patriæ cœlesti, & præpositione addita, Suspiramus ad uitam immortalē.

Subducimus & quæ retrò subtrahimus, & quæ in promptu offerimus.

Supremus, summus & ultimus, & superior & inferiorem significat.

Superest, quod eminet.

Supra, quod aliquid substratum habet.

Subter est, quod re aliqua superiore premitur.

Subtus, quod demissum ab altiore non tangitur.

Seruitium, multitudo seruorum.

Seruitus, conditio est seruiendi: sed ueteres indifferenter seruitium & pro seruitute posuerunt.

Sinapi, sicut & gummi, Græcum est, & pluraliter. Sinapi, cuius genitiuus cum s profertur, cæteri casus similes sunt nominatiuo.

Sibilus dici oportet: Virg. in Bucolicis: Nam neq; me tantum ueniens sibilus Ausstri. Sed & neutro genere quidam dixerunt: ut Cornelius Seuerus:

Et sua uiter concordant sibila faua dracones. Macer:

Theriacon longo resonantia sibilla collo. Serenus, suaue sibilum.

Sal, & masculino genere & neutro dicitur. Saturitas, in cibo tantum dicitur, in cæteris uerò fatietas: sed Virg. Odij saturata quieuit.

Simiam, authores doctiores dixerunt etiam in masculino.

Strigem hanc, in significatione auis dicas: striga autem castrense uocabulum est, interual lum turmarum significans, in quo equi stringuntur: unde etiam strigosi dicuntur corpore macilento.

Stirps, in significatione sobolis, foemini no genere dicitur: sed cum materiâ significat, masculino modo stirpem recisum dixerunt: tamen etiam in significatione sobolis, masculino genere, ut Pacuuius:

Qui stirpem occidit meum. Sero rumores, id est, diuulgo: & sero, seui.

Sero, id est, claudio (unde & sera dicta est) serauit. Terentius,

Tu abi, atq; ostium observa intus. Suffragor, non suffrago: & suffragatus sum, non suffragauit.

Sorbeo, sorbui, non sorbsi.

Somnio, non somnior: somniaui, non somniansum.

Sanguis est, dū manet: effusus uerò, cruor. Sumimus ipsi: accipimus ab alio. Sic quum damus, dicendū Accipe: cū permittimus ipsi tollere, dicendū Sume.

Scorpio, bellica res est: at scorpius, animal. Scribo, scripsi, scriptum: cum uocalis sequitur, b debet esse: cum consonans, p.

Sacer & uenerandus, & execrandus. Virg. Auri sacra fames.

Suffragia populi, & quæ honorant dicuntur, & quæ damnant.

Subducit

Testor, aliquid confirmas sententiam: contestor, cum quadam autoritate affirmans: Protestor, manifestè cauendo denuncians: obtestor, aliquid iura compellens: attestor, ad testimonium uocans, qui sit dignitate uel autoritate eminens: detestor, aliquid execrandum respiciens.

Trux, ablatiuum in i & in e mittit: genitiuum pluralem in u & in um.

Therion, græcè θηρίον, Latinè fera. unde theriaca, quia feraliter occidit.

Taciturnitas, loquelæ contraria est: silentiū, confusis uocibus siue tumultibus. uerū sciendum, quia fileo & taceo, & cōticeo & reticeo, ab uno Græco ueniunt σιωπία.

Tenax beneficij: id est memor gratiæ.

Torques, nomen, generis communis. nam & in Mario Linius genere masculino, & Cicero torquem foemini no posuere.

Triumphat nos Deus, cum superandi hostes auxiliū tribuit. Deo (inquit ille) gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & iterū expolians principatus & potestates, triumphans illos in semetipso.

Transmigro, quum de loco ad locum iter facio. item transmigro dicitur, cum additamēto accusatiui casus, cum aliquem de loco ad locum transfero: ut, Nabuchodonosor transmigravit Iudæos de Ierusalem, & emigrabit te de tabernaculo. Porro exemplum uerbi superioris, transmigra in montem sicut passer.

Transmigrans participium, æquè dupliciter: & de loco ad locum transiens aliquis, & alium de loco ad locum transferens intelligitur.

Turtur, & masculino genere & foemini no profertur, tunc temporis aduerbium est, tum ordinis. (tergum.)

Terga hominum sunt, & singulari numero Tergus quadrupedū, pluraliter facit tergora, id est coria.

Tinguere dicendum, non tingere. Temeritas, sine cōsilio: audacitas, post consilium.

Temperatā animorum: temperatio rerum: temperies aurarum.

Tapete, tapetis, & tapeti: & pluraliter tapetia, tapetium, tapetibus altis. sed & hoc tapetū, huius tapeti, huic tapeto: & pluraliter tapeta, tapetorum, tapetis. Virgilius:

Instratos alipedes, pictisq; tapetis. Sed & masculino genere dicit: Pictosq; tapetos.

Turbo, si sit proprium, Turbo, turbonis facit. nam siue uentus, siue quo ludunt pueri, hic turbo dicitur. Virgilius:

Torto sub uerbere turbo.

Tumulus & tumens, tellus, et mons breuis, & sepulchrum æquè uocatur.

Teloneum, per r simplicem, nō thelonium, aspiratione addita. Est autem Græcè τέλων. Latinè uectigal.

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes

Tabes, tantum singulariter dicitur.
 Tenacula & tenebrae tantum pluraliter.
 Vnde quaque, omnimodo significat: pro quo in Psalmo Græco, *ὅσος ὅσος*, legitur: quod significantius Latine potest usque ualde interpretari.
 Ut modo temporis aduerbium est, & significat postquam, modo qualitatis, & significat quemadmodum, modo optandi, & significat utinam modo mirandi, & significat o quam, modo coniunctio causalis: ut, uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum.
 Vacat mihi, Græcè *κατάφα*.
 Vaco militia, perfectum uacauit.
 Vulgus, neutri generis est, & pluralem numerum non habet, sed Virgilius masculinè uulgum extulit.
 Hinc spargere uoces in uulgum ambiguit.
 Vas, uadis, generis masculini:
 Vas, uasis, neutri, de uasculo.
 Vis, duplicem habet significationem: & uirtutis uidelicet, quæ Græcè *δύναμις* dicitur: & uiolentiæ, quæ Græcè *βία* uocatur.
 Vecordia & uirus, tantum singulariter effertur.
 Vepres & uerbera, & uiscera, non habent singularem declinationem, nisi tantum uerbera & uiscere, Virgilius:
 Et torto uoluitans sub uerbere turbo.
 Et Ouidius: Viscere diuiso.
 Vtor diuitijs & diuitias, Vergilius semper singulariter.
 Veruex, id est ouis, ab u littera incipiendū.
 Vltior & ultimus, postimum gradum non habent.
 Verus, ad naturam tantum ueritatem refertur.
 Verax autem dicitur, qui non meminit, unde uerus dæmon dici potest: uerax autem non potest.
 Vallestria agrorum, sicut & capestria dicitur.
 Veto culpam, & uero à culpa, id est prohibeo à culpa, Sedulius: Pomisq; uetaret acerbis, id est à pomis. Et Fortunatus:
 Non ueto coniugium, sed præfero uirginis alium.
 Vultus mutatur: facies manet.
 Vax, datiuum & accusatiuum sequi debet: ut, Alius uæ populo Maurorum: uæ populum Maurorum.
 Vterq; de duobus dicimus: utriq; de binis aut de pluribus ex utraq; parte positus. Vterq; uenit, utriq; uenerunt.
 Veneunt, qui uenduntur.
 Vltus, & uindictus & punitus.
 Velocitas pedum & corporum: celeritas animorum & factorum.
 Vlcus, quod nascitur.
 Vlnus, quod per alium fit.
 Vultur dixit Virgilius in sexto, Sed & uultorius, Lucilius primo.
 Urgeo, non urgo, Virgilius:
 Quibus ueurgentur poenæ.

Vngo, unxi, quomodo pingo, pinxi utrunque sine u: aramen deriuatum u addit: ut, pinguis, unguine ceras: ita ut unguentum, non ungentum dicatur.
 Verbum, est omne quod lingua profertur & uoce: sermo autem, cuius nomen ex duobus compositum, serendo & mouendo, compositior ac diligentior sit: sententia uero quæ sensu concipitur. Porro loquela, cum quadam eloquentia dictionis, ordo profertur. Oratio, quum usq; ad manuum artem describensus oratoris sermo peruenit.

Libri de Orthographia finis.

B E D A
 PRESBYTERI
 DE ARITHMETICIS NUMERIS LIBER.

Numerus, est multitudo ex unitatibus constituta: nam unio semel, non potest esse numerus. Arithmetica autem est disciplina numerorum. Græci enim numerum, *ἀριθμὸν* uocant.
 Numeri disciplinam apud Græcos primū Pythagoram perhibent conscripsisse: ac deinde à Nicomacho diffusus esse dispositam. Quum apud Latinos primū Apuleius, deinde Boetius transtulerunt. Numero, nummus nomen dedit, & à sui frequentatione uocabulum ei indidit. Vnus, à Græco nomē trahit: Græci enim unum, *ὓς* dicunt. Sic duos & tres, quos illi *δύο* & *τρία* appellant. Quatuor uero, à figura quadrata nomen sumptum: & reliqua numerorum nomina à Græca lingua etymologiam trahunt. Datum est nobis etiam ex aliqua parte sub numerorum consistere disciplinam: quando & horas per eam discamus, quādo de mensuram circulis disputamus. Quo etiam spatium redeuntis anni agnoscimus, per numerum siquidem, ne eum confundamus, instruisur. Tolle numerum in rebus, & omnia pereunt. Adime seculo computum, & cuncta ignorantia cæca complectentur, nec differri possunt à ceteris animalibus, qui calculi nesciunt rationem. Diuisio numerorum, de paribus & imparibus est. Numerus siquidem diuiditur in paribus & in imparibus. Par numerus diuiditur in his pariter: Par pariter, impar impariter. Par, impar numerus, diuiditur in his: Primum & simplicium: secundum & compositum: tertium mediocrem, qui quodammodo primus & compositus. At uideamus ordinem & figuram numerorum.

Cardinalis

Cardinales numeri.	Ordinales numeri.	Dispartitiui numeri.	Aduerbiales numeri.	Ponderales numeri.
Vnus una unū	Primus prima primum	Singuli singulæ la	Semel	Simplum
duo duæ duo	secundus da dum	binī binæ bina	bis	duplum
tres tres tria	tertius tertia tertium	terni ternæ terna	ter	tripulum
quatuor	quartus quarta quartū	quaterni næ na	quater	quadruplum
quinque	quintus quinta quintū	quini quinæ quina	quinq̄ies	quintuplum
sex	sextus sexta sextum	seni senæ sena	sexies	sextuplum
septem	septimus ma mum	septeni septenæ na	septies	septuplum
octo	octauus ua uūm	octoni octonæ na	octies	octuplum
noem	nonus nona nonum	noueni nouenæ na	nonies	nonuplum
Decem.	decimus ma mum	deni denæ dena	decies	decuplum
uiginti	uigesimus ma mum	undeni undenæ na	undecies	undecuplum
triginta	trigesimus ma mum	duo deni næ na	duodecies	duodecuplum
quadraginta	quadagesimus a um	ter deni terdenæ na	tredecies	tredecuplum
quinquaginta	quingagesimus a um	quater deni næ na	quaterdecies	quaterdecuplum
sexaginta	sexagesimus ma mum	quindenī næ na	quindēcies	quindēcuplum
septuaginta	septuagesimus a um	denisenī denisenæ a	sedecies	sedecuplum
octuaginta	octogesimus ma mum	denisepteni næ na	septiesdecies	septiesdecuplum
nonaginta	nonagesimus a um	denioctoni næ na	octiesdecies	octiesdecuplum
Centum.	centesimus ma mum.	deninoueni næ na	noniesdecies	noniesdecuplum
ducenti	ducentesimus a um	uiceni uicenæ na	uigies	uigiesdecuplum
trecenti	trecentesimus a um	triceni tricenæ na	trigies	trigiesdecuplum
quadringenti	quadringentesimus a ū	quadrageni næ na	quadragies	quadragiesdecuplū
quingenti	quingentesimus a um	quingagenī næ na	quingagies	quingagiesdecuplū
sexcenti	sexcentesimus a um	sexagenī næ na	sexagesies	sexagesiesdecuplū
septingenti	septingentesimus a ū	septuagenī næ na	septuagies	septuagiesdecuplū
octingenti	octingentesimus a um	octuagenī næ na	octuagies	octuagiesdecuplū
noningenti	noningentesimus a ū	nonagenī næ na	nonagesies	nonagesiesdecuplū
Mille.	Millesimus primus a ū	centeni centenæ na	centies	centuplum
duo millia	millesimus secundus a ū	ducenteni næ na	ducenties	ducentuplum
tria millia	millesimus tertius a ū	trecenteni næ na	trecenties	tracentuplum
quatuor millia	millesimus quartus a ū	quadricenteni æ a	quadringēcies	quadringēcentuplum
quinque millia	millesimus quintus a ū	quingenteni nē na	quingēcies	quingentuplum
sex millia	millesimus sextus a ū	sexcenteni næ na	sexcenties	sexcentuplum
septem millia	millesimus septim⁹ a ū	septingenteni æ a	septingēcies	septingentuplum
octo millia	millesimus octauus a ū	octingenteni næ na	octingēcies	octingentuplum
noem millia	millesimus nonus a ū	nongenteni næ na	nongēcies	nongentuplum
decem millia	millesimus decim⁹ a ū	milleni millenæ na	millies	millecuplum.

Distat enim inter Sextuplum & Sescuplum: nam Sextuplum de multiplici genere, ubi minor à maiore sexies habetur, Sescuplum uero, de superparticulari genere, ubi minor à maiore totus cum sua altera idem dimidia habetur.

Bedæ tom. 1.

E 2 De diuersis

DE DIVERSIS SPECIEBUS NUMERORVM.

Plures igitur species numerus habet, sed tamen omnes ab una origine nascuntur: quia aut Cardinales sunt numeri (ut iam diximus) ueluti Vnus duo tres quatuor quinque sex septē, & ceteri iuxta hunc ordinem. Aut ordinales, uelut primus secundus tertius quartus quintus sextus septimus, & ceteri. Aut aduerbiales, ut semel bis ter quater quinque sexties septies octies nonies, & reliqui. Aut dispersiui, ut singuli bini, terni uel trini, quaterni quini seni septeni octoni, & ceteri. Aut ponderales: ut simplū duplum triplum quadruplum quintuplum, & ceteri.

Aut denunciatiui: ut Solus, alter, uel alius. Insuper uerò ad alios numeros reuertere.

Sunt item numeri multiplicatiui: ut Simplex, duplex, triplex, quadruplex, quintuplex, sextuplex, septuplex, octuplex, & ceteri.

Sunt item aduerbialiter prolati, ut Simpliciter, dupliciter, tripliciter, quadrupliciter, quintupliciter, sextupliciter, & reliqui.

Sunt & aliæ species deriuatiuorum numerorum, à superioribus deriuatæ: ueluti est, Singularis, dualis, ternarius, quaternarius, quinaris, senarius, septenarius, octonarius, nouenarius, denarius, undenarius, duodenarius & ceteri his similes. Potest etiam in adiectiuo hic modus numerandi perducì: ueluti, Ternaria ternarium, quaternaria quaternarium, quinaris quinarium, senaria senarium, septenaria septenarium, octonaria octonarium, nouenaria nouenarium, denaria denarium, undenaria undenarium, duodenaria duodenarium: atque in hunc modum ceteri.

Item, quæ ex asse componuntur: Assis: dussis rarum, uel dipondius: tressis, quadrassis, quinquassis, sexis, septussis, octussis, nonussis, deffis uel decussis, uigessis, trigessis, quadragesis, quinquagesis, sexagesis, septuagesis, octuagesis, nonagesis, centussis. Post quem numerum (teste Varrone) non componuntur cum asse numeri.

Item, nomina unciarum: ut Deunx, dextans, dodrans, beffis uel beffe, septunx, quinquinx uel quincunx, triens, quadrans, sextans, sexcunx, sextula, libra.

Item, à libra composita: ut Bilibris, trilibris, quadrilibris, & similia alia.

Item, ab anno deriuata: ut Anniculus uel annuus, biennis, triennis, quadriennis, quinquennis, & his similia.

Item, à mense composita. Bimus, trimus, quadrimus: & c. Bimulus: & c. Bimestre, trimestre, quadrimestre: & c.

Item, à pede composita. Bipes, tripes, quadrupes uel quadrupes, & c. Bipedalia, tripedalia, quadrupedalia, & c. nouempedalia, decempedalia, centipedalia, & c.

Item, à capite composita. Biceps, triceps, quadiceps, centiceps, & c.

Item, à fariâ composita: ut Bifaria, trifaria, quadrifaria, quinquifaria, & c. multifaria, & c. Etiam bifariam, trifariam, quadrifariam, quinquifariam, & c. multifariam. & his similia.

Item à die composita. Biduum, triduum, quadriduum, & his similia.

Item à corpore composita. Bicorpor, tricorpor, & his similia.

Item à patens composita. Bipatens, tripatens, & cetera his similia.

Item à parte composita. Bipartiens, tripartiēns, quadripartiēns, quinquēpartiēns, & c. Etiam Bipartitus bipartita bipartitum, tripartitus tripartita tripartitum, quadripartitus quadripartita quadripartitū, quinquēpartitus quinquēpartita quinquēpartitum. & his similia.

Item à lingua composita. Bilinguis, trilinguis, quadrilinguis, quinquelinguis: centilinguis: & similia.

Item à uia composita. Biuium, triuium, quadriuium: multiuiū: & c.

Item à fide composita. Bifidum, trifidum, quadrifidum, & his similia. Etiam Bifidus bifida, trifidus trifida, quadrifidus quadrifida: & similia.

Item à sulco composita. Bisulcus, trisulcus: & similia.

Item à gemino composita. Geminus, tergeminus, centigeminus: & c.

Item à manu composita. Vnimanus, centimanus, & similia.

Item à digito composita. Bidigitus, tridigitus: & c. sedigitus. & similia.

Item ab oculo composita. Monoculus, binoculus: centoculus, milloculus: & his similia.

Item à forma composita. Vniformis, biformis, triformis, quadriformis: & his similia.

Item à uiro composita. Duumuir, triumuir, quinquēuir, sextumuir, septemuir, decemuir, centumuir, & similia. est unus ex duobus uiris: unus ex tribus uiris: unus ex quinque uiris: unus ex septem uiris: unus ex decem uiris: & c. dignitas quædam est inter homines, qui Reipublicæ inferuiunt. Etiam in plurali: Duumuirū triumuirū sextūuirū decemuirū: & ceteri.

Item ab angulo composita. Triangulum, quadrangulum, quinquangulum, sexangulum, & similia.

Item: Dinummus, trinummus: & c.

Item: Diobolaris, triobolaris: & c.

Item: Bigæ, trigæ, quadrigæ: & similia.

Item: Bijugus & bigatinum, trijugum, quadrjugum: & similia.

Item: Bigamus, trigamus: & similia.

MENSA PYTHAGORICA,

sive Abacus numerandi.

PRIMA PARS MENSÆ PYTHAGORICÆ.

Table with 12 columns and 20 rows of numbers, representing the first part of the Pythagorean table. The numbers are arranged in a grid where each cell contains the sum of the numbers in the cell above and the cell to the left.

RESIDVVM PRIMÆ PARTIS.

13	14	15	16	17	18	19	20	28	30	40
26	23	30	32	34	36	38	40	56	60	80
39	42	45	48	51	54	57	60	84	90	120
52	56	60	64	68	72	76	80	112	120	160
65	70	75	80	85	90	95	100	140	150	200
78	84	90	96	102	108	114	120	168	180	240
91	98	105	112	119	126	133	140	196	210	280
104	112	120	128	136	144	152	160	224	240	320
117	126	135	144	153	162	171	180	252	270	360
130	140	150	160	170	180	190	200	280	300	400
143	154	165	176	187	198	209	220	308	330	440
156	168	180	192	204	216	228	240	336	360	480
169	182	195	208	221	234	247	260	364	390	520
182	196	210	224	238	252	266	280	392	420	560
195	210	225	240	255	270	285	300	420	450	600
208	224	240	256	272	288	304	320	448	480	640
221	238	255	272	289	306	323	340	475	510	680
233	252	270	288	306	324	342	360	504	540	720
247	266	285	304	323	342	361	380	532	570	760
260	280	300	320	340	360	380	400	560	600	800
364	392	420	348	476	504	532	560	784	840	1120
390	420	450	480	510	540	570	600	840	900	1200
520	560	600	640	680	720	760	800	1120	1200	1600
650	700	750	800	850	900	950	1000	1400	1500	2000
767	826	885	944	1003	1062	1121	1180	1652	1770	2360
790	840	900	960	1020	1080	1140	1200	1680	1800	2400
910	980	1050	1120	1190	1260	1330	1400	1960	2100	2800
1040	1120	1200	1280	1360	1440	1520	1600	2240	2400	3200
1170	1260	1350	1440	1530	1620	1710	1800	2520	2700	3600
1300	1400	1500	1600	1700	1800	1900	2000	2800	3000	4000
2600	2800	3000	3200	3400	3600	3800	4000	5600	6000	8000
3900	4200	4500	4800	5100	5400	5700	6000	8400	9000	12000
5200	5600	6000	6400	6800	7200	7600	8000	11200	12000	16000
6500	7000	7500	8000	8500	9000	9500	10000	14000	15000	20000
7800	8400	9000	9600	10200	10800	11400	12000	16800	18000	24000
9100	9900	10500	11200	11900	12600	13300	14000	19600	21000	28000
1400	11200	12000	12800	13600	14400	15200	16000	22400	24000	32000
11700	12600	13500	14400	15300	16200	17100	18000	25200	27000	36000
13000	14000	15000	16000	17000	18000	19000	20000	28000	30000	40000

Prima partis mensæ Pythagorica
fnis.

SECUNDA PARS MENSÆ PYTHAGORICÆ.

1	50	59	60	70	80	90	100	200	300	400
2	100	118	120	140	160	180	200	400	600	800
3	150	177	180	210	240	270	300	600	900	1200
4	200	236	240	280	320	360	400	800	1200	1600
5	250	295	300	350	400	450	500	1000	1500	2000
6	300	354	360	420	480	540	600	1200	1800	2400
7	350	413	420	490	560	630	700	1400	2100	2800
8	400	472	480	560	640	720	800	1700	2400	3200
9	450	531	540	630	720	810	900	1800	2600	3600
10	500	590	600	700	800	900	1000	2000	3000	4000
11	550	649	660	770	880	990	1100	2200	3300	4400
12	600	708	720	840	960	1080	1200	2400	3600	4800
13	650	767	780	910	1040	1170	1300	2600	3900	5200
14	700	826	840	980	1120	1260	1400	2800	4200	5600
15	750	885	900	1050	1200	1350	1500	3000	4500	6000
16	800	944	960	1120	1280	1440	1600	3200	4800	6400
17	850	1003	1020	1190	1360	1530	1700	3400	5100	6800
18	900	1062	1080	1260	1440	1620	1800	3600	5400	7200
19	950	1121	1140	1330	1520	1710	1900	3800	5700	7600
20	1000	1180	1200	1400	1600	1800	2000	4000	6000	8000
29	1400	1652	1680	1960	2240	2520	2800	4600	6400	11200
30	1500	1770	1800	2100	2400	2700	3000	6000	9000	12000
40	2000	2360	2400	2800	3200	3600	4000	8000	12000	16000
50	2500	2950	3000	3500	4000	4500	5000	10000	15000	20000
59	2950	3481	3540	4130	4720	5310	5900	11800	17700	23600
60	3000	3540	3600	4200	4800	5400	6000	12000	18000	24000
70	3500	4130	4200	4900	5600	6300	7000	14000	21000	28000
80	4000	4720	4800	5600	6400	7200	8000	16000	24000	32000
90	4500	5310	5400	6300	7200	8100	9000	18000	27000	36000
100	5000	5900	6000	7000	8000	9000	10000	20000	30000	40000
200	10000	11800	12000	14000	16000	18000	20000	40000	60000	80000
300	15000	17700	18000	21000	24000	27000	30000	60000	90000	120000
400	20000	23600	24000	28000	32000	36000	40000	80000	120000	160000
500	25000	29500	30000	35000	40000	45000	50000	100000	150000	200000
600	30000	35400	36000	42000	48000	54000	60000	120000	180000	240000
700	35000	41300	42000	49000	56000	63000	70000	140000	210000	280000
800	40000	47200	48000	56000	64000	72000	80000	160000	240000	320000
900	45000	53100	54000	63000	72000	81000	90000	180000	270000	360000
1000	50000	59000	60000	70000	80000	90000	100000	200000	300000	400000

E 4

RESIDVVM SECVN-
DÆ PARTIS.

500	600	700	800	900	1000
1000	1200	1400	1600	1800	2000
1500	1800	2100	2400	2700	3000
2000	2400	2800	3200	3600	4000
2500	3000	3500	4000	4500	5000
3000	3600	4200	4800	5400	6000
3500	4200	4900	5600	6300	7000
4000	4800	5600	6400	7200	8000
4500	5400	6300	7200	8100	9000
5000	6000	7000	8000	9000	10000
5500	6600	7700	8800	9900	11000
6000	7200	8400	9600	10800	12000
6500	7800	9100	10400	11700	13000
7000	8400	9800	11200	12600	14000
7500	9000	10500	12000	13500	15000
8000	9600	11200	12800	14400	16000
8500	10200	11900	13600	15300	17000
9000	10800	12600	14400	16200	18000
9500	11400	13300	15200	17100	19000
10000	12000	14000	16000	18000	20000
14000	16800	19600	22400	25200	28000
15000	18000	21000	24000	27000	30000
20000	24000	28000	33000	36000	40000
25000	30000	35000	40000	45000	50000
29500	35400	41300	47200	53100	59000
30000	36000	42000	48000	54000	60000
35000	42000	49000	56000	63000	70000
40000	48000	56000	64000	72000	80000
45000	54000	63000	72000	81000	90000
50000	60000	70000	80000	90000	100000
100000	120000	140000	160000	180000	200000
150000	180000	210000	240000	270000	300000
200000	240000	280000	320000	360000	400000
250000	300000	350000	400000	450000	500000
300000	360000	420000	480000	540000	600000
350000	420000	490000	560000	630000	700000
400000	480000	560000	640000	720000	800000
450000	540000	630000	720000	810000	900000
500000	600000	700000	800000	900000	1000000

Mensæ Pythagoricæ
finis.

NUMERALES
LITERÆ.

Septem literæ in alphabeto sunt,
quæ dinumerationibus
inseruiunt: scilicet,

I . V X C L D M.
aut hæ, quod idem est,
j v x c l d m.

Quarum literarū ualor talis est,
i, uel j, ualet Vnum. 1
v ualet Quinque. 5
x ualet Decem. 10
l ualet Quinquaginta. 50
c ualet Centum. 100
d ualet Quingenta. 500
m ualet Mille. 1000

Hæ autem literæ, non modò ua-
lent pro unitatibus & denarijs &
centurijs, ut hîc uidet: sed etiam
pro millenarijs, ut sequitur, linea
tamen superposita: quoniam
I ualet quoq; Vnum mille. 1000
V ualet Quinque millia. 5000
X ualet Decem millia. 10000
L Quinquaginta millia. 50000
C ualet Centum millia. 100000
D Quingenta millia. 500000
M ualet Millies mille. 1000000
Quare nonnulli eundem nu-
merum sic notabant MM.

Sic ex istis septem Literis, potest
quiuis dinumerationem dif-
ferre in infinitum
ducere.

BE D Æ
PRESBYTERI
DE COMPUTO
DIALOGVS.



Vgustinus dixit de quatuor
diuisionibus scripturæ, Qua-
tuor necessaria sunt in eccle-
sia Dei: Canō diuinus, in quo
narratur & prædicatur uita fu-
tura. Historia, in qua rerum ge-
sta narrantur. Numerus, in quo facta futuro-
rum & solennitates Diuinæ dinumerantur.
Grammatica, in qua uerborum scientia intel-
ligitur. Igitur quatuor sunt partes Scripturæ:
Canon diuinus,
Historia,
Numerus,
Grammatica.

Istæ autem diuisiones, sunt quasi Scripturæ
quatuor fundamenta. Isidorus in Compu-
ti laude dicit: Ratio numerorum contemnen-
da non est. In multis locis sanctarum scriptu-
rarum, quātum mysterium habet, elucet. Non
enim frustra in laudibus Dei dictum est, Om-
nia in mensura & numero & pondere fecisti.
Senarius nanque numerus, qui partibus suis
perfectus est, perfectionem mundi quadam
numeri sui significatione declarat. Similiter &
quadraginta dies, quibus Moses & Helias &
ipse Dominus ieiunauerunt, sine numerorum
cognitione non intelliguntur. Sic & alij in scri-
pturis sacris numeri existunt, quorum figuras
non nisi noti huius artis scientiæ soluere pos-
sunt. Datum etiam nobis est, ex aliqua parte
sub numerorum consistere disciplina, quādo
mensium curricula disputamus, quando anni
spacium redeūtis per numerum agnoscimus.
Per numerum siquidem ne confundamur, in-
struimur. Tolle numerum à rebus omnibus,
& omnia pereunt. Adime seculo comptum,
& omnia cæca ignorantia complectitur. Nec
differrî possunt à cæteris animalibus, qui cal-
culi nesciunt rationem. DISCIPVLVS: Hæc ergo
ratio numerorum unde primū processit, sci-
re nos cupimus, MAGISTER: A Deo scilicet:
quia omnis sapientia & scientia à Domino
Deo est, ex quo facta sunt omnia. DISCIP. Dic
ergo quando primū inuenta est ista ratio?
MAG. Ex illo tempore, ex quo factæ sunt crea-
turæ: hoc est, ab origine seculi. Tunc enim pri-
mū numerus inuitauit: sicut in Genesi legi-
tur. Et factum est uespere & mane dies unus.
Tunc ergo dixit, de nocte & die: quando di-
xit Vespere, idest nox: & Mane, idest dies. De
numero autem dixit, quādo dixit, Dies unus,
sic secundus, sic tertius, sic quartus, sic quin-
tus, sic sextus, sic septimus. Iterum de numero
dixit Deus, quando dixit de Sole & Luna: Et

sint in signa & tempora & dies & annos.
Quis enim potest intelligere dies & tempo-
ra & annos, nisi per numerum? Inde dixit Boe-
thius: Omnia quæcunque à prima rerum na-
tura constructa sunt, numerorum uidentur ra-
tione formata. Hoc enim fuit principale ex-
emplar in animo Conditoris. Hinc enim qua-
tuor elementorum multitudo mutuata est:
hinc temporum uices: hinc motus astrorum,
cœlicū conuersio intelligitur. Item Boethius
dicit: Propriè ipsa natura numerorum, omnis
astrorum cursus, omnisq; astronomica ratio
constituta est. Sic enim ortus occasusq; colli-
gimus: sic tarditates uelocitatesq; errantium
syderum custodimus: sic defectus & multipli-
ces Lunæ uariationes agnoscimus. DISCIPVL.
Hæc igitur ars, hoc est numerus, quod no-
men generale habet? MAGISTER: Philo-
sophia scilicet, quia omnis sapientia, philo-
sophia nominatur. DISCIPVLVS: Quid est
philosophia? cuius linguæ est? MAGISTER:
Græcum nomen est, & interpretatur amor sci-
entiæ. φιλῶ enim apud Græcos, Latine amor
dicitur. σοφία uerò sapientia uel scientia in-
terpretatur. DISCIPVLVS. Philosophia
quomodo diffinitur? MAGISTER: Isi-
dorus eam sic definiuit dicens: Philosophia
est rerum humanarum diuinarumq; cognitio.
In hoc exemplo ostenditur, quod omnis sa-
pientia siue diuina siue humana, philosophia
nuncupatur. Item alia diffinitio philosophiæ:
Philosophia est diuinarum humanarumq; re-
rum, in quantum possibile est, probabilis sci-
entia. Item alia diffinitio philosophiæ: Philo-
sophia est ars artium, & disciplina disciplinarum.
DIS. Quot sunt diuisiones philosophiæ?
MAG. Tres: idest physica, ethica, logica: hoc est
naturalis, moralis, rationalis. Vnde Isidorus
dicit: Philosophiæ species tripartita est. Vna
autem naturalis, quæ Græce φυσικῆ, hoc est
physica: in qua naturæ inquisitio differitur.
Altera uerò moralis, quæ apud Græcos ἠθικῆ
dicitur, hoc est ethica: in qua de moribus ag-
gitur. Et tertia rationalis, quæ Græco uocabu-
lo appellatur λογικῆ: hoc est, Logica: in qua
disputando quemadmodum in rerum causis
uel uitæ moribus, ueritas ipsa quæritur. In
physica igitur, causa quærendi: in ethica, or-
do inueniendi: in logica, ratio intelligendi
uerfatur. Item, Sunt ergo tres philosophiæ
partes, hoc est, tres diuisiones sapientiæ,
Physica, Ethica, Logica.
In his etiā tribus generibus philosophiæ, elo-
quia diuina consistunt. Nam aut de natura dis-
putare solent, ut in Genesi, & in Ecclesiaste,
aut in Prouerbijs, & in epistolis Pauli aposto-
li, aut in Cantica canticorum, & in Euange-
lij, & in alijs multis libris: aut de moribus,
aut de superioribus mysterijs cœlestibus, hoc
est de logica. DISC. Quis ergo inuenit istas tres
partes philosophiæ? MAG. Physicam inuenit
Thales

Thales Milesius, unus ex septem sapientibus Græcorum. Ethicam inuenit Socrates. Logicam inuenit Plato philosophus. DIS. Ad quam igitur partem de his tribus philosophiæ pertinet computus? **MAG.** Ad physicam, siue dubio. **DISC.** Physica uero quot diuisiones habet? **MA.** Quatuor, idest arithmetica, geometriam, musicam, astronomiam. **DI.** Arithmetica quid est? **MA.** Numerabilis ars. **DI.** Geometria quid est? **M.** Terræ mensuratio. **D.** Musica quid est? **M.** Modulatio. **D.** Astronomia quid est? **M.** Astrorum lex. **D.** Ex his itaque quatuor diuisionibus physica, idest naturalis scientia, quæ prima discenda est? **M.** Arithmetica proculdubio, quæ principium matris quo dammodo ad ceteras obtinet portionem. Arithmetica enim cunctis prior est, quia hanc illa huius mundanæ molis conditor Deus primum suæ habuit ratiocinationis exemplar: ex hac cuncta constituit, hoc est, per numeros omnia elementa constituit & ordinauit. **D.** Quis primus inuenit numerum apud Hebræos & Ægyptios? **M.** Abraham primus inuenit numerum apud Hebræos, deinde Moses: & Abraham tradidit istam scientiã numeri ad Ægyptios, & docuit eos: deinde Iosephus. **D.** Quis primus istã scientiã numeri habuit apud Græcos & Latinos? **M.** Pythagoras apud Græcos, Apuleius & Boethius apud Latinos, unde Isidorus dicit: Numeri disciplinã apud Græcos primum Pythagoram nuncupant conscripsisse: ac deinde à Nicomacho diffusius esse dispositam: quam apud Latinos Apuleius, & deinde Boethius transtulerunt. **DISCIP.** Quomodo numerus nominatur apud Hebræos & Chaldæos & Syros & Macedones? **MAGISTER,** Vocatur Nonnan apud Hebræos, Chaldæos & Syros. Apud Macedones calculus. Calculator nomen accepit à calculis, idest lapillis minutis, quos antiqui in manu tenentes componebant numerum. Apud alios Græcos cyclus, uel rhythmus: apud Ægyptios latercus: inde laterculus diminutiue dicitur: & rima, unde rimarij appellantur. **DISC.** Illud nomen quod dicitur numerus, simplex ne est, an compositum? **MAG.** Compositum, scilicet ex duobus corruptis. Nume enim ex eo nomine, quod est nummus, uenit. Rus autem ex eo nomine quod est riuus deriuatur. Ex riuo enim nummorum, idest ex multitudine census qui reddebatur regibus uel imperatoribus, numerus nomen accepit. Vnde Isidorus dicit: Numerus numero nomen dedit, & à sui frequentatione uocabulum indidit. **DISC.** Numerus, unde nomen accepit? **MAG.** A Numeria. Hinc Augustinus ait: Numerus, à Numeria quadã dea nominatur, cuius sacerdotes retrò uersis uultibus offerebant, & post oblata munera retrò pergebant. **DISC.** Numerus quomodo definitur? **MAG.** Isidorus diffiniuit dicens: Numerus, est multitudo ex unitatibus constituta.

Nam unum, semen numeri esse, non numerum dicimus. Item alius dicit: Unus, non est numerus, sed ab eo crescunt numeri. Tamen Donatus etiam unum pro numero posuit, dicens: Numerus est singularis, ut hic magister. Item Augustinus dicit: Numerus, est singularis, corporis ac uocis & significationis collectio. Item, Numerus dicitur à numerando, uelut supra dictum est, à Numeria dea, quam antiqui dicebãt deam esse numeri: siue numerus dicitur, quasi nûmorum riuus. Antiqui enim nescientes numerare, ex lapillis sua tempora suosque dies numerabant, in prosperitate candidis, in aduersitate nigris. Vnde Persius ait: Hunc Macrinæ diem numerameliore lapillo. **DISC.** Quomodo nominantur numeri ab uno usque ad mille, & myriadas? **MAGISTER,** Sic nominantur:

Vnum, duo, tria, quatuor, quinque, sex, septem, octo, nouem, decem, undecim, duo decim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim uel sexdecim, septemdecim uel decemseptem, octodecim, nouemdecim, uiginti.

Viginti unum, uiginti duo, uiginti tria, uiginti quatuor, uiginti quinque, uiginti sex, uiginti septem, uiginti octo, uiginti nouem, triginta, triginta unum, triginta duo, triginta tria, triginta quatuor, triginta quinque, triginta sex, triginta septem, triginta octo, triginta nouem, quadraginta.

Quadraginta unum, quadraginta duo, quadraginta tria, quadraginta quatuor, quadraginta quinque, quadraginta sex, quadraginta septem, quadraginta octo, quadraginta nouem, quinquaginta.

Quinquaginta unum, quinquaginta duo, quinquaginta tria, quinquaginta quatuor, quinquaginta quinque, quinquaginta sex, quinquaginta septem, quinquaginta octo, quinquaginta nouem, sexaginta.

Sexaginta unum, sexaginta duo, sexaginta tria, sexaginta quatuor, sexaginta quinque, sexaginta sex, sexaginta septem, sexaginta octo, sexaginta nouem, septuaginta.

Septuaginta unum, septuaginta duo, septuaginta tria, septuaginta quatuor, septuaginta quinque, septuaginta sex, septuaginta septem, septuaginta octo, septuaginta nouem, octoginta.

Octoginta unum, octoginta duo, octoginta tria, octoginta quatuor, octoginta quinque, octoginta sex, octoginta octo, octoginta nouem, nonaginta.

Nonaginta unum, nonaginta duo, &c. Centum, centum & unum, centum & duo, &c. Ducenta. Trecenta. Quadringenta. Quingenta. Sexcenta. Septingenta. Octingenta. Noningenta. Mille.

Duo millia: tria millia: quatuor millia: quinque millia: sex millia: septem millia: octo millia: nouem millia: decem millia. Sic constat, quod Decem

Decem, decies multiplicatus, centum facit. Centum decies multiplicatus, mille facit. Mille decies multiplicatus, myriadam facit. Sic uiginti, duas myriadas: et triginta, tres myriadas: et quadraginta, quatuor myriadas: & quinquaginta, quinque myriadas: & sexaginta, sex myriadas: et septuaginta, septem myriadas: & octuaginta, octo myriadas: & nonaginta, nouem myriadas: & centum, decem myriadas: bis centum, uiginti myriadas: ter centum, triginta myriadas: quater centum, quadraginta myriadas: quinque centum, quinquaginta myriadas: sexies centum, sexaginta myriadas: septies centum, septuaginta myriadas: octies centum, octuaginta myriadas: nonies centum, nonaginta myriadas: decies centena milia, centum myriadas. **DISCIPVLVS,**


Ista nomina numeri quæ diximus, per quas notas significantur apud Latinos? **M.** Per istas septem notas: hoc est **I V X L D C M.** **D.** Quomodo istæ notæ significant & multiplicat numeros? **M.** Aut simpliciter solæ significant, aut compositæ. **D.** Alia cum alijs, aut multiplicat per se? **M.** Simpliciter significant, sicut est **I** unus. **V** sola, quinque. **X** sola, decem. **L** per se, quinquaginta. **C** per se, tantum significat centum. **D** sola, quingentos. **M** sola, aut cum titulo supra, mille significat. **D.** Quomodo autem multiplicat per se numerum generant? **M.** Veluti **I** duplicata sic, **II** duos significat. triplicata, **III** tres, quadruplicata, **IIII** quatuor. **D.** Quamobrem **I**, unum significat? **M.** Quid autem conuenientius est, quam illa litera, quæ minima est literarum in caractere, ut significaret illum numerum qui minimus est in numeris, hoc est unus. Nulla autem nota apud Latinos multiplicatur plus quam per quatuor uices. Deinde post **I** sequitur **V**, quæ quinque significat. **D.** Ad quid **V** quinque significat? **M.** Quia quinta uocalis est in ordine uocalium: & qualis est in ordine uocalium, talis est in numero. Hinc dicitur de quinta litera, quinque uirgulis notata: de **X** litera, decem. Nec **V** duplicatur, sed sequente **V**, **II** ponitur in numero. Si unum **I**, sunt sex: si duo, **II** septem: si tres, **III** octo: si quatuor, **IIII** nouem: plus non crescit. Deinde sequitur **X**, quæ decem significat. **D.** Quis ostendit quod **X** decem significat? **M.** Isidorus dicit, Nomina literarum apud Græcos, & uerba componunt, & numeros faciunt. Latini autem numeros ad literas non componunt, excepta **X** litera, quæ in figura crucem significat, & in numero decem demonstrat. Sequente **X**, **I** multiplicatur usque ad **XIII**, quod quatuordecim denotat. Deinde sequitur **V**, post **X** & sunt **XV**. Sequente **V**, multiplicata **I** quater ita **XVIII** sunt nouemdecim. **D.** Viginti quæ nota significat? **M.** Litera **X** duplicata. Bis enim decem habet, sic **XX**, propterea di-

cuntur uiginti, quia bis decem genita. Et sic **XXX**, triginta, ter decem genita. **D.** Per qualem notam significantur triginta? **M.** Per **X** ter multiplicatã. Et **X** non multiplicatur plus quam per tres uices. **D.** Quadraginta, per qualem notam significantur? **M.** Per **X** & **L**. **D.** Quadraginta, quare dicuntur? **M.** Id est quater decem genita. (Omnis enim litera numeralis minus significans, si præcedit: tantum demit de sequenti, quantum in se habet uelut **I. II. III. IV** pro **IIII. V. VI. VII. VIII. VIII** pro **IX. X. XX. XXX. XL** pro **XXXX** ut quidam uolunt. **L. LX. LXX. LXXX. LXL** uel **XC** pro **LXXXX. C. CC. CCC. CD** pro **CCCC. D** pro **CCCCC. DC. DCC. DCCC. CM** pro **DCCCC. M.**)

D. Quæ nota significat Quinquaginta? **M.** Litera **L**. Quamobrem? **M.** Quia numerus principalis in Lege Domini est quinquagenarius. Sub illo enim numero cadebat Iubileus, hoc est in quinquagesimo anno. Conueniens autem erat, ut ille numerus, qui principatum in Lege ueteri obtinet, hoc est quinquagenarius, per illam literam **L**, quæ prima est in illo nomine, quod est Lex, significaretur. Sexaginta uero, per **L** & **X**. Septuaginta, per **L** & duo **XX**. Octoginta, per **L** & tria **XXX**. **D.** Quæ nota significat nonaginta? **M.** Duæ notæ significant nonaginta, aut **X** inter duo **L**, ut **LXL**, aut **X** ante **C**, ut **XC**. **D.** Quæ nota significat Centum? **M.** Litera **C**. **D.** Quare? **M.** Quia prima est in illo nomine, quod est Centum. Vetus enim erat sæpe apud ueteres, per primam literam nomina significare. **D.** Vnde dicitur Centum? **M.** A cantu, hoc est circulo: uel à choro cantantium. Mos enim erat apud ueteres, centum homines in choro cantantium habere. Centum ideo, à cantu uel à circulo dicitur. **C** uero duplicata sic **CC**, significat ducentos: triplicata **CCC**, trecentos: quadruplicata **CCCC**, quadringentos. **D.** Quæ nota significat quingentos? **M.** Ipsa **D** litera. **D.** Quare? **M.** Conueniens autem erat, ut in numero prioris literæ, hoc est **C**, finito, illa litera quæ sequitur in ordine literarum, nempe **D**, teneret numerum sequentem, hoc est quingentos. Deinde **C** sequente **D**, sic **DC**, sexcentos. Duo **CC**, sequentes **D**, sic **DCC**, septingentos. Ter ducta **C**, sequente **D**, sic **DCCC**, fit octingentos. Quater **C** multiplicata, sequente **D**, sic **DCCCC**, nongentos significat. Mille autem signatur nota **M**, (ut iam diximus) quoniam ipsa est prima litera in hac dictione mille. Mille uero, à multitudine procedit: & usque ad Centum centena milia peruenit.

Explicit Literarum numerus.

B E D Æ
P R E S B Y T E R I
 DE DIUISIONIBVS
 TEMPORVM LIBER.



Diuisiones tēporis quot sunt? **MAGISTER.** Quatuordecim. **DISCIPVLVS.** Quæ? **M.** Atomus, momentū, minutum, punctus, hora, quadrās, dies, hebdomada, mensis uicissitudo triformis, annus, cyclus, ætas, sæculum, mundus. Hæ itaque diuisiones temporis quatuordecim, in Solis ascensu & in descensu, & in Luna crescente & decrescente inueniuntur: & sic crescunt de minoribus numeri ad maiora: hoc est, ab atomis in momentū: à momentō in minutum: à minuto in punctum: à puncto in horam: ab hora in quadrantē: à quadrante in diem: à die in hebdomadā: ab hebdomada in mensem: à mense in tempus: à tempore in annum: ab anno in cyclum: à cyclo in ætatem: ab ætate in sæculum: à sæculo in mundum: deinde plenitudo dicitur mundus. Has autem quatuordecim diuisiones temporis Isidorus in libro Etymologiarū quinto, & decimoteruo ostendit, dicēs: Tempora dicta sunt, eo quod diuiduntur atomis, momentis, minutis, punctis, horis, diebus, quadratibus, hebdomadibus, mensibus, temporibus, annis, iustis, ætatibus, seculis, omnia mortalium mūdo ut & curricula temperentur. **D.** Quomodo crescūt maiores numeri de minoribus? **M.** Sic crescūt. Quingenti sexaginta quatuor atomi unū momentum efficiunt. Quatuor momenta unū minutum faciūt. Decem minuta, unum punctū. Quinq; puncti in Luna horā faciunt. Sex horæ quadrantem complent. Quatuor quadrantes unum diem complere uidentur. Septem dies hebdomadam faciunt. Quatuor septimana unum mensem faciunt (sed talem mensem qui habet dies uigintiocto, sicut est Februarius. illi autem quatuor menses, qui triginta dies habent, sicut Aprilis, Iunius, September, Nouember, quatuor hebdomadas habent, & duos dies. illi uerō alij septem menses, id est Ianuarius, Martis, Maius, Iulius, Augustus, October & Decembar, qui triginta & unum diem habent, quatuor hebdomadas habere uidentur, & tres dies. & sic duodecim menses in anno colliguntur. Quinquaginta duæ hebdomadæ & unus dies: quando autem Bissextus quarto quouis anno fuerit, tunc habet annus duas & quinquaginta hebdomadas, & duos dies.) Tres autem menses unum tempus efficiunt: quod tempus, uicissitudo triformis dicitur, quia tres menses unumquodq; tempus habet de quatuor temporibus anni, quæ dicuntur uer, æstas, autumnus, hyems. hæc quatuor

tempora unum annum efficiunt. Quatuor anni, bissextilem cyclum faciunt: quia post quatuor annos peractos, bissextilis dies interuenit. Item quindecim anni, cyclum Indictionū complent: & nouemdecim anni cyclum Lunarem implere uidentur. Aequali numero annorum per decem & nouem annos cyclus epactarum, qui in principio anni apud Romanos, hoc est in calendis Ianuarij ponitur, discurrit. Aequali ratione & alius cyclus epactarum in principio anni apud Hebræos & Græcos, hoc est in undecimo calendis Aprilis, per decem & nouem annos discurrit. Cyclus uerō solaris, uigintiocto annis cursum suum finire perhibetur. Cyclus magnus, in quo concordia inter Solem & Lunam, usq; dum in se reuertantur post quingentos & trigintaduos annos, tertio anno incipiente, in se reuertitur. Tunc est uera concordia inter Solem & Lunam, quando ad eundem diem mensis secundum Solem, & ad illum diem septimanæ, ad eandem epactas unde primū cœpit, in unum diem secundū rationem bissexti & saltus conueniunt. Has autem quatuordecim diuisiones temporis, quas diximus, transcurrendo, inuestigare diligentius debemus: primū interrogandum de prima diuisione temporis, quam diximus, de atomo.

De Atomis.

Atomus ergo quid est? cuius linguæ est? aut quomodo disponitur, uel definitur? aut si simplex nomen est, aut compositum? **M.** Atomus, Græcum nomen est, & compositum: & interpretatur indiuisibilis, aut inseparabilis. **ατομος** enim apud Græcos, præpositio interpretatur: tomus autem diuisus uel diuisibilis. **D.** Atomus, quomodo diffinitur? **M.** Isidorus diffiniuit, dicens: atomos philosophi dicunt quasdam in mundo partes minutissimas, ut uisui facile non pateant, nec sectio nem recipiant: huc illucq; feruntur, sicut tenuissimi pulueres, qui insuli per fenestras radijs Solis fugantur. **D.** Quot sunt genera atomorum? **M.** Quinque. **D.** Quæ? **M.** Atomus in corpore, atomus in Sole, atomus in oratione, atomus in numero, atomus in tempore. **D.** Atomus, in corpore quomodo est? **M.** Quicquid minimum in corporibus, quod secari aut diuidi non potest, atomus dicitur, ueluti sunt minutissima grana arenarum: ut capillus dixit, Findere me nulli possunt, præcidere multi. Est enim pilus in corpore, qui per longum uix diuidi potest. Atomus in Sole, illi tenuissimi pulueres, quos diximus radijs Solis fugari. Atomus in oratione, ut est litera. Diuidis enim partem orationis quemlibet in syllabas. Syllabas diuidis in literam. Literam diuidere non potes. Inde Sergius Græcus dicit: Omnis oratio soluitur in uerba, uerba denuo soluntur in syllabas, syllabæ soluntur rursum in literas: sola litera non habet, in quo soluitur.

uatur. Ideo à Philosophis atomus dicitur. **DISCIPVLVS,** Quomodo est atomus in numero? **MAGISTER,** Sic autem est: Octo diuidis in bis quaternos, quatuor diuidis in bis binos, duos diuidis in bis, unus est: unum diuidere non potes. propter hoc, atomus dicitur in numero. **DISCIPVLVS,** Quomodo est atomus in tempore? **MAGISTER,** Sic est: Momentū diuidis in duodecim partes, unamque partem de duodecim partibus momenti diuidis in quadraginta septem partes, quadagesima septima pars, quingentesima sexagesima quarta pars momenti. Sic est atomus in tempore: Si autem colligis simul quadraginta septem duodecies, inuenies quingentos sexagintaquatuor atomos. Et tantus numerus atomorum facit unum momentum.

De momento.

Momentum quid est, & quomodo diffinitur secundum sonum, hoc est secundum superficiem & secundum sensum, uel secundum substantiam, quæ intus latet in sono? **MAG.** Sic diffinitur momentum secundum sonum: Isidorus dicit, Momentum enim est minutum atque angustissimum tempus, à motu syderum dictum, hoc est à motu Solis & Lunæ. Est enim extremitas horæ in breuibus interuallis, quæ sol sibi aliquid cedit atque succedit. **DISCIPVLVS,** Quot sunt genera momenti? **MAGIS.** Quatuor. **DISCIPVLVS,** Quæ? **MAG.** Momentum indiuisibile, ut Isaias dicit: Cui reputatae sunt Gentes, quasi momenti in statera. **DISCIPVLVS,** Quomodo agnoscitur momentum? **MAG.** Augustinus dicit: Vnum momentum est certissimus lectus Solis in cœlo, & per quadraginta uices iam hora est. Secundum momentum est, quando facis lapidem in aquam, usque aqua cessat de motu, uel lignum quod cadit, usque cessant rami eius de motu. Tertium momentum est indiuisibile, ut Paulus dicit: Omnia facta sunt in momento, id est in summa celeritate. Quartum momentum est, quamdiu palpebræ requiescunt, Quatuor momenta unum minutum faciunt.

De minuto.

Minutum unde dictum est? **MAG.** Isidorus dicit, Minutum dictum à minuendo: quia duo momenta, & duæ partes tertij momenti minuuntur de tenebris in unoquoque die, ab undecimo calendarum Aprilis, usque in duodecimum calendarum Iulij. **DISCIPVLVS,** Minutum quomodo diffinitur? **MAGIS.** Isidorus diffiniuit dicens: Minutum dicitur uelut minus momentum, quia minus numerat, sed maius implet. Duo minuta & dimidium, hoc est decem momenta unum punctum faciunt.

De punctis.

Punctus unde dictus est? **MAG.** Isidorus ostendit, quom dixit: Punctus à pungen-

do dictus est, eo quod quibusdam punctationibus certæ designationis in horologijs designatur. Punctus, est opus illorum qui horologiū faciūt. Nam in fine undecimæ linæ punctum ponebant. Punctum Græcè, Latine medium, quia in medio mundi est Hierusalem, ubi horologiū primitus factum est cum suis punctis. Punctus autem tres partes habet. Quatuor puncti sunt quadraginta momenta, & unam horam faciunt.

De hora.

Hora, à quo nomen accepit? **MAG.** Hora, de horo, id est Sole nomen traxit. **DISC.** Hora, cuius linguæ est, & quomodo diffinitur? **MAG.** Hora Græcum nomen est, & interpretatur finis uel tempus. **DISC.** Horologiū quid est? **MAGIS.** Hora, finis uel tempus, locus, series uel umbra interpretatur. Inde horologiū, umbra uel series, finiumq; temporum, quia in horologio, tempora per umbras mensurantur. **DISCIP.** Quis primus inuenit horologiū? **MAG.** Achaz rex Iuda. Qui dam enim horologiū apud aedem Quirinā primū statutum dicunt. Oras maris & fluuiorum & uestimentorum dicimus, id est extremitates siue terminos. Hora autem, finis temporis est. **DISCIP.** Quomodo discernitur in orthographia inter oras maris & fluuiorum & uestimentorum, & inter horam temporis? **MAG.** Oras maris & fluuiorum & uestimentorum quando dicimus, sine aspiratione profertur: hora autem, hoc est finis temporis, cum aspiratione. Sex horæ, unum quadrantem faciunt.

De quadrante.

Quadrans quid est, & quomodo uocatur, uel quomodo diffinitur apud Hebræos, Græcos & Latinos? **MAGIS.** Sic diffinitur: Quadrans dicitur à quarta parte uncia, qui alio nomine dicitur sicilicus, id est sex scrupuli, quem Hebræi quadrantem, Græci uerò quadrantem, Latini quadrantem uocant. Dicitur etiam & quadrans maior, qui habet tres uncias, hoc est quarta pars assis, assis enim duodecim uncias habet. sic etiam & quadrans in tempore sex horarum, quarta pars est diei naturalis, quia quatuor quadrantes unum diem efficiunt, qui dies habet horas uiginti quatuor.

De die.

Dies unde nomen accepit? **MAG.** A diuisione, eo quod diuidat lucem à tenebris. Siue dies dicti sunt à dijs, quorum nomina Romani quibusdam syderibus sacrauerūt. Item dies dicitur, eo quod lucem & tenebras distingat, ac diuidat, & appellatiue dicitur dux operum, & absentia tenebrarum. Ema in Hebræos, hemera in Græco, dies in Latino. **DISC.** Quid primitus fuit dies aut nox? **MAG.** Dies utiq; quia primo die condidit Deus lucem, ut Isidorus ait, & Augustinus confirmat. **DIS.** Si nox ante diem aut post diem? **MAG.** Diei adscriptur, ut Hieronymus reuelauit: Nox est enim

Initium diei, non finis præteriti, quia ante crucem Christi dies præcedebat noctem, nunc autem post Resurrectionem Domini nox præcedit diem. **DISCIPVLVS**, Quot sunt ianux diei? **MAGISTER**, Quatuor. Apud Chaldaeos ab ortu Solis usque ad ortum Solis. Apud Aegyptios ab occasu Solis usque ad occasum Solis. Apud Hebræos ab hora sexta usque ad horam sextam, quia noctem non computabant Hebræi. Apud Romanos à mediâ nocte, usque ad mediâ noctem. **DISCIPVLVS**, Dies quomodo diffinitur? **MAGISTER**, Isidorus diffinitur, dicens: Dies legitimus est uiginti quatuor horarum, usque dies & nox spatia sui cursus ab Oriente in Occidentem, Solis sui uolubilitate concludat. **DISCIPVLVS**, Quibus modis dies dicitur? **MAGISTER**, Duobus. **DISCIPVLVS**, Qui sunt? **MAGISTER**, Dies naturalis & dies artificialis. **DISCIPVLVS**, Dies naturalis quid est? **MAGISTER**, Dies legitimus, ab ortu Solis, donec rursus oriatur: & ille dies habet uiginti quatuor horas in se. **DISCIPVLVS**, Quot sunt diuisiones diei naturalis? **MAGISTER**, Duæ, id est dies & nox. Inde Isidorus dicit: Spacia diei naturalis duo sunt: interdiuum scilicet, & nocturnum. Quando dicit Interdiuum spacium, diem significat: nocturnum spacium, nox est. **DISCIPVLVS**, Quis ergo demonstrat, quod dies & nox simul dicitur? **MAGISTER**, In Scriptura diuina ostenditur, ubi legitur, Et factum est uespere (hoc est nox) & mane, dies unus. Tunc ostendit quod nox & dies, simul dies nuncupantur. **DISCIPVLVS**, Quis est ergo ille dies artificialis? **MAGISTER**, Ab ortu Solis usque ad Occasum, dies artificialis dicitur, id est præsentia Solis super terram. Vnde Isidorus dicit: Dies, præsentia Solis est, siue sol super terram: sicut nox dicitur absentia Solis, id est Sol sub terris. Diffinitio diei bifariè diuiditur, hoc est uulgariter, id est abusiue: & naturaliter, id est proprie. **DISCIPVLVS**, Quomodo ergo dies naturalis & dies artificialis simul diffinitur? **MAGISTER**, Isidorus diffinitur, dicens: Dies geminè appellari solet: proprie, ab ortu Solis, donec rursus oriatur: abusiue, dies ab ortu Solis, quousque ad occasum perueniat. **DISCIPVLVS**, Quot sunt spatia artificialis diei? **MAGISTER**, Tria. **DISCIPVLVS**, Quæ? **MAGISTER**, Mane, meridies, & suprema. **DISCIPVLVS**, Mane quid est, & quomodo diffinitur, uel quot horas habet? **MAGISTER**, Mane dicitur ab ortu Solis, usque ad horam post tertiam: meridies, ab hora post tertiam, usque ad horam ante nonam: suprema, ab hora ante nonam usque ad occasum Solis. **DISCIPVLVS**, Mane ergo quomodo diffinitur? **MAGISTER**, Isidorus diffinitur dicens, Mane lux matutina & plena,

& dictum mane à mano. Manum enim antiqui, bonum dicebant. Quid enim melius luce? Propterea ueteres manum diem appellabant, scilicet à puritate. Siue ergo mane dicitur à manibus, id est dijs inferorum: Gentiles enim aestimabant, quando sol recedit, ut dii inferorum illum ad se traxissent. **DISCIPVLVS**, Meridies quomodo diffinitur? **MAGISTER**, Isidorus diffinitur, dicens: Meridies dicitur quasi purus dies. In toto enim die nihil purius meridiè. Antiqui enim merum, purum dicebant. **DISCIPVLVS**, Supremum quare dicitur? **MAGISTER**, Quasi supprimendo. Tunc enim Sol inclinatur ad occasum. Hæc ergo tria spatia, artificialis dici sunt, & à cursu Solis temperantur. Mane dicitur ab ortu Solis usque dum sol ascenderit in altitudinem cœli. Meridies dicitur, quando per medium cœlum, in altitudine Sol currit. Supremum autem dicitur, quando sol de altitudine cœli descendit ad occasum. **DISCIPVLVS**, Quomodo dies habet initium apud Hebræos & Chaldaeos & Aegyptios & Romanos & Persas? **MAGISTER**, Dies secundum Hebræos & Athenienses à sexta hora diei incipit, quia Hebræi secundum lunam numerant: & sic computant quasi media die atas lunæ commuretur, aut accendatur. Secundum Chaldaeos & Persas, ab ortu Solis incipit dies: quia Chaldaei primum Solem adorabant. Secundum Aegyptios dies incipit ab occasu Solis, quando Vesper stella oritur, quæ dicitur alio nomine Lucifer, & illam stellam Aegyptij primum adorabant. Secundum Romanos & Persas, dies naturalis est à media nocte usque ad mediam noctem, propter illam auctoritatem Hieronymi, qua dixit: Quia in media nocte factus est mundus, & in media nocte iterum destruetur.

Dies, sine dubio, ab initio Mundi usque ad resurrectionem Christi præcedebat noctem: à resurrectione autem Christi usque ad iudicium, nox præcedit diem. Inde Isidorus dicit: Dies autem in principio operum Domini, à lumine habebat exordium, ad significandum hominis lapsum: nunc autem à tenebris ad lucem, ut non dies obscureretur in noctem, sed nox luceat in diem, sicut scriptum est: De tenebris lumen clarescere fecit.

Dies ergo, scientiam diuinæ Legis significat: nox uero ignorantiam & cæcitatem morum: secundum Prophetæ dictum, Nocti assimilauit matrem tuam, factus est populus meus tanquam non habens scientiam. quasi dixisset, non habens lucem. Nonnunquam dies prosperitatem significat.

Vbi dies incipiat seu finiatur, & ubi primus dies seculi fuerit.

Vbi dies naturalis ritè initium finemque fortitur? **MAGISTER**, Diuersè, secundum uari-

dum uariarum gentium libitum dies naturalis incipere dicitur. **DISCIPVLVS**, Quomodo? **MAGISTER**, Nam Hebræi, Chaldaei, & Persæ sequentes, iuxta primæ conditionis ordinem, diei cursum à mane inchoantes, ad mane deducunt, umbrarum uidelicet tempus luci supponentes. At contra Aegyptij, ab occasu usque ad occasum. Porro Romani, à medio noctis in medium umbræ, & Athenienses à meridiè in meridiem dies suos computare maluerunt. **DISCIPVLVS**, Quo sanè in loco primus dies seculi extitit? **MAGISTER**, Quintadecima calendarum Aprilium, quo uidelicet die lucem formatam primitus credimus, & sic tres illos dies primos absque ullis horarum dimensionibus, utpote nondum factis syderibus currisse: quarto demum die, hoc est duodecimo calendarum Aprilium, Sol & sydera condita sunt, ut essent in signa & tempora & dies & annos.

De feria.

Feria enim, à fando nomen accepit. Et dicitur feria, quasi fana, id est nomen quod est feria. A secunda persona, quæ est faris, uel quia prima persona caret, deriuatur. Feria, consuetudine dicitur. Feria enim & scapæ, quæ dicitur, Thebæ, plurali numero fiunt. Itaque feria (ut supra dixi) dum à fando nomen accepit, potest sabbatum nominari. In sabbato, in Lege ueteri, septimanæ opera narrabantur. Vel si feria, à fiendo dicitur, ut alij aestimant: sit enim uerbum actiuum, cuius passiuo fieri potest, saltem sic feria nominari. In eo enim die primitus dictum est: Fiat lux. Itaque si prima feria, aut prima sabbati dicatur, idem est. Item quaeritur, dum dicitur, Prima feria: quo sensu hic utimur: id est prima dies à feria, ut Isidorus dicit: Secundum Syluestrum papam, prima feria dicitur quasi prima dies. A fando autem feriae nuncupatae sunt, quod sit in his nobis tempus ditionis, id est diuino iudicio, uel humano officio facti. Omnes autem hebdomadæ dies, feriae dicuntur. **DISCIPVLVS**, Quis ergo primus septimanæ, & dies septimanæ composuit, & nuncupauit? **MAGISTER**, Deus sine dubio, qui in sex diebus omnes creaturas creauit, & in septimo die requieuit. Hinc ipse Dominus in Lege dixit: Sex enim diebus operaberis, & facies omnia opera tua: septimo autem die, sabbatum Domini Dei tui est, non facies in eo omne opus. In sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, & requieuit die septimo. Dum in unoquoque die dixit Deus, Fiat lux: specia liter uero sabbatum dicitur, eo quod in die (ut diximus) septimanæ opera narrari solebant. Sabbatum uero apud Hebræos dicitur feria, apud Græcos requies, apud Latinos feria, dicitur, id est dies Dominicus à fiendo, quia in die die dixit Deus, Fiat lux. Inde Isidorus dicit: Ipse est enim primus dies seculi. In ipso autem

die formata sunt elementa mundi, in ipso creati sunt angeli, in ipso etiam Christus resurrexit à mortuis, & in ipso die manifestata sunt mysteria Christi & Ecclesiæ ad Ioannem Euangelistam in Pathmos insula, sicut ille dixit, Fui in spiritu, in die Dominico.

De nocte.

Nox quid est? **MAGISTER**, Solis absentia, terrarum umbra conditi, donec ab occasu redeat ad exortum. **DISCIPVLVS**, Vnde dicta est nox? **MAGISTER**, Quod noceat aspectibus, uel negotijs humanis, siue quod in ea fures uel latrones nocendi alijs occasionem nanciscantur. **DISCIPVLVS**, Ob quam causam facta est nox? **MAGISTER**, Pro temperantia humani laboris, ut corpora requiem haberent, & ut animalibus quibusdam Solem non ferentibus, uictum quaerendi daretur occasio.

De augmentatione & minoratione dierum & noctium per dies singulos.

Sciendum est, quod unusquisque dies & unaquæque nox in crescendo, duo momenta & duas partes tertij momenti augeantur. Similiter & in decrescendo minuuntur, ita ut in tribus diebus octo momenta crescant, uel decrescant: in sex, sedecim momenta: in nouem, uiginti quatuor: in duodecim, triginta duo: in quindecim, quadraginta, id est horam integrâ quadraginta enim momenta horam faciunt. Quare si nosse desideras augmentum solare quomodo crescunt dies & lux, & quomodo diminuitur nox & tenebræ, & quantum in unoquoque mense crescit, ita diligenter studioseque inuestigandum est. Scies enim, quod in unoquoque die Sole ascendente per singulos dies duo momenta & dimidium & sexta pars momenti, minuitur de tenebris, & augetur in lumine. Similiter & decrescendo minuuntur, & sic per tres dies, octo momenta: per sex, sedecim: per duodecim, triginta duo. Per quindecim autem dies & quinque horas, Sole ascendente, una hora crescit. Per triginta uero dies & decem horas, duæ horæ accrescunt, hoc est octoginta momenta. Et ita in nonaginta diebus & una die & sex horis, id est à solstitio hiemali usque ad æquinoctium uernale, ducenta quadraginta momenta, hoc est sex horæ crescunt. Simili modo & simili incremento momentorum per singulos dies duo momenta & duas partes momenti per alios tres menses ab æquinoctio uernali usque ad solstitium æstiuum crescunt & ducenta quadraginta momenta, id est alia sex horæ: & ita à solstitio hiemali usque ad solstitium æstiuum per sex menses, id est per dies centum octoginta duos, & horas duodecim, id est dimidium diem naturalem, crescunt quadringenta & octoginta momenta, id est duodecim horæ, quibus ad illas sex horas, quæ fuerunt in die solstitiali hiemali, adde, fiunt simul decem & octo horæ, in die solstitiali æstiuo, & sex horæ in nocte.

Ff 2 De heb

De hebdomada.

Hebdomada, est septem dierum cursus, & à septenario numero nomē accepit, nam hebdomada Græcè, septimana dicitur Latine, eo quod septem manes, id est septem dies in se complectatur.

De mensibus.

Legimus etiam ante diluuium menses fuisse nominatos, ut Isidorus dicit. In sancta scriptura ostenditur, quod duodecim mēlibus annus fuisset nominatus ante diluuium. Sic enim in Genesi legimus: Aqua autem minuebatur usque ad duodecimum mensem, primo enim die mensis apparuerunt cacumina montium. Et illos menses secundum lunam computabant Hebræi, & sic semper faciunt.

DISCIPVLVS, Qui primi menses solares inuenerunt? **MAGISTER,** Ut Isidorus dicit, Ægyptij propter Lunæ uelocitatem cursum, & ne error ex computationis uelocitate accidisset, Solis cursu mensēs adinuenerunt, quia tardior Solis motus facilius poterat comprehendī. **DISCIPVLVS,** Quis primus inuenit mensem apud Hebræos & Græcos & Latinos? **MAGISTER,** Moses apud Hebræos, Arcades apud Græcos, Romulus apud Romanos. **DISCIPVLVS,** In quo numero inuenti sunt menses apud Hebræos & Græcos & Latinos? **MAGISTER,** In duodenario. Menses autem antiqui diffinierunt, quamdiu luna zodiacum circum perducit. Antiqua autem gentilitas, mensibus nomina quædam ex dijs suis, quædam ex causis imposuit.

Mensis dicitur à luna, quæ Græco sermone mene dicitur, nam & apud eos, menses uocantur mēnes: sicut & apud Hebræos (Hieronymo teste) luna, quoniam iare nominant, mensibus nomen dedit. Mensis & ad Solem & ad Lunam pertinet, sed magis ad Lunam, ideoque rectius diffiniendum, quod mensis sit luminis lunaris circuitus, ac redintegratio de noua ad nouam. Solaris autem mensis digressio solis est, per duodecimam partem zodiaci, id est signiferi circuli, quæ triginta diebus, & decem semis horis impletur, uiginti duabus uidelicet horis ac dimidia, lunari mense productior. Luna uero tribus nominibus nuncupatur apud Hebræos, iare, lauana, mauors. iare uocatur à numero dierum mensis, lauana à candiditate, mauors à defectu, quia deficit singulis quisque mensibus.

De mense Ianuario.

In Hebræo Thabeth, apud Ægyptios Tibi, uel Tidecht, apud Macedones Erdrimos uel Echinos: apud Græcos, Ianuarios: apud Latinos, Ianuarius. Ianuariū primū Numa Pompilius nuncupauit, & primum mensem anni esse constituit, atque illum dijs superis dedicauit. Ianuarius autem duobus modis nomen accepit, hoc est ex idolo, & re. Ex idolo, hoc est ex Iano bifronte rege Epirotarum, qui fugatus & proiectus de sua patria uenit ad Romanos, apud eos exul effectus. Contigit autem ut gens multa Barbarorum Romam obsideret. Erat autem Ianus ille homo ingentissus, qui dedit consilium Romanis, quomodo potuissent urbem liberare ab illa obsidione: ita tamen, si Romani post mortem suam illum adorarent quasi deum. Hæc autem illis promittentibus, ille petebat octo linteamina, oleo & cera & aqua intincta & uncta. Quod quum factum esset, dixit ut inuoluissent se de illis linteaminiibus, & igni incendissent, & duos gladios calefactos & ardentis sibi dari postulauit, & postea ascendit super murum, & dixit ad Romanos, ut quum ille leuasset se super murum, & clamasset quasi deus, illi totis portis apertis ruisent super hostes, & haberent uictoriam. Et ita factum est. Romani perferunt uictoriam, occisus inimicis & fugatis. Ianus uero igne consumptus est. Quem post mortem suam Romani quasi deum adorauerunt, & fecerunt ei templum magnum in Roma, quod ex nomine Iani, ianiculum uocauerunt, centum portas habens, & in illo templo Iani formam æream fecerunt, duas facies habentem: inde dicitur est Ianus bifrons, & ex una parte & ex altera facie uiri adorabant eum: ex altera uero facie, foemina adorabant. indeque mensem Ianuum uocauerunt bicipitis dei, respicientem transacti anni finem, ac prospicientem futuri anni principium: item Ianus ex re dicitur, eo quod sitianua anti, hoc est principium, quia sicut homo ingreditur per ostium, ita anni ingrediuntur per istum Ianuariū.

De mense Februario.

In Hebræo Sabbath, apud Ægyptios Mechir uel Methi, apud Macedones Perittios, in Græco Februarius, in Latino Februarius. **DISCIPVLVS,** quibus modis nomen accepit? **MAGISTER,** Duobus, hoc est sub idolo & re. Sub idolo, hoc est à Februo deo. Inde Macrobius dicit: Numa Pompilius secundum mensem Februariū nominauit, & dedicauit Februo deo, qui alio nomine Pluton dicitur, qui lustrationum potens esse apud gentiles credebatur. Lustrari in eo mense ciuitatem Romam necesse erat, quo statuta iusta, hoc est sacrificia dijs manibus soluerentur. Siue februarius dicitur est à re, hoc est à febris acris luperorum. Luperi enim & Lurcones, duæ gentes sunt in Oriente, qui post immundicias totius anni lauabant corpora sua in quodam lacu, qui inter illos est, & febricitabant, & sicut tradidit gentilitas tunc mutabant figuras. Et quia in Februario mense hoc faciebant, & lauabant se, & deinde febricitabant, Februarius, à lauatione, uel à lauacro dicitur est. Hinc scriptum est: Februm quoddam habebant Gentiles, hoc est lauacrum. & sic accepit nomen hic mensis à re. Februarius, à febris, hoc est à frigore, propter frigidum tempus ipsius mensis.

De mense

De mense Martio.

Adar in Hebræo, Faminoth apud Ægyptios, Distrōs apud Macedones, Martius in Græco, Martius in Latino. Martius duobus modis nomē accepit, sub idolo & sub re. Sub idolo, hoc est à Marte, patre Romuli nominatus est. Inde Macrobius dicit: Romulus, primum anni mensem, Martium constituit, & genitori suo Marti dedicauit. Quem mensem, anni primum fuisse apud antiquos Romanos, uel ex hoc maxime probatur, quia ex ipso Quintilis & Sextilis, & ceteri menses sequentes, per ordinem numerantur: & in illo mense, Romani uectigalia collocabant. Item Isidorus dicit: Martius appellatus est, propter Martem, Romanæ gentis autorem. Item Martius, à re nomē accepit, hoc est, à maribus: nam & eo tempore cuncta animantia terræ maribus desiderant, ad concumbendū uoluptatem. Et mensis nouorum frugum appellatur.

De mense Aprili.

Nisan in Hebræo, Farmuthi apud Ægyptios, apud Macedones Xanticos: Aprilios in Græco, Aprilis in Latino. **DISCIPVLVS,** quibus modis dicitur? **MAGISTER,** Duobus, hoc est sub idolo, & sub re. Sub idolo, à Venere matre Æneæ. Aphron enim Græcè, spuma interpretatur, unde Venus orta creditur: quæ Aphrillus, uel Aphronis, apud Græcos nominatur. Siue Aprilis, à re nominatus, hoc est ab aperiendo, Aprilis, quasi aperilis denominatur. Antè Aprilem enim mensem, triste & obscurum fit cœlum, & nubibus obductum & obtectum, & aer tenebrosus, & mare nauigijs obcluditur. Terræ etiam ipsæ, aut aqua, aut pruinæ, aut niuis, aut nubiibus teguntur: eaque omnia uerno tempore, hoc est mense Aprili, aperiantur. Cœlum enim serenum fugatis nubibus, uilibus humanis aperitur, & mare nauigijs & terra atque arbores aperiant se in germen atque in flores. Pro his omnibus causis, mensem Aprilem dici merito credendum est, quasi aperilem. Hoc enim tempore cuncta florescunt.

De mense Maio.

Marus in Hebræo, Pacho, uel Paon apud Ægyptios, Artemisius apud Macedones, Maios in Græco, Maius in Latino. **DISCIPVLVS,** quibus modis dicitur Maius? **MAGISTER,** Duobus, hoc est sub idolo, & sub re. Sub idolo Maius dicitur est, à Maio deo apud paganos, qui dicitur est Iouis. Inde Macrobius dicit: Apud Tuscanos deus Maius uocabatur, qui est Iuppiter, à magnitudine scilicet & maiestate dicitur. Zingius autem Maium mensem nominatum putat à Maia, quam Vulcani uxorem dicit, hoc est matrem Mercurij. Inde in calendis Maij, huic deæ Maiæ sacrificabant, & in hoc mense Maio mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio sacrificabant. Mercurius enim deus est negotiorum: unde etiam dicitur Mercurius, quasi mercium curius, id est procurator mercium.

De mense

Sicut Maius, à re dicitur, hoc est, à maioribus Romanorum. Hinc Macrobius dicit: Romulus Maium mensem tertium esse posuit. Post quem enim populū Romanū diuisit in duas partes, hoc est in maiores minoresque constituit, ut altera pars consilio hoc est maiores: altera uero, hoc est iuniores, rem publicam tueretur. Deinde, in honorem utriusque partis hunc Maium mensem, sequentemque Iunium, uocauit.

De mense Iunio.

Siuari, uel Sibani in Hebræo. Pauni apud Ægyptios, Deseos apud Macedones, Iunios in Græco, Iunius in Latino. **DISCIPVLVS,** quibus modis dicitur Iunius? **MAGISTER,** Duobus, hoc est sub idolo, & sub re. Sub idolo, hoc est à Iunone filia Saturni, quæ apud Gentiles quasi dea adorabatur, & à suo nomine Iunium mensem uocauerunt. Inde Macrobius dicit: Iunius apud Latinos, antea Iunonius, ab Iunone uocatus est. Postea detritis quibusdam literis, hoc est n & o, ex Iunonio, Iunius dicitur est, nam & templum Iunoni in calendis Iunij dicitur est. Alij putauerunt Iunium mensem, ab Iunio Bruto nominatum, qui primus in urbe Roma consul factus est. Siue Iunius à re dicitur, hoc est à iunioribus Romanorum, qui armis defendebant rem publicam. Inde Macrobius dicit: Iunius Maium sequitur, ex parte populū nominatus.

De mense Iulio.

Tamul, siue Tani, in Hebræo, Epiphi apud Ægyptios, Panemos apud Macedones, Iulios in Græco, Iulius in Latino. **DISCIPVLVS,** Iulius unde nomen accepit? **MAGISTER,** A quodam imperatore, hoc est à Iulio Cæsare, quia in quarto idus Iulij mensis creatus est Caius Iulius Cæsar, qui primus arripuit imperium apud Romanos. Deinde propter suum honorem de suo nomine Iulius mensis dicitur est, Nam antea Quintilis uocabatur.

De mense Augusto.

TAmni in Hebræo: Mefor, uel Mefori apud Ægyptios: Loos, uel Lor, apud Macedones: Augustos in Græco, Augustus in Latino. **DISCIPVLVS,** Augustus unde nomen accepit? **MAGISTER,** Ab Octauiano Cæsare Augusto imperatore, qui in calendis mensis Augusti uicit Antonium, de regno contendentem, & Cleopatram reginam Ægypti, uxorem Antonij, & auxilia & exercitum Antonio afferentem. Hos duos uicit Cæsar Augustus, in una die calendarum Augusti, & postea Cæsar principatum habuit totius mundi. Sic Augustus, à nomine Augusti dicitur, qui eo mense primum consulatum iniit, & tres triumphos Urbis intulit. Deinde Augustus, à populo Romano appellatus est, & in suum honorem mensis Augustus uocatus est, ut sua memoria esset in tempore. Nam ille mensis antea apud Romanos Sextilis dicitur est, eo quod sextus mensis sit à Martio.

F

Deinde dicit Macrobius, Augustus antea Sextilis uocabatur, donec honori Augusti ex senatus consulto Augustus dicitur est.

De mense Septembri.

ELul in Hebræo, Tooth apud Aegyptios, Gorpeos apud Macedones, Septembrios in Græco, September in Latino. September à numero nomen accepit, eo quod septimus imber sit à Martio, quia Martius quondam primus mensis fuit apud Romanos, tempore scilicet Romuli; & ab illo alij menses nominantur, ex nominibus numeri: quemadmodum & Quintilis, eo quod quintus sit à Martio. Sic Sextilis & September à Martio numerantur.

De mense Octobri.

THeseri in Hebræo, Paophi apud Aegyptios, Hyperboreos apud Macedones, Octimbrios in Græco, October in Latino. October dicitur, eo quod octauus sit imber à Martio. Et hic mensis in principio anni ponitur apud orientales.

De mense Nouembri.

Maresuan in Hebræo, Athir apud Aegyptios, Dios apud Macedones, Nouimbrios in Græco, Nouember in Latino. Nouember autem propterea dicitur, eo quod nonus imber sit à Martio.

De mense Decembri.

CAsleu apud Hebræos, Chitachi apud Aegyptios, Apileos apud Macedones, Decembrios in Græco, December in Latino. December, à numero nomen accepit, eo quod à mense Martio decimus sit imber. Et hic mensis in principio anni ponitur apud Macedones.

DE TRIBVS DIERV
nominibus in annali computo,
calendæ, idus, nonæ.

ROMulus quum ingenio acri quidem, sed 40
Ragresti esset, statum proprii ordinaret imperij, initium cuiusque mensis ex illo sumebat die, quo nouam lunam contigisset uideri: quia non continuo euenit, ut eodem semper die appareat, sed modò tardius, modò celerius, certis ex causis uideri solet. Contigit ergo ut quum tardius apparuerit, præcedenti mensi plures dies, aut quum celerius pauciores darentur, & singulis quibusque mensibus perpetuam numeri legem primus casus addixit: atque sic factum est, ut alij triginta & unus, alij undecim, alij sortirentur dies. Omnibus tamen mensibus à die nonarum, idest nono die, representari placuit: & inter idus ac sequentes calendas constitutum est, sedecim dies esse numerandos. Ideo mensis uberior duos illos dies, quibus atgebatur, inter calendas suas & nonas habebat, atque hinc alij quintus à calendis dies, alij septimus nonas facit.

His ergo temporibus Pontifici minori hæc 60
prouidentiâ delegabatur, ut nouæ Lunæ pri-

imum obseruaret aspectum, uisamque Regi sacrificulo nuntiaret. Itaque sacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idest pontifex calata, idest uocata in Capitolium plebe, iuxta curiam Calabram, quæ casæ Romuli proxima erat, quot dies à calendis ad nonas superessent pronuntiabat, & quintanas quidem, quarum post calendas, quarto nonarum initium est, dicto quinquies uerbo Calo: septimanas uero, quartum post calendas, sexto nonarum initium est, repetito septies eodem uerbo prædicebat. Verbum autem calo, Græcum est, idest uoco. & hunc diem qui ex his diebus qui calantur, primum esset, placuit calendas uocari. Hinc & ipsi curiæ ad quam uocabantur, calabra, uel classis nomen accepit, quod omnis in eam populus uocaretur. Ideo autem minor pontifex dies qui ad nonas superessent calando prædicebat, quod post nouam lunam oportebat nonarum die populares, qui in agris erant, confluere in urbem, accepturos causas feriarum à rege sacrorum, sciturosque quid esset eo mense faciendum. Vnde quidam hinc nonas æstimant dictas, quasi nouæ initium obseruationis, uel quod ab eo die usque ad idus, octo dies computentur. Idus autem uocatur dies, qui diuidit mensem. Iduare enim Hetrusca lingua, diuidere est. Vnde uidua, quasi ualde idua, idest ualde diuisa: aut (ut quidam uolunt) uidua, idest à uiro diuisa. Nonnullis tamen placet, idus dictas uocabulo Græco, nempe à specie, quæ apud illos idea uocatur, quod ea die plenam speciem luna demonstrat.

Itaque Romulus ita annuam ordinauit dimensionem, ut annus decem mensium, dierum trecentorum quatuor haberetur, mensesque ita disposuit, ut quatuor ex his tricenos & singulos, sex uero tricenos haberent dies. Sed quum is numerus neque Solis, neque Lunæ rationibus conueniret, nonnunquam usu ueniebat, ut frigus anni æstiuus mensibus, & contra, calor hiemalibus proueniret. Sed sequutus Numa, quasi hunc omnes ablaturus errorem, in trecentos quinquaginta quatuor dies, quibus duodecim lunæ cursus cõfici credidit, annum extendit. Hisque quinquaginta diebus à se additis, adiecit alios sex, demptos ex illis sex mensibus, qui triginta habebant dies, idest de singulis singulos, factosque quinquaginta & sex dies in duos nouos menses pari ratione diuisit, ac de duobus priorem Ianuarium nuncupauit, Primumque anni esse uoluit, tanquam bicipitis demensem, respicientem ac prospicientem transacti anni finem futurique principia. Secundum dicauit Februo deo, qui lustrationum potens credebatur, à quo & Februarium uocauit, statuitque eo mense lustrari ciuitatem, ut iusta dijs manibus soluerentur. Paulò post in honorem imparis numeri, unum adiecit diem, quem Ianuario dedit, ut tam in anno, quam in singulis mensibus, præter unum Februarium, impar numerus

merus seruaretur. Nam quia duodecim menses si singuli aut pari aut impari numero computarentur, cõsummationem in parem facerent, unius pari numero adiectus, uniuersam putationem impari fecit.

Ianuarius igitur, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, December, uiginti noue censebantur diebus, & quintanas nonas habebant, ac post idus in omnibus ad decimum septimum calendas computabantur.

Martius uero, Maius, Quintilis & October dies triginta unum possidebant. Nonæ in his septimanæ erant, similiterque post idus septemdecim dies in singulis usque ad sequentes calendas computabantur.

Solus Februarius uiginti octo retinuit dies, quasi inferis & dimidiis & par numerus conueniret.

Igitur hoc modo à Numa ordinato anno, quia adhuc ad perfectum anni numerum aliqui deerant dies, maxima post aliquantos annos horum negligentia in supputatione temporum consilio oriebatur. Quam licet multis & uariè intercalatis diebus aliquatenus emendarent, nullam tamen certam anni dimensionem ad posteros transmiserunt. Itaque factum est, ut sicut præcedentis Romuli sequens Numa dimensionem anni destruxit, ita quoque præcedentis Nume ordinationem sequens Caius Cæsar, utpote adhuc inconstantem & uagam reprehenderet, & reprehensam ad unquam enim daret.

Ergo Caius Cæsar imitatus Aegyptios, ad numerum Solis, qui diebus trecentis sexaginta quinque & quadrante cursum conficit, annum dirigere contendit. Itaque decem dies obseruationi ueteri superadiiecit, ut annum trecenti sexagintaquinque diebus; quibus Sol zodiacum lustrat, efficieret: & ut nec quadrans deesset, statuit quarto quoque anno sacerdotes, qui præerant mensibus ac diebus, unum intercalare diem, eo scilicet mense ac loco, quod etiam apud ueteres mensis intercalabatur, idest ante ultimos Februarij mensis dies, idque bissextum censuit nominandum. Dies autem decem, quos ab eo additos diximus, hac ordinatione distribuit.

In Ianuarium & Sextilem & Decembrem binos dies inseruit.

In Aprilem autem, Iunium, Septembrem, 50
Nouembrem, singulos.

Februarius autem diem non addidit, ne deorum in seruiorū religio immutaretur.

Et Martio, Maio, Quintili, Octobri, pristinum seruauit statum, quod satis pleno erant numero, idest triginta unum. Ideo & septimanas habent nonas, sicut Numa constituit.

Ianuarius autem, Sextilis, December, quibus Cæsar binos dies addidit, licet triginta & unum habere post Cæsarem coeperint, quintanas habent nonas: & post idus, nouemdecim

dies ad sequentes calendas computantur: quia Cæsar quos addidit dies, neque ante nonas, neque ante idus inserere uoluit, ne nonarum aut iduum religionem quæ statuto erat die, nouella computatione corrumpere: sed nec post idus mox uoluit inserere, ne feriarum quarumque uiolaretur indictio, sed peractis cuiusque mensis ferijs locum diebus aduenis fecit, &

Ianuario quidem quatuor calendas, & 10
Tres calendas Februarij dedit.

Aprili sex calendas Maij.

Iunio tres calendas Iulij.

Augusto quatuor calendas, &

Tres calendas Septembrijs.

Septembri tres calendas Octobris.

Notuembri tres calendas Decembrijs.

Decembri quatuor calendas, &

Tres calendas Ianuarij.

Ita autem factum est, ut quum omnes menses hi, quibus dies addidit, ante hanc ordinationem habuissent mensis sequentis calendas ad decimum septimum reuertentes: postea ex augmento additorum dierum, hi qui duos acceperunt, ad decimum nonum: qui uero unum, ad decimum octauum haberent reditum Calendarum.

Romuli menses.

- 1 Martius.
- 2 Aprilis.
- 3 Maius.
- 4 Iunius.
- 5 Quintilis.
- 6 Sextilis.
- 7 September.
- 8 October.
- 9 Nouember.
- 10 December.

Hic autem, ut diximus, fuerunt solummodo 40
mensis decem.

Numæ menses.

- 1 Ianuarius.
- 2 Februarius.
- 3 Martius.
- 4 Aprilis.
- 5 Maius.
- 6 Iunius.
- 7 Quintilis.
- 8 Sextilis.
- 9 September.
- 10 October.
- 11 Nouember.
- 12 December.

Vitiose autem Quintilis & Sextilis, qui non iam quintus aut sextus, sed septimus & octauus extiterant, nomen retinuerunt. Quorum alterum Caius Cæsar suo nomine, idest Iulium appellauit: Sextili in uitio usque ad Imperatorem Augustum perseverante, à quo mensis ille Augustus est appellatus.

DE DIFFERENTIA DE ARITHMETICIS PROPOSITIONIBVS.

De diuisione numeri ab aliquo in animo concepti.



Quomodo numerus à quolibet animo conceptus, quis sit, possit agnosci. Adsumatur numerus quilibet ac triplicetur. Triplicatur, diuidatur in duas partes, & si ambæ æquales extiterint, qualem uolueris absq; ulla differentia iterum triplicabis. Quod si inæquales fuerint, quæ maior fuerit triplicetur. Quotiesq; in ea postquam triplicata fuerit 9. inueniri possint, considerentur. Quia quoties 9. habuerit, toties 2. sumendi sunt. Obseruandū est autem ut possint postquam numerus triplicatur, & diuisus est, iterumq; medietas fuerit triplicata, & de nouenario fuerit interrogatū, hoc etiam adiungatur, si aliquid supra unum uel duos uel quot fuerint nouenarius remansisset. Quia si aliquid remansisset, præter fuerint: & de his unus sumendus est, hisq; in summam reductis pronuntiandus numerus, qui primus fuerat mente conceptus: uerbi gratia, si duo fuerint animo concepti, cum triplicabuntur, 6 faciunt. 6 diuisi in 3. & 3 resoluiuntur. 3 uerò triplicati, 9 tantum efficiunt, nec remanet aliquid. Ergo 2 fuerint, qui primi mente comprehensi sunt. Et ideo in omni huius supputationis ratione, nouenarius duos semper significat, & senarius unum. Sciendūq; qd omnis impar numerus, qui adsumptus fuerit & ordine quo prædictū est, triplicatus atq; diuisus, in senarium terminatur. Par uerò numerus in nouenarium, quia unitas secundū supra dictū modum triplicata atq; diuisa, senariū procreat. Binarius uerò numerus simili modo triplicatus atq; diuisus, nouenarium. Quia hi duo numeri idem unus & duo, paritatis & imparitatis dicuntur esse principia. *Item aliter.*

Adsumitur numerus quilibet ac triplicetur: triplicatur, diuidatur in duas partes. & tunc ille qui numerum mente concepit, interrogetur, si ipsius numeri sit æqua diuisio: quod si pares ambas esse partes responderit, nihil sumatur. Si autem impares esse dixerit, unū sumatur. in hac prima diuisione ad memoriam diuinatis. Atq; iterum una pars diuisionis quādo ambæ æquales fuerint, absq; differentia triplicetur. Si uerò impares fuerint, maior pars triplicanda est, atq; diuidenda, sicut superioris in duas partes. Iterum quæ interrogandū est, si æqualis sit facta diuisio. Et si æqualis quidem facta est, nihil sumendū est. Si autem inæqualis, duo sumendi sunt in secunda diuisione. Et si in medietate diuisionis æqualis fuit, absq; ulla partium differentia, qui nouenarij contineantur interrogandum. Quod si inæqualis fuit, in maiori parte quæren-

dum est: quotquot nouenarij in ea inueniuntur, tot quaternos diuinarum sumere debet. ut uerbi gratia: si sex fuerint mente concepti, cum triplicati fuerint, 18 faciunt. 18 diuisi in 9. & 9 partiantur. Et quia æqua est diuisio, nihil ibi sumendum est. Nouenarium quæ est medietas huius diuisionis, triplicati faciunt 27. 27 diuisi in 3. & 14 resoluiuntur: & quia ista est secunda diuisio, & inæqua, duo sumendi sunt, cū in maiori parte ipsius diuisionis, hoc est in 14. quæ redum est, quoties 9 possint inueniri, 14 semel 9 sunt. de his 9, 4 à diuisione colligendi sunt, qui duobus, qui in secunda diuisione collecti sunt adiuncti, 6 faciunt. Senarius ergo numerus primus mente comprehensus est. Et hoc in hac oratione notandum est, qd si ambæ diuisiones partiatim responderint, nihil ex his sumendum est: si secunda, duo sumendi sunt. nouenarius uerò, quaternarij significatione continet. Quod ideo in hac supputatione aliter qd in superiori accideret uideretur: hæc bis triplicatur, & bis diuiditur: illa uerò bis triplicatur, & semel diuiditur: quapropter in hac, nouenarius quaternarium, nulla uerò binarium significat. *Item aliter.*

Quomodo diuinandū sit, quæ feria septimæ quilibet homo quilibet rem fecisset. Quæcumq; numerum cuiuscq; ferie nomē continet animo concepterit, primò debet duplicare, deinde illi numero duplicato, quinque adiungere ipsamq; summam quæ de his collecta est, quinquies multiplicare, deinde totum decies ducere, postea ex toto 250 tollere, & hoc quod remanet pro ferie numero tenere: ut uerbi gratia, si prima feria ratio habeatur, unū duplicetur, fiunt 2. his 5 adiungantur, fiunt 7. qui 7 quinquies multiplicati, fiunt 35. qui 35 decies ducti, fiunt 350. de quibus si 250 de totius summæ collectione auferatur, & quot ceterarij remanserunt, diligenter considerentur. quia sicut prædictum est, semel centeni, primā feriā significant: bis centeni secundā, ter centeni, tertiam: quater centeni, quartam: quinquies centeni, quintam: sexies centeni, sextam: septies centeni, septem. Item si secunda feria ratio habeatur, 2 duplicentur, fiunt 4. His 5 adiungantur, fiunt 9. Qui 9 quinquies multiplicati, 45 decies ducti, fiunt 450. de his tolle 250 remanent 200. qui secundam feriam significant. Si de tertia feria ratio habeatur, 3 duplicentur, fiunt 6. his 5 adiungantur, fiunt 11. qui 11 quinquies multiplicati, 55. qui 55 decies ducti, fiunt 550. de his tolle 250. remanent 300. qui tertiā feriam significat. Si de quarta feria ratio quæritur, 4 duplicentur, fiunt 8. his 5 adiungantur, fiunt 13. qui 13 quinquies multiplicati, fiunt 75. qui 75 decies ducti, fiunt 750. de his tolle 250. remanent 500. qui quintam feriam significant. Si de sexta feria ratio inquiratur, 6 duplicentur, fiunt 12. his 5 adiungantur, fiunt 17. qui 17 quinquies multiplicati, fiunt 85. qui 85 decies ducti, fiunt 850. de his tolle 250. remanent 600. qui sextam feriam signifi-

significant. Si de septima feria ratio inquiratur, 7 duplicentur, fiunt 14. his 5 adiungantur, fiunt 19. qui 19 quinquies multiplicati, fiunt 95. decies ducti, fiunt 950. de his tolle 250. remanent 700. qui septimam feriam significant. Si huic numero animum tuum diligenter commēdaueris, omnes ferias absque errore explorare poteris. *Item aliud argumentum.*

Verum cum uero, facit uerum. Minus cum uero, facit uerum. Verum cum minus, facit minus. Minus cum minus, facit minus. Verum essentiam minus nihil significat. Pone summam numeri, quam uolueris, in uerbi hoc est essentia nomine, & pone aliam summam cuius uolueris numeri ad aduerbiū quod minus dicitur, nomine quod nihilum significare dixi, & confer illas duas summam. Quæ maior fuerit, uincit minorem, & consumit eam iuxta magnitudinē quantitatis suæ: ut uerbi gratia, si iungantur duæ summæ numerorum unaq; uerbi nomine, id est essentia appellati sint, ut sunt 7. alia quæ minus aduerbiū nomine uocetur, ut sunt 3. hæc duæ summæ numero sibi collata, hoc est essentia & non essentia, quia maior est summa uerbi, quam illius quæ dicitur minus. Sicut plus sunt 7, quam 3 minus, si non maiori parte quam uincere potest hoc 4. ualeat enim 3 minus, & 7 remanent 4. Similiter si iungatur 3 uerbi nomine, & 7 minus, quia maior est nihilum quam essentia summa, uincit septenarius. Non existens ternarium subsistentem, & consumit eum sua non essentia, & remanent de ipso sibi 4 numeri non existentes: & hoc est quod dicitur, iunge 3 & 7 minus, faciunt 4 minus. Si autem 3 non existens simul & 7. Similiter non existentes numeri, ut sunt 7 & 3 uerbi, id est existentem numerum efficiunt, hoc est denarium. Sic duo non existentes numerorum summæ denominata, ut sunt 3 minus, & 7 minus, 10 minus faciunt. ualeat enim uerum efficere, & minus non efficere, iunge 3 minus & 7, fiunt 10. iterum iunge 3 minus, & 7, fiunt 4. iunge 3 & 7 minus, iunge 3 minus & 7 minus, fiunt 10 minus.

Incipiunt alie propositiones ad acuendos iuuenes.

Et primò, de Limace.

Limax fuit ab hirundine inuitatus ad prandium infra leucam unam. in die autem non potuit plusquam unam unam ciem pedis ambulare. Dicitur qui uelit, in quot annos uel dies ad idem prandium ipse limax perambulauit.

De homine alios homines in uia sibi obuiantibus.

Quidam uir ambulans per uiam, uidit sibi alios homines obuiantes, & dixit eis, Unam fuisset alij tantū, quanti estis, & medietas medietatis, & rursus de medietate medietas, tunc unam mecum centum fuissetis. Dicitur qui uult, quot primis ab illo uisus fuerunt.

De duobus proficiscentibus uisus ciconijs.

Duo uiri ambulantes per uiam uidentes ciconias, dixerunt inter se: quot sunt? Qui confestentes numerum dixerunt: Si essent alie tantæ

& etiā tantæ & medietas tertij, adiectis durabus, centum fuissent. Dicitur qui potest quantæ fuerunt quæ primis ab illis uisæ sunt.

De homine & equis in campo pascentibus.

Quidam homo uidit equos pascentes in campo, optauit dicens, Utinam fuissetis mei & essetis alij tantū, & medietas medietatis, certe gloriarer super equos centum. Discernat qui uult quot equos in primis uidit ille homo pascentes.

De emptore in denarijs centum.

Dixit quidam mercator, uolo de centum denarijs centum porcos emere, sic tamen ut ueres 10 denarijs ematur, serosa aure 5, duo uerò porcelli 1 denario. Dicitur qui intelligit, quot ueres, quot serosæ, quot uerè porcelli esse debeant, ut in neutris nec superabundet numerus, nec minuat.

De duobus habentibus negotiationē C. sol. communes.

Fuerunt duo negotiatores habentes centum solidos communes, quibus emerent porcos. emerunt autem in solidis 2, porcos 5, uolentes eos saginare, atq; iterum uenundare, & in solidis lucrū facere. Cumq; uidissent tempus non esse ad saginandos porcos, & ipsi eos non ualissent tempore hiemali pascere, tentauere uenundando si potuissent lucrum facere, sed non potuerunt, quia non ualebant eos amplius uenundare, nisi ut empti fuerāt, id est ut de 5 porcis, 2 solidos acciperent. cum hoc conspexissent, dixerunt adinuicem, diuidamus eos. diuidentes autem & uendentes sicut emerant, fecerunt lucrū. Dicitur qui ualeat, in primis quot porci fuerunt, & diuidat ac uendat, & lucrum faciat, quod facere de simul uenditis non ualuit libras 30.

De disco.

Est discus qui pensat libras 30, siue solidos 600. habens in se aurum, argentum, auricalchū & stantium: quantum habet auri, ter tantum habet argenti: quantum habet argenti, ter tantum auricalchi: quantum auricalchi, ter tantum stantium. Dicitur qui potest, quantum unaquæq; species penset.

De cupa.

Est cupa una quæ centum metretas impletur, capientibus singulis modia tria, habens fistulas tres, ex modiorum numero: tertia pars & sexta, per unam fistulam currit: per alteram, tertia pars sola: per tertiam, sexta tantum. Dicitur qui uult, quot sextarij per unamquamq; fistulam currisent.

De sago.

Habeo sagum habentem in longitudine cubitos 100, & in longitudine 80. uolo exinde per portiones sagulos facere, ita ut unaquæq; portio habeat in longitudine cubitos 5, & in latitudine cubitos 4. Dic ergo sapiens, quot saguli exinde fieri possint. *De linteamine.*

Habeo linteamen unum, longum cubitorū 60. latum cubitorū 60. uolo exinde portiones facere, ita ut unaquæq; portio habeat in longitudine cubitos senos, & in latitudine quaternos, ut sufficiat ad tunicam consuendam. Dicitur qui uult, quot tunicæ exinde fieri possint.

De duobus

De duobus hominibus alter alterius sororem accipientibus.

Si duo homines adiuuicem alter alterius sororem in coniugium sumpserit: dic(rogo) quapropter inquit filij eorum sibi pertincant?

De duobus hominibus alter alterius matrem accipientibus.

Si duo homines alter alterius matrem similiter in coniugium sumpserit, quali cognatione filij eorum sibi coniungantur?

De patre & filio matrem & eius filiam accipientibus.

Si relictam uel uiduam & filiam illius in coniugium ducant pater & filius, sic tamen ut filius accipiat matrem, & pater filiam: filij qui ex his fuerint procreati, dic(quæso) quali cognatione subiungantur?

De patrefamiliâ & tribus filiis eius.

Quidam paterfamiliâs moriens diuisit in hæreditate tribus filiis suis triginta ampullas uitreas: quarum decem fuerunt plenæ oleo: alia decem, dimidia: tertiarum decem, uacua. Diuidat qui potest, oleum & ampullas, ut unicuique eorum de tribus filiis æqualiter obueniat, tam de uitreis, quam de oleo.

De rege & eius exercitu in triginta uillis collecto.

Quidam rex iussit famulo suo de triginta uillis colligere exercitum, eo modo, ut ex unaquaque uilla tot homines sumeret quotquot illuc adduxisset. Ipse tamen ad primam uillam solus uenit: ad secundam cum altero: iam ad tertiam tres uenerunt. Dicit qui potest, quot homines fuissent collecti de his triginta uillis.

De boue.

Bos qui tota die aratur, quot uestigia faciat in ultima riga?

De homine.

Quæro à te, ut dicas mihi quot rigas homo facta habeat in agro suo, quando de utroque capite campi tres uersuras factas habuerit.

De duobus hominibus boues ducentibus.

Duo homines ducebant boues per uiam, & quibus unus dixit alteri: Da mihi boues duos & habebō tot boues, quot & tu habes. At ille ait: Da mihi(inquit) & tu boues duos, & habebō duplū quam tu habes. Dicit qui uelit, quot boues fuerant, quod unusquisque habuit.

De duobus fratribus singulas sorores habentibus.

Tres igitur fratres erant, qui singulas sorores habebant, & fluuium transire debebant. erat enim unicuique illorum concupiscentia in sorore proximi sui, qui uenientes ad fluuium, non inueniunt nisi paruam nauiculam, in qua non poterant amplius nisi duo ex illis transire. Dicit qui potest, qualiter fluuium transierunt, ut ne una quidem earum ex ipsis maculata sit.

De lupo & capra & fasciculo cauli.

Homo quidam debebat ultra fluuiū transire lupum & fasciculū cauli & capram. & non potuit aliā nauem inuenire, nisi quæ duos tantum ex ipsis ferre ualebat: præceptum itaque ei fuerat, ut omnia hæc ultra omnino illa transiret. Dicit qui potest, quomodo eos illa ultra transiret.

De uiro & muliere ponderantibus plaustrum pondus onusti.

De uiro & muliere, quorum uterque pondus habebat plaustrum onusti, duos habentes infantes, inter utrosque plaustrum pondere pensantes, fluuium transire debuerunt: nauem inueniunt, quæ non poterat ferre nisi unum pondus plaustrum. Transfretare faciat, qui se putat posse, ne nauis mergatur.

De hiricis.

De hiricis masculo & foemina, habentibus duos natos, libram ponderantibus, fluuium transire uolentibus.

De campo & ouibus in eo decandis.

Est campus qui habet in longitudine pedes ducentos, & in latitudine pedes centum: uolo ibidem mittere oues, sic tamen ut unaquæque ouis habeat in longitudine pedes quinque, & in lato quatuor. Dicit(rogo) qui ualeat, quot oues ibidem locari possint.

De campo festigioso.

Est campus festigiosus, qui habet in uno latere perticas centum, & in alio latere perticas centum, & in fronte perticas quinquaginta, & in medio perticas sexaginta, & in altera fronte perticas quinquaginta. Dicit qui potest, quot aripennos claudere debet.

De campo quadrangulo.

Est campus quadrangulus, qui habet in uno latere perticas triginta, & in alio perticas triginta duas, & in fronte perticas triginta quatuor, & in altera fronte perticas triginta duas. Dicit qui potest, quot aripennis in eo concludi debent.

De campo triangulo.

Est campus triangulus, qui habet in uno latere perticas triginta, & in alio perticas triginta, & in fronte perticas nouēdecim. Dicit qui potest, quot aripennos concludere debet.

De campo rotundo.

Est campus rotundus, qui habet in gyro perticas quadringentas. Dicit quot aripennos capere debet.

De campo & cane ac fuga leporis.

Est campus qui habet in longitudine pedes centum quinquaginta, in uno capite stabat canis, & in altero lepus: promouit nanque canis ille post leporem currere: ast ubi canis faciebat in uno saltu pedes nouem, lepus transmittebat septem. Dicit qui uelit, quot pedes, quot uel saltus uel canis persequendo uel lepus fugiendo quoad usque comprehensus est, confecerint.

De ciuitate quadrangula.

Est ciuitas quadrangula, quæ habet in uno latere pedes mille centum, & in alio latere pedes mille, & in fronte pedes sexcentos, & in altera pedes sexcentos: uolo ibidem teeta domorum ponere, sic ut habeat unaquæque casa in longitudine pedes quadraginta, & in latitudine pedes triginta. Dicit qui uelit, quot casas capere ualeat.

De ciuitate triangula.

Est ciuitas triangula, quæ habet in uno latere pedes

re pedes centum, & in alio centum, & in fronte pedes nonaginta: uolo ut fiat ibi domorum constructio, sic tamen ut unaquæque domus habeat in longitudine pedes uiginti, & in latitudine pedes decem. Dicit quot domus capi debent.

De ciuitate rotunda.

Est ciuitas rotunda quæ habet in circuitu pedum octo milia. Dicit qui potest, quot domos capere debet, ita ut unaquæque domus habeat in longitudine pedes triginta, & in latitudine pedes uiginti.

De basilica.

Est basilica quæ habet in longitudine pedes 240, & in lato pedes 120. laterculi uero stratae eiusdem, unus laterculus habet in longitudine uncias 23, hoc est pedē unum & uncias 11. & in latitudine uncias 12, hoc est pedem 1. Dicit qui uelit quot laterculi eam debent implere.

De cauana.

Est cauana quæ habet in longitudine pedes centum, & in latitudine pedes 64. Dicit qui uelit, quot cupas capere debet, ita tamen ut unaquæque cupa habeat in longitudine pedes 7, & in lato pedes 4, & peruius unus habeat pedes 4, & unaquæque cupa habeat pedes 7.

De quodam patrefamiliâs.

Quidam paterfamiliâs habuit familias 20, & iussit eis dare de annona modios 20. sic iussit ut uiri accipiant modios ternos, & mulieres binos, & infantes singula semodia. Dicit qui potest, quot uiri, quot mulieres, quot uel infantes fuerunt.

Alia.

Quidam paterfamiliâs habuit familias 90. & iussit eis dare de annona modios 90. sic quoque iussit, ut uiri acciperent modios ternos, & mulieres binos, & infantes singula semodia. Dicit qui potest, quot uiri, quot mulieres, aut quot infantes fuerunt.

De obitu cuiusdam patrisfamilias.

Quidam paterfamiliâs moriens reliquit infantes, & in facultate sua solidorum 860. & uxorem prægnantem, qui iussit ut si ei masculus natus sceretur, acciperet de omni massa uncias nouem, & mater ipsius acciperet uncias tres. si autem filia nasceretur, acciperet quinque uncias, et mater ipsius acciperet etiā quinque uncias. Contingit autem ut geminos parturiret, id est puerum & puellam. Soluat ergo qui potest, quantum accipit mater, uel quantum filius, quantum uel filia.

Alia.

Quidam paterfamiliâs habuit familias 30. sic uero iussit ut uiri acciperent modios ternos & mulieres binos, & infantes singula semodia. Soluat qui potest, quot uiri, quot mulieres, quot uel infantes fuerunt.

De salutatione cuiusdam senis ad puerum.

Quidam senior salutauit puerum, cui dixit: Viuas fili, uiuas(inquit) quantum uixisti, & aliud tantum, & ter tantum, addatque tibi Deus unum de annis meis, & impleas annos centum. Soluat qui potest, quot annorum tunc tempore ipse puer erat. 16. 1/2. Alia.

Quidam paterfamiliâs habuit familias 100, quibus præcepit dare de annona modios 100. eo uero tenore, ut uiri acciperent modios ternos, & mulieres binos, & infantes singula semodia. Dicit ergo qui ualeat, quot uiri, quot mulieres, aut quot infantes fuerunt.

De quodam edificante domum.

Homo quidam uolens edificare domum, locauit artifices 6. ex quibus 5 magistri, & 1 discipulus erat: & conuenit inter eum qui edificare uolebat & artifices, ut per singulos dies 25 denarij eis in mercede darentur: sic tamen ut discipulus medietatem de hoc quod unus ex magistris accipiebat, acciperet. Dicit qui potest, quantum unusquisque de illis per unumquodque diem accepit.

De animalibus emptis.

Uoluit quidam emere animalia promiscua 100. de solidis 100. ita ut equus 3 solidis emeret, bos uero in solidum 1. & 3/4 oues in solidum 1. Dicit qui ualeat, quot caballi, uel quot boues, quot uel fuerunt oues. 66. Alia.

Quidam homo uoluit de 100 solidis animalia promiscua emere 100. in Oriente: qui iussit famulo suo, ut camelum in 5 solidos acciperet, alinum in solidum 1, & 20 oues in solidum 1 compararet. Dicit qui uult, quot cameli uel asini, siue oues, in negotio 100 solidorum fuerunt.

De homine & ouibus pascentibus.

Quidam homo uidit de monte oues pascentes, & dixit: Vinam haberem tantum & alium tantum, & medietatem de medietate, & de hac medietate aliam idcirco medietatem, ego centesimus una cum ipsis meam ingredere domum. Soluat qui potest, quot oues uidit ibi pascentes.

De sode & serofa.

Quidam paterfamiliâs stabiliiuit curtem nouam quadrangulam, in qua posuit serofam quæ peperit porcellos 7 in media sode: quia una cum matre, quæ octaua est: pepererunt igitur unusquisque in omni angulo 7. & ipsa iterum in media sode cum omnibus generaliter peperit 7. Dicit qui uult, cum matribus quot porci fuerunt.

De scala cum centum gradibus.

Est scala una habens gradus 100. in primo gradu sedebat columbam 1, in secundo 2, in tertio 3, in quarto 4, in quinto 5. sic in omni gradu usque ad centesimū. Dicit qui potest, quot columbae in totum fuerunt. 2550 De porcis.

Homo quidam habuit 300 porcos, & iussit ut tot porci numero impari in tres dies, tres occiderentur. Similis est & de 30 sententia. Dicit modò qui potest quot porci impares, siue de 300, siue de 30, in tres dies occidendi sunt. hæc ratio indissolubilis ad increpandum composita est.

De salutatione pueri ad patrem.

Quidam puer salutauit patrem, Aue(inquit) pater. Cui pater, Valeas fili, uiuas quantum uixisti: quos annos geminatos triplicabis, & sursum me unum de annis meis, & habebis annos centum. Dicit qui ualeat, quot annorum tunc ipse puer erat. 16. 1/2.

De columba

De columba.

Columba sedens in arbore, uidit alias uolantes, dixit eis: Vtinam fuissetis aliae tantae & adhuc tanta, tunc una mecum centum fuissetis. Dicit qui potest, quot columbae erant in primis uolantes. 33 De sacculo.

Quidam homo ambulans per uiam inuenit sacculum cum talentis duobus. Hoc quoque alij uidentes dixerunt ei: Frater da nobis portionem inuentionis tuae: qui reuens noluit dare: ipsi uero irruentes diripuerunt sacculum, & tulit sibi quisque solidos 50. dicit qui uult quot homines fuerunt. De episcopo.

Quidam episcopus iussit panes 12. in clero diuidi. Praecipit enim sic, ut singuli presbyteri binos acciperent panes, diaconi dimidium, lector quartam partem, ita tamen fiat ut clericorum & panum unus sit numerus. dicit qui uult quot presbyteri, uel quot diaconos, quot uel lectores esse debeant.

De homine scholasticis obuiante.

Quidam homo obuiavit scholasticis, & dixit eis: Quanti estis in schola? Vno autem ex eis respondit dicens, Nolo hoc tibi dicere, Tu numerum nos bis, multiplica ter, tunc diuide in quatuor partes, quarta pars nostrum, si me addis cum ipsis centenarium explet numerum. dicit qui uult quanti fuerunt qui pridem obuiauerunt ambulanti per uiam. 66

De carpentarijs.

Septem carpentarij septenas rotas fecerunt. dicit qui uult quot carra fecerunt.

De uno in uasculis.

Centum metra, uini: rogo ut dicat qui uelit, quot sextarios capiunt, uel ipsa etiam centum metra quot meros habent.

De patrefamilias distribuite.

Quidam patrefamilias moriens diuisit quatuor filijs suis quatuor uascula uini: in primo uase erant modia 40, in secundo 30, in tertio 20, & in quarto 10. qui uocans dispensatorem domus suae ait: Haec quatuor uascula cum uino intrinsecus diuide inter 4 filios meos: sic tamen ut unicuique eorum aequalis sit portio, tam & in uino, quam & in uasis. dicit qui intelligit quomodo diuidendum est, ut omnes aequaliter ex hoc accipere possint. De camelo.

Quidam patrefamilias habebat de una domo sua ad alteram domum leucas 30, & habebat camelum qui debebat in tribus subiectionibus ex una domo sua ad alteram de annona ferre modia 90, & in unaquaque leuca isdem camelus comedeat semper modium unum: dicit qui uult quot modia residua fuerint. De dispensatore in monasterio.

Quidam pater monasterij habuit 12 monachos, qui conuocans dispensatorem domus suae dedit illi oua 204, iussitque ut singulis aequalem daret ex eis omnibus portionem: sic tamen iussit, ut inter 5 presbyteros daret oua 85, & inter 4 diaconos 68, & inter tres 51. dicit rogo qui

ualet, & quot oua unicuique ipsorum in portione euenerunt, ita ut in nullo nec superabundet numerus, nec minuatur, sed omnes, ut supra diximus, aequaliter in omnibus accipiant portionem. PROPOSITIONVM SOLVTIONES.

De limace solutio.

IN leuca una sunt 1500 passus, 7500 pedes, 90 unciae, quot unciae, tot dies fuerunt, qui faciunt annos 246, & dies 210.

De ciconijs.

Qui primis ab illo uisi sunt, fuerunt 36, & huius medietas medietatis sunt 18, & huius numeri medietas sunt 9, dicit ergo sic, 72 & 18 sunt 90, adde 9, sunt 99, adde loquentem, & habebis 100. Alia. 28 & 28 & tertio sic, sunt 84, & medietas tertiae sunt 14, sunt in totum 98, adiectis duabus, 100 apparent.

De equis. 40 equi erant qui pascebantur, alij tantum sunt 80, medietas huius medietatis, id est 20, si addatur, sunt 100.

De centum denarijs. Fac 9 scrofas & 1 uerem in 55 denarijs, & 80 porcellos in 70. ecce porci 90, in 5 residuis denarijs fac porcellos 10 & habebis centenarium in utrisque numerum.

De communi negotio. In primis 250 porci erant, qui 100 solidis comparati (sicut supra dictum est) in 2 solidis, 5 porcos: quia siue quinguas quinos, siue quinque 50 dixeris, 250 numerabis: quibus diuisis, unus tulit 125, alter similiter 125, unus uendit deteriores 3 semper in solidos: alter uero meliores duos in solidos. Sic euenit, ut is qui deteriores uendit, de 120 porcis, 40 solidos est adeptus: qui uero meliores, 60 solidos est consecutus: quia de inferioribus 30, semper in 10 solidis: de melioribus autem 20, in 10 solidis sunt uenundati: & remanserunt, utrisque 5 porci: ex quibus ad lucrum 4 solidorum & 2 denarios facere potuerunt.

De disco. Aurum pensat uncias 9, argentum pensat ter 9 uncias, id est libras 2 & uncias 3, aurichalcum pensat ter libras 2, & ter 3 uncias, id est libras 6 & uncias 9, stannum pensat ter libras 6, & ter 9 uncias, hoc est libras 20 & uncias 3. Et 9 unciae & 2 librae cum 3 uncis, & 6 librae cum 9 uncis, & 20 librae cum 3 uncis adunatae, 30 libras efficiunt. Item aliter ad solidum: aurum pensat solidos argenteos 15, argentum ter 15, id est 45, aurichalcum ter 45, id est 135, stannum ter 135, hoc est 405, iunge 405, 135, & 45 & 15, & inuenies solidos 100, quod sunt librae 30.

De cuppa. Per primam fistulam 3600 sextarij cucurrerunt: per secundam, 1400: per tertiam, 1200.

De sago.

De 400, 80 pars, 5 sunt: & de 100, 4. Siue ergo octogies 5, siue centies 4 dixeris, semper 400 inuenies, tot sagi erunt. Decima pars sexagenarij, 6 sunt: decima uero quadragenarij, 4 sunt. Siue ergo decimam sexagenarij, siue decimam quadragenarij decies miseris, 100 portiones, 6 cubitorum longas, & 4 cubitorum latas inuenies.

De ampullis relictis.

Tres igitur sunt filij & 30 ampullae, ampullarum autem quaedam 10 sunt plenae, & 10 mediae, & 10 uacuae. Duc ter decies, sunt 30, unicuique filio ueniunt 10 ampullae in portionem. diuide autem per tertiam partem, hoc est da primo filio 10 semis ampullas: ac deinde da secundo 5 plenas, & 5 uacuas: similiterque dabis tertio, & erit trium aequa germanorum diuisio, tam in oleo, quam & in uitro.

De exercitu in 30 uillis collecto.

1	fuerunt	2
2	collecti	4
3	milites	8
4		16
5		32
6		64
7		128
8		256
9		512
10		1024
11		2048
12		4096
13		8192
14		16384
15		32768
16		65536
17		131072
18		262144
19		524288
20		1048576
21		2097152
22		4194304
23		8388608
24		16777216
25		33554432
26		67108864
27		134217728
28		268435456
29		536870912
30		1073741824

De uestigij boum.

Nullum omnino bos uestigium in ultima riga facit, eo quod ipse praecedit aratrum, & hunc aratrum sequitur. quotquot enim hic praecedendo in exulta terra uestigia facit, tot ille subsequens excolendo resoluitur. Propterea illius omnino nullum reperitur, id est in ultima riga uestigium. De rigis quas facit homo.

Ex uno capite campi tres, & ex altero, quae faciunt rigas uersuras septem.

De boue ducto.

Prior qui dari sibi duos rogauit boues, habebat 4, at uero qui rogabatur habebat 8, dedit quippe rogatus postulantem duos, & habuerunt uterque 6, qui enim propior acceperat, reddidit 2, dandi priori qui habebat 6, & habuit 8, quod est duplum ab 4. & illi remanserunt 4, quod est simplum ab 8.

De sororibus.

Primò omnium ego & soror mea introiisse: mus in nauim & transfretassemus ultra, trans-

fretatoque fluuio dimissem sororem de nauim, & redixi sem nauim ad ripam: tunc uero introissent sorores duorum uirorum, illorum uidelicet qui ad littus remanserant: illis itaque foeminis nauim egressis, soror mea quae prima transierat, intraret, ad me nauimque reduceret: illa egrediente foras, duo in nauim fratres intrassent, utraque uenissent: tunc unus ex illis una cum sorore sua nauim ingressus, ad nos transfretasset: ego & ille qui nauigauerat, sorore mea remanente foris, ultra uenissemus: nosque ad littora uectos, una ex illis duabus quaelibet mulieribus, ultra nauim reduceret, soror aequae meae secum recepta, pariter ad nos ultra uenissent: & ille cuius soror ultra remanserat nauim ingressus, eam secum ultra reduceret. Tali igitur sicque sollicitante studio, facta est nauigatio, nullo fuscante iniquationis contagio. De lupo & capra.

Simili namque tenore ducerem prius capram & dimitterem foris lupo & caulum: tunc deinde uenirem, lupoque ultra transirem, lupoque foris missos: rursusque capram nauim receptam ultra reducerem, capramque foras missam, caulum transueherem ultra, atque iterum remigassem, capramque adsumptam ultra duxissem. Sicque faciente, facta erit remigatio salubris absque uoragine lacerationis. De pondere plaustrum.

Eodem quoque ordine, ut superius, prius intrassent duo infantes, & transissent, unusque ex illis reduceret nauim: tunc mater nauim ingressa transisset, deinde filius eius reduceret nauim, qua transuecta, frater illius nauim ingressus, ambo ultra transissent, rursusque filius qui ante transierat ingressus nauim, eamque ad fratrem reduceret, iamque reductam ingrediantur ambo, & transeant: tali sub remigante ingenio erit expleta nauigatio, forsitan sine naufragio.

Aliud. Similiter ut superius transissent prius duo infantes, & unus ex illis nauim reduceret: in qua pater ingressus, ultra transisset. Et ille infans unus, qui prius cum fratre transierat, nauim ad ripam reduceret in qua frater illius rursus ingressus, ambo ultra uenissent: unusque ex illis foras egressus, & alter ad matrem reduceret nauim, in qua uidelicet nauim mater ingressa ultra uenissent: qua egrediente foras, filius eius qui ante cum fratre transierat, nauim rursus ingressus, eam ad fratrem ultra reduceret, in qua ambo ingressi ultra uenissent, & fieret expleta salubris transuectio, nullo formidante mortis naufragio. De campo & ouibus.

Ipsa campus habet in longitudine pedes ducentos, & in latitudine pedes centum: duc bis quinque nos de ducentis, sunt 40, ac deinde 100 diuide per 4, quarta pars centenarij, 25 sunt: siue ergo 40 uicies quinquies, siue 25 quadragies duxeris, millenarium implent numerum: tot ergo oues ibidem collocari possunt.

De campo fastigioso.

Logitudo huius campi 100 perticis, & utriusque frontis latitudo, 50, medietas uero 60 includitur.

tur. iunge utriusque frontis numerum cum medie tate, & sunt 160. Ex ipsiis assume 3 partem, id est 53, & multiplica centies, fiunt 5300. deinde in 12 aequas partes, & inveniuntur 351. item eisdem diuide in 12 partes, & reperitur 37. Tot sunt in huius aripenni numero. *Aliud.* Duæ eiusdem campi longitudo faciant 62. duc mediam de 62, fiunt 31. atque duæ eiusdem campilatitudines iunctæ, fiunt 66. duc uero mediam de 66 fiunt 33. duc namque trecies semel 33, fiunt 1020. diuide per 12 partem bis, sicut superius, hoc est de 120 duc 12. fiunt 85. rursusque 85 diuide per 12, fiunt 7. sunt ergo in hoc aripenni numero 7.

Aliud. Iunge duas latitudines istius campi, fiunt 60. & duc mediam de 60, fiunt 30. & quia in fronte pedes 18 habet; duc mediam de 18, fiunt 9. duc uero nouies 30, fiunt 270. fac exinde bis 12 id est diuide 270, per 12 partem, fiunt 22 & semis: atque iterum 22 & semis, per 12 partem diuide, & fiunt 2, & remanet 4. que est 3 pars 12. Sunt ergo aripenni in hoc numero 2, & 3 pars de aripenni 3, sit aripennis 1, & perticæ 10, & dimidia.

Aliud. Quarta quidem pars huius campi, qui 400 includitur perticis, in 1000 consistit: hos si per semetipsum multiplicaueris, id est si centies duxeris, fiunt 10000. hos in 12 partes diuidere debes, et enim de 10000, duodecima est, 833. quæ quum item in 12 partibus fueris, inuenies 69. tot enim aripennos huiusmodi campi includit.

De campo, cane & lepore. Longitudo huius campi, habet pedes 150, duc mediam de 150 fiunt 80. canis uero faciebat in uno saltu pedes 9. quippe 75 nouies ducti, fiunt 675. tot pedes lepore persequendo canis cucurrit, quoad usque eum comprehendit dente tenaci: at uero quia lepus, 7 pedes in uno faciebat saltu: duc ipsos 75 septies, fiunt 526. tot pedes lepus fugiendo peregit, donec consecutus fuit.

De ciuitate quadrangula. Si fuerint duæ huius ciuitatis longitudo iunctæ faciunt 2100. similiter duæ si fuerint latitudines iunctæ, fiunt 1200, ergo duc mediam de 1200, fiunt 600. rursusque duc mediam de 2100, fiunt 1050. & quia unaquæque domus habet in longo pedes 40, & in lato pedes 30, duc 40 partem de 1050, fiunt 26. atque iterum assume 30 de 600, fiunt 20. uicies ergo 26 ducti, fiunt 520. tot domus capiendæ sunt. Duo igitur huius ciuitatis latera iuncta fiunt 200. atque duc mediam de 200, fiunt 100. sed quia in fronte habet pedes 90, duc mediam de 90, fiunt 45. & quia longitudo uniuscuiusque domus habet pedes 20, & latitudo ipsarum habet pedes 10, duc 20 partem de 100, fiunt 5. & pars 10 quadragenarij 4 sunt, duc igitur quinquies 4, fiunt 20. tot domos huiusmodi capiendæ est ciuitas.

Aliud. In huius ciuitatis ambitu, 8000 pedum numeratur, qui sesquialtera proportione diuiduntur in 4800, & in 3200. in illis autem longitudo domorum: in istis, latitudo uersatur. subtrahe itaque de utraque summa medietatem, & remanent de maiori 2400, de minore uero 1600

hos igitur 1600 diuide in uicenos, & inuenies octoagies 20. rursusque maior summa, id est 2400, in 30 partibus, octoagies 30 dinumeratur. duc octoagies 80, & fiunt 6400. Tot in huiusmodi ciuitate domos secundum propositionem supra scriptam constitui possunt. *De basilica.*

140 pedes longitudinis implent 126 laterculi: & 120 pedes latitudinis, 120 laterculi: quia unusquisque laterculus in latitudines, pedis mensuram habet. multiplica itaque 100 uicies 126, in 15120 summa conerescit. Tot igitur in huiusmodi basilica laterculi, pavementum contingere possunt. *De cauana.* In 100 autem quaterdecies 7 numeratur, in 64 uero sedecies quaterni continetur: ex quibus 4 ad peruium deputantur, quod in longitudinem ipsius cauana ducitur. Quia ergo in 60 quindecies quaterni sunt, & in 100, quaterdecies 7, duc quindecies 14, fiunt 210. Tot cupæ, iuxta superscriptam magnitudinem in huiusmodi cauana contineri possunt. *De patrefamilias.*

Duc semel ternos, fiunt 3. hoc est unus uir 3 modios accepit: similiter & quinquies binis fiunt 10, hoc est 5 mulieres acceperunt modios 10. duc uero septies binos, fiunt 14, hoc est 14 infantes acceperunt modios 7. iunge ergo 1 & 2 & 14, fiunt 20. hæc sunt familiae 20. ac deinde iunge 3 & 7 & 10, fiunt 20. hæc sunt modia 20. Sunt ergo simul familiae 20, & modij 20.


Aliud. Si duxeris ternos 3, fiunt 9, & si duxeris quinquies binos, fiunt 10. ac deinde duc uicies bis semis, fiunt 11, hoc est 3 uiri acceperunt modios 9, & 5 mulieres acceperunt 10, & 22 infantes acceperunt modios 11. quod simul iuncti 3 & 5 & 22, faciunt familiae 30. rursusque 9 & 11 & 10 simul iuncti, faciunt modios 30. quot sunt simul familiae 30, & modij 30. tantum 36. *Aliud.* Duc sexies 3, fiunt 18, & duc uicies binos fiunt 40, duc uero sexagies quaternos semis, fiunt 32, id est 6 uiri acceperunt modios 18, & 20 mulieres acceperunt modios 40, & 64 infantes acceperunt modios 32. quod simul iuncti, id est 6 & 20 & 64, familiae 90 efficiunt: iterumque iunge 18 & 60 & 32, fiunt 90. qui faciunt modios 90. quod simul iuncti faciunt familiae 90, & modios 90, tantum 37. *Aliud.*

Vndecim terni fiunt 33, & 15 bis ducti, fiunt 30. duc uero octogies quater semis, fiunt 37, id est 11 uiri acceperunt 37. quod simul iuncti id est 11 & 15 & 74, fiunt 100, quæ sunt familiae 100. similiter iunge 33 & 30 & 37, fiunt 100, qui sunt modij 100. his ergo simul iunctis, habes familias 100, & modios 100.

De animalibus emptis. Iunge ergo 9 & 3, fiunt 12. 12 namque unciae libram faciunt: prorsus iunge simul 7 & 5, faciunt iterum 12. ideoque bis 12 faciunt 24. 24 autem unciae faciunt 2 libras, id est solidos 40. deinde duc, quia fac. &c.

RELIQVAE SOLVTIONES DESIDERANTUR: potest autem quisque, ratione arithmetica Propositiones illas solueret: ita ad exercendum ingenium, omnia ualebunt. De 13

BEDÆ PRESBYTERI PRÆFATIO IN LIBELLVM DE RATIONE CALCULI.



Nitas illa, unde omnis multitudo numerorum procedit, quæ proprie ad Arithmeticam disciplinam pertinet, quia uere simplex est, & nulla partium congregatione subsistit, nullam utique recipit sectionem. De cæteris uero rebus, licet aliquid tale sit, ut propter integritatem ac soliditatem suam, unitatis meruerit uocabulo nuncupari: tamen quod compositum est, diuisioni necessario subiacebit. Nihil enim in tota rerum natura, præter memoratam numerorum unitatem, nisi unum inueniri potest, quod non ulla omnino ualeat diuisione distribui. Quod ideo fit, quia non simplicitate, sed compositione subsistit. Dicitur enim Vnus homo, unus equus, unus dies, una hora, unus numerus, unum templum, & alia huiusmodi innumerabilia: quæ licet unitatis sint sortita uocabulum, tamen pro causæ atque rationis necessitate diuiduntur. Ad huius diuisionis compendium tale calculandi argumentum antiqui commenti sunt, ut omnis integritas diuidenda rationabili, per illud possit partitione secari, siue id corpus, siue res incorporea sit, quod diuidendum proponitur. In hoc argumento Vnitas, Assis uocatur: cuius partes iuxta proportionalitatem suam proprijs sunt infinitè uocabulis. Notis etiam ad hoc excogitatis, per quas eadem uocabula exprimentur, ut per diuisionem nominum, & notas nominibus affixas, uniuscuiusque particulae notio facilius aduertatur.

De assis & partibus eius.

Et Assis quidem, qui per 1 literam, sicut in numeris Vnum scribi solet, exprimitur, duo decim partes habet: quarum si unam detraxeris, reliquæ undecim partes Labus dicuntur. Illa uero quam detraxisti, id est duodecima, Vncia uocatur.

Si duas sustuleris, decem residuæ appellantur Dextrans. & quod sustulisti, id est duæ, Sextans nominatur.

At si tres dempseris, nouem quæ remanserunt Dodrans nuncupantur: & tres demptæ, Quadrans uocantur.

Quod si quatuor tollere uelis, octo reliquas Bissem, uel Bessem: & quatuor, Trientem nominabis.

Quinque uero sublati, septem residuas Septuncem: & quinque sublatae, Quinquuncem, uel Quinquuncem placuit appellari.

Quum uero per medium fuerit facta diuisionis, utrunque dimidium senis partibus constans, Semissem uocitarunt.

Vnciam autem & dimidiam, Sescunciam uel Sescunciam, aut Sescunquunciam nuncuparunt.

Postremo, Vnciam dimidium, Semunciam appellarunt.

Iam reliquæ Minutiæ, quarum congestione Dimidium unciam conficitur, ut sunt Sicilici, Sextulæ, & cætera, melius ex ipsius calculi inspectione cognoscuntur.

MODVS CALCULI.

Incipit autem idem Calculus à Mille, & usque ad Quinquaginta milia progreditur: Sed primò per duplicationem,

Postea per triplicationem:

Deinde per cæteras Multiplicationes incrementa capiens: tanta numerositate concreuit, ut usque ad infinitum, quantitatis eius summa perueniat.

Scribitur uero lineis à superiori parte in inferiorem descendentibus, superius milium summas ex multiplicatione uenientes, inferius diuisionum minutias lineis continentibus: à quibus tamen in legendo principium est faciendum: & sic sursum uersus eundem, quousque ad Milium summam, quæ ex illa multiplicatione paulatim accrescit, legendo ueniat.

Incipiendumque à dimidia Sextula per duplicationem usque ad II. id est duo millia.

Inde iterum per triplicationem, à dimidia Sextula usque ad III. hoc est tria millia.

Tum à dimidia Sextula per quadruplicationem usque ad IIII. scilicet quatuor millia.

Et sic deinceps usque ad finem.

De Numerorum consonantia.

¶ Finales ergo sunt lychanos hypaton, hypate meson, parhypate meson, hircanos meson. Omnis ergo pars & subiugalis eius, id est primi ac secundi, tota melodia lychanos hypaton autore regitur & finitur. Secundi uero & subiugalis eius, id est tertij ac quartij, hypate meson regitur & finitur. Tertij cum suo subiugali, id est quinti ac sexti, parhypate meson regitur ac finitur. Quartij cum suo subiugali, id est septimi ac octaui, lychanos meson regitur ac finitur. Et hæc est regula inchoandi ad quodlibet medium, ut nec supra quintum superiorem locum, nec infra quintum inferiorem aliquid quando incipiant: sed inter eas octo uoces, uel aliquando nouem, initia sua cohibeant.

Notandum uero est, quod quinto semper loco superioribus cum inferioribus finalibus quædam talis est concordia, ut aliqui. &c.

Reliquum desideratur.

Dupli.

2000	1000
1800	900
1600	800
1400	700
1200	600
1000	500
800	400
600	300
400	200
200	100
180	90
160	80
140	70
120	60
100	50
80	40
60	30
40	20
20	10
18	9
16	8
14	7
12	6
10	5
8	4
6	3
4	2
2	1
1 SSS	SSS.
1 SS	SSS
1 S	SS.
1 .SS	SS
1 .S	S.
1	S
SSS	.SS.
SS	.SS
S	.S.
.SS	.S
.S.	.S.
.S	/
/	S.
S. O	OO
S.	∩
OO	O
∅	∅

Tripli.

3000	1000
2700	900
2400	800
2100	700
1800	600
1500	500
1200	400
900	300
600	200
300	100
270	90
240	80
210	70
180	60
150	50
120	40
90	30
60	20
30	10
27	9
24	8
21	7
18	6
15	5
12	4
9	3
6	2
3	1
2 SS.	SSS.
2 S	SSS
2 .S.	SS.
2	SS
1 SS.	S.
1 S	S
1 .S.	.SS.
1	.SS
SS.	.S.
S	.S
.SS S.	∩
.S.	/
∩	S.
/	OO
S. ∩	C
S.	O
∩	∅

Quadrupli.

4000	1000
3600	900
3200	800
2800	700
2400	600
2000	500
1600	400
1200	300
800	200
400	100
360	90
320	80
280	70
240	60
200	50
160	40
120	30
80	20
40	10
36	9
32	8
28	7
24	6
20	5
16	4
12	3
8	2
4	1
3 SS	SSS.
3 .SS	SSS
3	SS.
2 SS	SS
2 .SS	S.
2	S
1 SS	.SS.
1 .SS	.SS
1	.S.
SS	.S
S	∩
.SS	/
.S	S.
/OO	OO
/	∩
S.O	O
OO	∅

Quincupli.

5000	1000
4500	900
4000	800
3500	700
3000	600
2500	500
2000	400
1500	300
1000	200
500	100
450	90
400	80
350	70
300	60
250	50
200	40
150	30
100	20
50	10
45	9
40	8
35	7
30	6
25	5
20	4
15	3
10	2
5	1
4 S.	SSS.
4 .S	SSS
3 .SS.	SS.
3 SS	SS
2 SSS.	S.
2 S	S
2 /	.SS.
1 SS	.SS
1 .S.	.S.
SSS	.S
∩ S.	∩
.SS.	/
.S S.	S.
/ S. O	OO
/ ∩	∩
S. OO	O
OO ∅	∅

Sexcupli.

6000	1000
6400	900
4800	800
4200	700
3600	600
3000	500
2400	400
1800	300
1200	200
600	100
540	90
480	80
420	70
360	60
300	50
240	40
180	30
120	20
60	10
54	9
48	8
42	7
36	6
30	5
24	4
18	3
12	2
6	1
5 S	SSS.
5 .S	SSS
4 S	SS.
4	SS
3 S	S.
3	S
2 S	SS.
2	.SS
1 S	.S.
1	.S
SS.	∩
S	/
.S.	S.
.S	OO
∩	∩
/	O
S.	∅

Septupli.

7000	1000
6300	900
5800	800
4900	700
4200	600
3500	500
2800	400
2100	300
1400	200
700	100
630	90
560	80
490	70
420	60
350	50
280	40
210	30
140	20
70	10
63	9
56	8
49	7
42	6
35	5
28	4
21	3
14	2
7	1
6 .SS.	SSS.
5 SSS	SSS
5 .S.	SS.
4 SS	SS
4 /	S.
3 S	S
2 SSS.	.SS.
1 .SS	.SS
1 SS.	.S.
1 S.	.S
SSS S.	∩
S.	/
.S. S.	S.
.S OO	OO
∩ ∩	∩
/ O	O
S. ∅	∅

Ocupli.

8000	1000
7200	9000
6400	800
5600	700
4800	600
4000	500
3200	400
2400	300
1600	200
800	100
720	90
640	80
560	70
480	60
400	50
320	40
240	30
160	20
80	10
72	9
64	8
56	7
48	6
40	5
32	4
24	3
16	3
8	1
7 .SS	SSS.
6 SS	SSS
6	SS.
5 .SS	SS
4 SS	S.
4	S
3 .SS	.SS.
2 SS	.SS
2	.S.
1 .SS	.S
1	3
SS	/
.SS	S.
.S S. O	OO
.S	3
/ OO	O
.S.O	φ

7

Nonocupli.

9000	1000
8100	900
7200	800
6300	700
5400	600
4500	500
3600	400
2700	300
1800	200
900	100
810	90
720	80
630	70
540	60
450	50
360	40
270	30
180	20
90	10
81	9
72	8
63	7
54	6
45	5
36	4
27	3
18	2
9	1
8 .S.	SSS.
7 S	SSS
6 SS.	SS.
6	SS
5 .S.	S.
4 S	S
3 SS.	.SS.
3	.SS
2 .S.	.S.
1 S	.S
1 3	3
SS.	/
.SS S.	S.
S.	OO
.S O	3
3	O
S. 3	φ

8

Decupli.

10000	1000
9000	900
8000	800
7000	700
6000	600
5000	500
4000	400
3000	300
2000	200
1000	100
900	90
800	80
700	70
600	60
500	50
400	40
300	30
200	20
100	10
90	9
80	8
70	7
60	6
50	5
40	4
30	3
20	2
10	1
9 .S	SSS.
8 .SS	SSS
6 S	SS.
6 SS	SS
5 SSS	S.
5	S
4 .S	.SS.
3 SS	.SS
2 S	.S.
1 SS	.S
1 3	3
SSS	/
.SS.	S.
.S. OO	OO
.S S.	3
3 O	O
S. OO	φ

9

Vndecupli.

11000	1000
9900	900
8800	800
7700	700
6600	600
5500	500
4400	400
3300	300
2200	200
1100	100
990	90
880	80
770	70
660	60
550	50
440	40
330	30
220	20
110	10
99	9
88	8
77	7
66	6
55	5
44	4
33	3
22	2
11	1
10 /	SSS.
9 .S	SSS
8 .S.	SS.
7 .SS	SS
6 SS.	S.
5 S	S
4 S.	.SS.
3 SS	.SS
2 SS.	.S.
1 SSS	.S
1 .SSS.	3
SSS.	/
.SS. S.	S.
.S. S. O	OO
.S S. 3	3
3 OO	O
S. 3 O	φ

10

Duodecupli.

12000	1000
10800	900
9600	800
8400	700
7200	600
6000	500
4800	400
3600	300
2400	200
1200	100
1080	90
960	80
840	70
720	60
600	50
480	40
360	30
240	20
120	10
108	9
96	8
84	7
72	6
60	5
48	4
36	3
24	2
12	1
11	SSS.
10	SSS
9	SS.
8	SS
7	S.
6	S
5	SS.
4	.SS
3	.S.
2	.S
1 S	3
1 /	/
S	S.
.SS	OO
.S. 3	3
.S O	O
/ φ	φ

11

Tredecupli.

13000	1000
11700	900
10400	800
9100	700
7800	600
6500	500
5200	400
3900	300
2600	200
1300	100
1170	90
1040	80
910	70
780	60
650	50
520	40
390	30
260	20
130	10
117	9
104	8
91	7
78	6
65	5
52	4
39	3
26	2
13	1
11 SSS.	SSS.
10 SSS	SSS
9 SS.	SS.
8 SS	SS
7 S.	S.
6 S	S
5 .SS.	.SS.
4 .SS	.SS
3 .S.	.S.
2 .S	.S
1 S. S.	3
1 /	/
.S. S. 3	S.
.SS OO	OO
.S. 3	3
.S O	O
/ φ	φ

12

G 4

Quadrecupli.

14000	1000
12600	9000
11200	800
9800	700
8400	600
7000	500
5600	400
4200	300
2800	200
1400	100
1260	90
1120	80
9080	70
8060	60
700	50
560	40
420	30
280	20
140	10
126	9
112	8
98	7
84	6
70	5
56	4
42	3
28	3
14	1
12 SSS	SSS.
11 S	SSS
10 S	SS.
9 .SS	SS
8 .S	S.
7	S
5 SSS	.SS.
4 SS	.SS
3 S	.S.
2 .SS	.S
1 SS.	3
1 .S	
S.	S.
.SS S.O	OO
.S. S.	3
.S OO	O
/O	φ

13

Quindecupli.

15000	1000
13500	900
12000	800
10500	700
9000	600
7500	500
5000	400
4500	300
3000	200
1500	100
1350	90
1200	80
1050	70
900	60
750	50
600	40
450	30
300	20
150	10
135	9
120	8
105	7
95	6
75	5
60	4
45	3
30	2
15	1
13 SS.	SSS.
12 S	SSS
11 .S.	SS.
10	SS
8 SS.	S.
7 S	S
6 .S.	.SS.
5	.SS
4 SS.	.S.
3 SS.	.S
1 SSS S.	3
1 .S.	
S. S.	S.
.SS.	OO
.S S. 3	3
.S S.	O
/ 3	φ

14

Sedecupli.

16000	1000
14400	900
12800	800
11200	700
9600	600
8000	500
6400	400
4800	300
3200	200
1600	100
1440	90
1280	80
1120	70
960	60
800	50
640	40
480	30
320	20
160	10
144	9
128	8
112	7
96	6
80	5
64	4
48	3
32	2
16	1
14 SS	SSS.
13 .SS	SSS
12	SS.
10 SS	SS
9 .SS	S.
8	S
6 SS	.SS.
5 .SS	.SS
4	.S.
3 SS	.S
2	3
1 .SS	
SS	S.
SS OO	OO
.SS	3
.SS. O	O
/ OO	φ

15

BEDÆ

BEDÆ PRES-
BYTERI PRÆFATIO
 IN LIBELLVM DE NV-
 MERORVM DIVISIONE,

AD CONSTANTINVM SVVM.



Is amicitia penè impossibilia redigit ad possibilia, nam quo modo rationes Numerorum abaci explicare contenderemus? nisi te adhortante, o mi dulce solamen laborum Constantine. Itaque quum aliquot lustra iam transierint, ex quo nec librum, nec exercitium harum rerum habuerimus, quadam repetita memoria eisdem uerbis proferimus, quadam eisdem sententijs. Nec puter philosophus sine literis hæc alicui arti uel sibi esse contraria. Quid enim dicit esse digitos, articulos, minuta, qui auditor maiorum fore dedignatur. Vult tamè uideri solus scire, quod mecum ignorat ut ait Flaccus, Quid quum idem numerus modo simplex, modo compositus: nunc digitus, nunc constituatur ut articulus? Habes ergo (talium diligens inuestigator) uiam rationis, breuem quidem uerbis, sed prolixam sententijs, & ad collectionem interuallorum & distributionem in actualibus geometrici radij secundum inclinationem & erectionem, & in speculationibus & actualibus simul dimensionis cæli & terræ plena fide comparatam.

De simplici.

SI multiplicaueris singularem numerum per singularem, dabis unicuique digito singularem, & omni articulo decem, directe scilicet, & conuersim.

Si singularem per decenum, dabis unicuique digito decem, & omni articulo centum.

Si singularem per centenum, dabis unicuique digito centum, & articulo mille.

Si singularem per millenium, dabis digito mille, & articulo decem milia.

Si singularem per decenum millenium, dabis digito decem milia, & articulo centum milia.

Si singularem per centenum millenium, dabis digito centum milia, & articulo mille milia.

De deceno.

Si decenum per decenum, dabis digito centum, & articulo mille.

Si decenum per centenum, dabis digito mille, & articulo decem milia.

Si decenum per millenium, dabis digito decem milia, & articulo centum milia.

Si decenum per decenum millenium, dabis digito centum milia, & articulo mille milia.

Si decenum per centenum millenium, dabis digito mille milia, & etiam unicuique articulo decies mille milia.

De centeno.
 Si centenum per centenum, dabis digito decem milia, & articulo centum milia.

Si centenum per millenium, dabis digito centum milia, & articulo decies centena milia.

Si centenum per decenum millenium, dabis digito mille milia, & articulo decies mille milia.

Si centenum per centenum millenium, dabis digito decies mille milia, & articulo centies mille milia.

De milleno.

Si millenium per millenium dabis, digito decies centena milia, et articulo millies mille milia.

Si millenium per decenum millenium, dabis digito decies mille milia, & articulo centies mille milia.

Si millenium per centenum millenium, dabis digito centies mille milia, & articulo centies millies mille milia.

De deceno milleno.

Si decenum millenium per decenum millenium, dabis digito centies mille milia, & articulo millies mille milia.

Si decenum millenium per centenum millenium, dabis digito millies mille milia, & articulo decies millies mille milia.

De centeno milleno.

Si centenum millenium per centenum millenium, dabis digito decies millies mille milia, & articulo centies millies mille milia.

Quomodo diuidatur singularis per singularem, uel centenus per centenum, uel millenus per millenium.

IN partitione numerorum abaci, sicut se habent singulares ad singulares, sic quodammodo habent se decem ad decenos, centeni ad centenos, milleni ad millenos, hoc modo:

Si uolueris diuidere singulares per singulares, uel decenum per decenum, uel centenum per centenum, uel millenium per millenium, secundum denominationem eorum singulares singularibus subtrahes.

Quomodo singularis sua quantitate metiantur decenos, centenos, millenos.

In partitione numerorum abaci, sicut se habent singulares ad decenos & centenos & millenos: sic se habent decem ad centenos & millenos, & centeni ad millenos, & milleni ad ultra se compositos decenos millenos & centenos millenos, hoc modo: Si uolueris per singularem numerum diuidere decenum aut centenum, aut millenium uel simul uel intermissè, differentiam diuisionis à singulari ad decenum, per integram denominationem diuidèdi multiplicabis, & articulos quidem propria denominatione & posita differentia diminues, digitos uero digitis aggregabis: & si articuli prouenerit ut supra, diminues usq; ad solos digitos, & millenus quidem habebit articulos in millenis, digitos in centenis, centenus articulos in centenis, digitos in decenis: decenus articulos in decenis, digitos in singularibus.

Quomodo

Quomodo metiatur decenus centenum aut mille-
num, uel centenum millenum, uel
millenum & ulteriores.

SI uolueris per decenum numerum diuide-
re centenum uel millenum, aut per cente-
num millenum uel ulteriores, aut per millen-
sequentes, differentiam diuisoris quasi singu-
laris ad decenum, per integram denominatio-
nem diuidendi multiplicabis, idest per uocabu-
la singularis, ac decem articulos ac digitos di-
minues usque ad extremum diuisorem, sicut
fiebat in singularibus quemlibet numerum di-
uidentibus.

Quomodo singulares cuncti, decenis metiantur
decenos millenos, uel simul,
uel intermissi.

SI uolueris per compositum decenum cum
singulari diuidere, uel simplicem decenum
uel cum singulari compositum, considera quo-
tam partem diuisoris teneat singularis: nam se-
cundus singularis habet rationem ad secundas
diuidendi, tertius ad tertias, quartus ad quar-
tas, quintus ad quintas, & deinceps, idest dif-
ferentia a singulari diuisoris ad decenum, mul-
tiplicabitur per denominationem secundarum,
tertiarum, quartarum: quod uero exuperat se-
cundas, tertias, quartas, quintas aggregabis:
& si multiplicatores sunt diuisore, eadem regu-
la diminuentur: similiter uero & singulares
compositi ad diuidendum aggregabuntur. Et
in centenis & millenis idem facies, nisi quod
unum centenum uel millenum in ceteros dis-
sipabis, quod in uno non euenit deceno, & ar-
ticuli quidem ab uno centeno uel milleno se-
cundabuntur, a pluribus diuidendorum obti-
nebunt sedes.

Item alia diuisio centeni uel milleni, &
deinceps per eosdem
diuisores.

SI uolueris diuidere centenum uel mille-
num, & deinceps, per decenum cum sin-
gulari compositum, primum centenum uel
supra diuides, sumpta differentia diuisoris a
singulari ad decenum: & quod superauerit,
per denominationem propositi centeni mul-
tiplicabis: & si singulariter centeno ad compo-
sitionem additur: aut decenus cum singulari
diminues uel aggregabis (quemadmodum su-
perius dictum est) in decenis & singulari-
bus: & primi quidem articuli sunt in summa
diuidendis proxima ac minore: augmenta-
ti uero in articulos alios, diuidendorum obti-
nent sedes.

Quomodo decem iuncti, centenis uel centeni mil-
lenis metiantur centenos aut millenos
aut ulteriores.

SI uolueris per compositum centenum cum
deceno, uel compositum millenum cum
centeno diuidere, aut centenum, aut mille-
num: considera quotam partem diuisoris te-
neat quingenus, uel centenus, uel millenus, &

per denominationem earum partium, multipli-
ca differentiam diuisoris, sicut faciebas in sine-
gularibus iunctis cum decenis.

Item alia diuisio centeni uel milleni, & de-
inceps per eosdem compositos diui-
siores & simplices.

SI uolueris diuidere centenum, uel mille-
num, per decenum: aut millenum per cen-
tenum, sumes differentiam diuisoris, secun-
dum rationem singularium ad decenum, &
multiplicabis. Aut per totam denotatio-
nem diuidendi, si simplex decenus, uel cente-
nus diuisor est, uel per secundas, uel per ter-
tias, uel per quartas, uel per quintas, si com-
positus est: habita uidelicet ratione, quam par-
tem compositi diuisoris teneat decenus, uel
centenus.

Quomodo uno medio numerorum intermisso,
iuncti duo extremi ceteros
metiantur.

SI uolueris diuidere centenum uel mille-
num per compositum centenum uel mille-
num: uno intermisso, unum diuidendorum su-
mes ad minuta componenda, & maximum di-
uisorem reliquae parti comparabis. Et si quid
abundauerit, relinquendis repones. Minutum
autem per denominationem eius, per quem di-
uisor coaequatur, diuidendo multiplicabis. Et
in digitis quidem perfecta ponetur differen-
tia. Ante articulos uero, altera differentia, uno
minus, quasi rationem habens ad iuxta posi-
tos, quum sunt digiti, & articuli. Nam solus ar-
ticulus, idest sine digitis, integram proponit
sibi differentiam. Solus digitus, integram sup-
ponit: & tum quum solus est digitus, ei qui ad
minuta componenda seclusus est, differentia
integra secundabitur. Et haec quidem differen-
tia, & si quis forte a maximo diuisore seclu-
sus est, significabunt quod relinquitur ex di-
uidendis.

Quomodo centenus cum singulari metiatur
millenum & ulteriores, uel millenus
cum decenis decenos millenos
& ulteriores.

SI uolueris diuidere millenum uel ulterio-
res, per centenum cum singulari composi-
tum, unum millenum in centenos dissipabis.
Et rursus unum centenum ad minuta compo-
nenda secludes, & maximum diuisorem reli-
quae parti comparabis. Et si quid secludetur,
relinquendis repones. Minutum autem, ut in
superiori capitulo multiplicabis, reliquaque om-
nia uel quae secluduntur, uel quae pro differen-
tijs adhibentur, ordinabis. Rursusque easdem
differentias, ac si qui forte seclusi sunt, per de-
nominationem propositi diuidendi multipli-
cabis. Ac iterum eadem regula deduces, us-
que ad extremas differentias, & in millenis di-
uisoribus cum decenis, ad decenos millenos
& ulteriores, quasi eandem ipsam rationem
seruabis.

Quot

Quot diuisores sint in quolibet
diuidendo.

SI uolueris nosse quot diuisores sint in quo-
libet diuidendo, articulos a quibus deno-
minationes fiunt multiplicationis, secundabis
ad digitos, & si augmento eorum articuli pro-
uenient, reflectes ad articulos: & si in singula-
ribus pares diuisoribus prouenerint, totidem
unitates collectionibus aggregabis. Igitur &
in denominationibus a toto & a partibus que
sunt a secundis & tertijs & quartis, & deinceps
secundum eandem rationem pro extre-
mo diuisore unitatem constitues. Et sicut in cen-
tenis & millenis, quod ab uno exuperat, per
denominationem totius summam multiplican-
tur: sic diuisores, per denominationem totius
diuidendi multiplicabuntur. Sed in ipsis tan-
tummodo centenis & millenis, simplex dece-
nus diuisor centeni uel milleni, & ultra compo-
sitorum denominationes mittit ad tertias, idē
ad tertium locum ab eo quem diuidit, scilicet
in colligendis diuisoribus. Centenus uel mil-
lenus diuisores sui, & compositi, uno relicto,
denominationes suas mittunt ad extremos di-
gitos.

De protensione quarundam mensu-
rarum terrae.

Digitus, est minima pars agrestium mensu-
rarum.
Vncia habet digitos tres.
Palmus, in quatuor protenditur digitos.
Pedem, sedecim metiuntur digiti.
Passus, quinque pedum mensuram sortitur.
Pertica, duos passus, uidelicet decem pedes
explicit.
Passus centum & triginti quinque, stadium ab-
soluunt.
Stadia octo, miliarium praestant.
Mille passus, idest miliarium & dimidium, leu-
uam faciunt, habentem passus mille & quin-
gentos.
Duae leuuae, siue miliaria tria, restam efficiunt.
Quidam leuam, pro leuua legunt.

Ambitus totius terrae, ducentorum quin-
quagintaduorum milium stadiorum absoluitur,
quae faciunt leuuas Gallorum triginti &
unam: per duodecim, diuisis eisdem stadijs. Mi-
liaria triginta unum & quingenta: per quinqua-
ginta, in diuisis eisdem stadijs. Passus tricenis &
semel, mille milia & quingentos pedes (centi-
es uicies & quinquies, multiplicatis eisdem
stadijs) centies quinquages & septies mille
(passibus) milia & quingentas uncias (quin-
quies multiplicatis) milies octingenties (pedi-
bus) nonagies mille milia (duodecies multipli-
catis) mille milia. Digitos quinque milia, sex-
centies septuagesies & unum mille: uncia per
tres multiplicata.

FINIS libri Bedae, de Numerorum
diuisione.

BEDAE PRESBYTERI
LIBER DE LOQUELA PER GESTVM
DIGITORVM, ET TEMPORVM
RATIONE.

In eundem librum Epistola cuiusdam docti ad Lectorem.



Voniam fortasse ut res quaedam no-
ua, computandi ratio a doctissimo
Beda tradita, ita etiam leuius quip-
pia tibi facile uideri possit, quam
quod te (uero grauissimo) dignum
sit: statui e re fore, si tibi quum Graecorum,
tum Latinorum testimonia quaedam profer-
rem, quibus hanc Numerandi rationem haud
modo nostris, isque antiquioribus, quam Beda ac
Hieronymus fuerint, uerum etiam ipsis Grae-
cis in usu fuisse perspicias. Ita enim facile fore
confido, ut munus nostrum tam gratum tibi
futurum sit, quam quod gratissimum. Quare
iam Plutarchum illum Charoneum primum,
testimonium Graece dicentem audiamus.

Plutarchus per initia Apophthegmatu Regu & Imp-
arontis o βασιλειος o αρετα ερεθου γαμβρος, απμια πω-
επιστην δι οργνη και καταγνωσθης, εφμ. και οτι περ οι
την αρεθμικην διωκτες υλοι, νυ μη μειοδιδας, νυ δ
μοναδια πθησαι διωκται, ο αυτο και οδο τη βασιλειω
ελλας, νυ μη το πωυ διωκωτα, νυ δ το λαχισομ.

Hoc est, Orontes Regis Artaxerxis ge-
ner, quum ob iram inhonoratus condemna-
tusque iaceret: Quemadmodum (inquit) compus-
ratorum digiti nunc decem millia, nunc unum
significare possunt, eodem modo & Regu ami-
ci quadoque omnia, quandoque minimum possunt;
Macrobium Saturnal. lib. 1.

Inde & simulachrum eius plerunque fingitur
manu dextera, trecentum: & sinistra, sexaginta
quinque numerum tenens: ad demonstrandam
anni dimensionem.

Plinius Natur. hist. lib. 34. cap. 7.

Ianus Geminus a Numa Rege dicatus, qui pa-
cis bellique argumento colitur, digitis ita figura-
tis, ut trecentorum quinquaginta quinque die-
rum nota per significationem anni, temporis &
aui, se deum indicaret. Sed ut obiter utrumque
autorem emendemus, rectius apud Plinium scri-
ptum est Quinquaginta quinque, quam apud
Macrobius Sexaginta quinque: nam profecto
quam anni dimensionem statua a Numa esset
constituta? aut certe quoniam pacto ea potuit
tunc anni ratio indicari, quam multis post an-
nis C. Caesar Pont. Max. instituisse? Verba au-
tem illa duo apud Plinium (per significationem)
ut adulterina, inducenda sunt.

Apuleius Apologia 2.

Si triginta annos pro decem dixisses, posses ui-
deri pro computationis gestu errasse, quos cir-
culari debuisses digitos aperuisse. Quum uero
quadraginta, quae facilius ceteris porrecta pal-
ma significantur, ea quadraginta tu dimidio au-
ges: non potes digitorum gestu errasse, nisi for-
te triginta annorum Pudentillam ratus, binos
cuiusque anni Consules numerasti.

Quintus

Quintilianus Orat. Instit. lib. 1.
Nam quum sit geometria diuisa in numeros at
que formas; numerorum quidem notitia non
oratori modò, sed cuiuscumq; primis saltem lite-
ris erudito necessaria est. In causis uerò uel fre-
quentissimè uersari solet, in quibus actor, non
dico, si circa summas trepidat, sed si digitorum
solum incerto, aut indecoro gestu à computa-
tione dissentit, iudicatur indoctus.

Iuuenalis Satyrà 10.

Atque suos iam dextra computat annos.

Sed quid ego plura, in re non dubia: quasi
uerò (Lector optime) iam te ita digitis luden-
tem uidere mihi non uidear, ut risum moueas.

INCIPIIT PRÆFATIO.

BRIDESERTI RAMESIENSIS GLOSSÆ.

Præfatio. Id est præloquutio. Incipit. Com-
positum uerbum est ex integro & corrupto: ut In,
integra pars est, & Capio, corrupta. a enim mu-
tatur in i, & corripitur. Incipit autem est inchoat,
uel initium capit, uel exordium sumit. Quidam
autem dicunt, quod componitur ex In, præposi-
tione, & Cœpi, defectiuo uerbo, quod tantum
præteritum habet, & per se scribitur, & signifi-
cat coëptionem, uel inchoationem. unde & le-
gimus: Cœpit David arcem Sion.

DE natura rerum & ratione
temporū, duos quondam
stricto sermone Libellos
composui: nunc prolixius
de Temporū ratione (Do-
mino iuante) dicturi necessarium duxi-
mus, utilissimam primò, promptissimamq;
flexus digitorum, paucis præmonstrare
solertiam, ut quum maximam computa-
di facilitatem dederimus, tum paratio-
re legentium ingenio ad inuestigandam
dilucidandamq; computado seriem tem-
porum ueniamus. Neque enim contem-
nenda, parui ue pendenda est regula, cu-
ius omnes penè sacræ expositores Scri-
pturæ, non minus quam literarum figu-
ras monstrantur amplexi.

GLOSSA. ¶ De natura rerum. ¶ Non est
prætermittendū quum dixit De natura rerum, cur
non etiam de Natura temporū, uel de Ratione
rerum & ratione temporū dixit. Aliud est ergo
de natura rerum differere, aliud de ratione. Na-
tura rerum, est substantia ipsa spiritalis uel cor-
poralis creaturarū cum qualitibus proprijs.
sed prius quærēdum de natura temporum, ut
facilis ratio eorum appareat. non enim in hoc
loco ratio pro natura posita. Natura ergo tem-
porum est, mutabilium rerum motus: sed quo-
niam motus ipse ordinatus est, & naturales nu-
meros non excedit, à Deo creatus est, & creatu-

ra ordinata est, & potest propria substantia esse
& aliarum creaturarum qualitas, id est ordinata
mutabilitas. sed quia motus ipse, qui est tempo-
ris substantia, naturales articulos habet, & mo-
rarum certa & secreta spatia, quum de ipsis ar-
ticulis uel morulis aliquid differitur, ratio tem-
porum appellatur. Non ergo de motibus rerū,
aut or istius libri differuit, sed de articulis & cer-
tis spacijs temporalium motionum Libellum
composuit. Statu, cursu, & fine temporum, to-
tus istius libri textus perficitur. Prima enim
pars, id est à principio usq; ad Chronica, statu,
id est naturalem temporum cursum continet.
Media uerò, id est quæ in Chronicis continen-
tur, cursum temporum, id est quæ in eis facta
sunt, pronunciat. Ultima autem finem tempo-
rum, id est reliqua sextæ ætatis & diem iudicij
declarat. Nanq; quauis tempus semper uideat-
ur esse in motu, tamen ad statum redit, à quo
inchoat. Nunquā enim motus fieri potest, qui
non aliquando à statu inchoauerit. Labentibus
temporum curricula, finem quum uoluerit im-
ponet. Vbi notandum, quia si ipsa tempora fi-
nienda esse pronunciat, difficilis quæstio est.
Tempora enim creata & ordinata à Deo, sub-
stantia sunt. Quomodo ergo creata substantia
deficiat, nisi forte ipsa signa, cuius motibus effi-
ciuntur, tempora stabilia erunt, & currere cœ-
sabitur: Quod nondum credere possum. Nam
si semper cœlestia signa cucurrerint, necesse est
tempora finem non habere. Si autem labentes
temporū curricula dicunt ea, quæ in temporibus
aguntur, id est humana negocia, homines nasci,
crescere, decrescere, mori: similiter & cætera a-
nimalia, ligna, olera deficere, renouari, &c. facili-
lis quæstio est. Ista enim omnia inter curricula
finem habebunt, aut certe sic intelligendū est,
Omnia tēpora, & ea quæ in eis aguntur, finem
habebunt. sed ea quæ in temporibus aguntur,
ita finem habebunt, ut penitus non sint: ipsa
uerò tempora ita finiuntur, non ut eorum natu-
ralia cessent spatia, sed ut ipsa currere non sen-
tiantur. Quū enim summis hominibus ipsa æ-
ternitas apparuerit, ubi nihil præterit, nihil fu-
turū est, sed semper idem est, tūc quicquid tem-
porū præterlabitur, non sentitur: sicut nos quū
requiescimus in somnis, præteritū spacia nō
sentimus, unde Propheta dicit: Melior dies u-
na in atrijs meis super milia. Et alibi, Inebriabū-
tur ab ubertate domus tuæ. In nomine enim
ebrietatis, obliuio omnium rerum mutabilium in-
telligitur. Sed omnibus his Hebraicæ ueritatis
integram profero puritatem, quam præeminē-
tissimi doctorū Hieronymus in libris Hebrai-
carum quæstionum, Augustinus in libro de Ci-
uitate Dei, Eusebius ipse Chronographus in
tertio Historiæ ecclesiasticæ libro, &c. In libro
Hebraicarum quæstionum sic dicit beatus Hie-
ronymus: Sciendum quod usq; ad diluuiū, ubi
in nostris ducentorum, & quod excurrerit an-
norū, genuisse quis dicitur: in Hebræo habet
centum

centum annos, & reliquos qui sequuntur. Et
post pauca: Famosa quæstio, & disputatione ec-
clesiarum omnium uentilata, quod iuxta dili-
gentem supputationem, 14 annos post dilu-
uium Matusalam uixisse feratur. Et quomodo
uerum est, quod octo tantum animæ in arca
saluæ factæ sunt? Restat ergo, ut quomodo in-
plerisq; ita & in hoc sit error in numero. Item
unde supra in 15 libro de ciuitate dei, sic dicit
beatus Augustinus. Itaq; illa diuersitas nume-
rorum aliter se habentium in codicibus Græcis
& Latinis, aliter in Hebræis, ubi non est ista de
centum annis prius additis & postea detra-
ctis per tot generationes continuata paritas, nec
malitiæ ludæorum, nec diligentia uel pruden-
tia Septuaginta interpretum, sed scriptoris tri-
buatur errori, qui de bibliotheca Ptolemæi re-
gis codicem describendum primus accepit, ubi
potuit quidem accidere etiam scriptoris error.
Item in eodem libro sic dicit: Nam ex Adam
usq; ad diluuium computantur anni secundum
codices nostros, 2262, secundum Hebræos au-
tem 1656. Item in decimosexto libro, decimo
capite beatus Augustinus: Sunt itaq; anni à di-
luuiū usq; ad Abraham, 1072. secundum uul-
gatam editionem Septuaginta interpretum. In
Hebræis autem codicibus longè pauciores an-
nos perhibet inueniri, de quibus rationem aut
nullam aut difficillimam reddunt. Diuerso sty-
lo, etiam à pluribus scribi dixerant antea, id est
diuersa pronuntiatione, non diuersa fide, id est
non diuersa intelligentia. Hoc testimonio uti-
tur sanctus Augustinus contra eos qui sensum
uerborum eius intelligere non ualentes, dice-
bant Augustinum non bene scripsisse de his
quæstionibus, de quibus alij scriptores bene
scripserunt: id est, facilius ex uerbis aliorum scri-
ptorum, quam ex Augustini scriptis unus atq;
idem sensus intelligitur. Suadet ergo eis, ut re-
linquant sua scripta his qui possunt ea intelli-
gere, & recurrant ad eos à quibus facilius sen-
tiunt. Quoniam ideo necesse est plures libros
à pluribus autoribus confici, uerbis tantum-
modo discrepantibus, unum atq; eundem sensum
habentibus: ut quicquid in uno autore non in-
telligitur, in alio facilius intelligatur: uerbigræ-
tia, Hieronymus & Augustinus in una eadēq;
quæstione unum atque idem senserunt: sed ex
uerbis Augustini intelligo, quod Hieronymi
non intellexit: autem econtrario, Hieronymi
sentis, quod Augustini non sensisti.

ALIUD SCHOLIUM
IO. NOVIOMAGI

De temporum ratione, Domino iuante, dicturi necessa-
rium duximus, utilissimam primò, promptissimamq; flexus di-
gitorum, paucis præmonstrare solertiam. ¶ Indicat Beda
numerorum notationem, quæ fit uario digito-
rum gestu, necessariam esse computationibus
temporum: cum enim cycli solares lunaresq;
unde hæc temporum ratio pendet, magnis nu-
meris expediantur, quos scriptis numerorū no-

Beda Tom. 1.

tis signare molestum esset, completi tam lon-
gam seriem difficile, comodissimum est habere
re expeditam rationem unumquēlibet nume-
rum exprimere flexibus digitorum, quod pri-
mum homines natura admoniti ceu apto digi-
torum numero, fecisse uidentur. Cum enim sin-
gulæ manus quinos habeat digitos, unde con-
stat denarius, factus est hic numerus pro digi-
torum modo perfectus, solus & summus: nam
supra denarium continuo pergentes, minores
numeros omnis natio reflectit: quod non solum
fit uocali numeratione, ueluti decem ubi dixi-
mus, pergentes non simplici utimur dictione,
sed unum repetentes dicimus undecim, id est
decem & unum. Verum in notis idem fit: de-
cem, deinde repetit nota unitatis x & 1. quæ
sunt undecim: & Arithmetici digitum uocant,
numeros omnes infra denarium, ut 1. 2. 3. &
cætera. Horum enim quisq; digito aliquo ex-
primitur, ueluti 1 in leuæ manus pollice, 2 in
eiusdem indice. 6 in pollice dextro, & sic dein-
ceps usq; ad denariū. Articulos quoq; uocant
numeros, qui in decem æquales partes di-
uidi possunt, ut 10. 20. 30. 40. hi enim articulis
digitorum exprimentur, ueluti primus dena-
rius (quando naturali ordine numeratur) in su-
periore articulo pollicis statuitur, secundus in
inferiore. Sed hæc numerandi ratio, uulgatissi-
ma, & pueris nota, quam ob id posui, ut quæ ef-
set digitorum & articulorum origo apud arith-
meticos indicaretur pueris. Est alia numero-
rum notandorum ratio, per calculos in tabula
delineata ductibus parallelis positos, quæ &
ipsa uetus est, neq; ab usu recessit, nisi quod lo-
co calculorum numis nunc utantur: atq; huius
est & fuit usus in numerandi speciebus nego-
cialibus. Nam illa qua etiam nunc utuntur per
notas Arabicas, uidelicet 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 0.
quas ziphras uocant, recens esse uidentur, nec
ueteribus Romanis reliquis ue nationibus cog-
nita: nulla enim antiquitatis monumenta has
notulas habent insculptas. Sed ad Bedam re-
deo. Est postremò quidam doctus & ingenio-
sus aliter per digitos numerandi ritus, quem hic
Beda tradit, quo ueteres usos esse pluribus ar-
gumentis constat, sed incuria negligentiaq; ho-
minum ab usu recessit. Veterem autem appa-
ret ex Plinij libro 24. naturalis historiæ, cap. 7.
ubi ait, Ianum dicatum à Numa Pompilio ita
figuratis digitis expressum, ut 335 dierum no-
ta per significationē annui temporis & æui se-
Deum ostēderet: & M. Cicero Hortensij subil-
lem actionis in digitos distributionem aliquo-
ties eludit. Annotatū est quoq; in historia Ar-
taxerxis, Orontem generum regis, quum à so-
cero indignatione quadam in ordinem reda-
ctus esset, dixisse solitum, Principum animos
persimiles uideri Arithmeti corum digitis: nam
sicut computado nunc myriada digitorum ge-
stu conficiunt, nunc monada: sic quoq; qui à re-
gibus toti pendet, modò ualent plurimū, mo-

H pō

ad ab illo honoris gradu ad imum deuoluti, omnibus sunt derisui. Cælius in Antiquis lectionibus eodem putat referendum esse illud Fabij in Institutionibus oratorijs: Si actor (inquit) non dico, si circa summas trepidat, sed si digitorum solum imperito aut indecoro gestu a computatione dissentit, iudicatur indoctus. Sed hoc loco apparet, Quintilianum respicere illam uulgarem computationem, de qua supra diximus, quod etiam de Hortensio dici potest. Orator enim apud populum agit, qui has subtilitates sæpe non intelligeret: sed alibi inuenio eum manifestius de hac computatione locutum, ut lib. undecimo de oratore do gestu, ubi sic habet: Nam gestum poculum poscentis, aut uerbera minantis, aut numerum quingentorum flexo pollice, efficientis, quæ sunt a quibusdam scriptoribus reprehensa, ne in rusticis quidem uidi: ubi sine controuersia hunc computandi modum intelligit: exprimitur autem, ut & hic ex Beda dicitur quingenta, dextræ manus pollice flexo uersus palmam instar literæ r Græcæ, qui gestus in dicendo foret. Legunt alij quinquaginta, locum forte non intelligentes, illa enim exprimitur sinistra: sed illa manus sola non facit gestum. Est etiam apud Apuleium locus in secunda defensione Magiæ, qui sine hac parte numerandi intelligi nequit, Notum & illud est: Atque suos iam dextra computat annos: de Nestore, qui ad centum annos peruenit, Centum autem, ducenta & trecenta, sic computantur in dextra, sicut unum, duo, tria in sinistra. Facetè Nichardus in uetulam nimio plus uiuacem, quæ annis etiam ceruos superaret, sic ludit:

ἡ φάσις ἀδρόστα ἐλάφου πλείον ἢ χερσὶ λαεῖ, γήρας ἀειδιμείοντα δ' ἐν τέρου ἀφ' ἑαυτῶν.

Est igitur istius computationis cognitio ad pleraque ueterum intelligenda necessaria: quod propterea longius egi, ne friuolum mox iudicaretur, quod prima fronte non blanditur. Præ usquam hic Bedæ liber uulgatur, in cognita ista erant: & sola (ut opinor) hæc uetustas per eum seruata est: quare quicquid huius est, id Bedæ in uniuersum debes. Pueri habent quæque in hac re non iniucundam digitorum exercitationem: liberalis nanque digitorum extensio & flexus, etiam ad *χειρονομίαν* pertinet.

Tum paratiore legentium ingenio. Nam caput quinquagesimum quintum, quod est de recursu cyclorum solarium menstruorum, expeditur ea numeratione, quæ fit flexu digitorum.

Permulti siquidem alij alias, & ipse diuinæ interpretis historię Hieronymus, in Euangelicæ tractatu sententiæ huius adiumentum disciplinæ non dubitauit assumere: Centesimus (inquit) & sexagesimus, & tricesimus fructus, quanquam de

una terra, & de una semente nascitur, tamen multum differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias: nam & ipsa digitorum coniunctio, quasi molli osculo se complectens & foederās, maritum pingit & cõiugem. Sexaginta, ad uiduas: eo quod in angustia & tribulatione sint positæ: unde & in superiore digito deprimuntur: quantoq; maior est difficultas experte quondam uoluptatis illecebris abstinere, tantò maius & præmium.

BRIDFERTI RAMESIENSIS GLOSSA.

Permulti siquidem alij alias, & ipse diuinæ interpretis historia Hieronymus Euangelicæ tractatu sententiæ, huius adiumentum disciplinæ, non dubitauit assumere. In Euangelio Matthæi, capite decimotertio, ubi scriptum habetur: Qui uerò in terra bona seminatus est, hic est qui audit uerbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum. sic dicit sanctus Hieronymus capite trigesimo quinto in Matthæum. Primum ergo debemus audire, deinde intelligere, & post intelligentiam fructus reddere doctrinarum, & facere uel centesimum fructum, & sexagesimum atque tricesimum. De quibus plenius in libro contra Iouinianum diximus, & nunc breuiter perstringemus, centesimum fructum uirginibus, sexagesimum uiduis & continentibus, tricesimum sancto matrimonio deputantes.

Porrò centesimus numerus (quæso diligenter Lector attende) à sinistra transfertur ad dextram, & ipsidem quidem digitis, sed non eadem manu: quibus in læua manu, nuptæ significantur & uiduæ: circulum faciēs, exprimit uirginitatis coronam.

IOANNIS NOVIOMAGI SCHOLION.

Et ipse diuinæ interpretis historię Hieronymus. Apud Mattheum locus est capite decimotertio, de agricola, qui exiit ad seminandum: quo loco Seruator noster triplicem facit fructiferi soli differētiam: exprimo fructum uigecuplum, ex secundo sexagecuplum, tertio centuplum sustulit: in qua parabola diuus Hieronymus libro primo cõtra Iouinianum, maximum numerum refert ad uirgines, proximū ad uiduas, minimum ad matrimonium: sumpta confirmatione festiua, magis quàm necessaria, à digitorum gestu, quam eleganter hoc loco Beda explicuit. Eum autem locum Erasmus coniecturis exposuit, sic tamen ut à ueritate non aberraret: in Bedæ librum tum nondum inciderat. Postea tamen ubi fortè eum alicubi nactus esset, ex ipso authore rem egit,

Tres

Tres digiti in manu dicuntur auricularis, medius & impudicus: ceteri duo, index & pollex.

Primo fit indigitatio in læua manu, tali modo,

Quum ergo dicis Vnum, minimum in læua digitum inflectens, in medium palmæ artum infiges.

Quum dicis Duo, secundum à minimo flexum, ibidem impones.

Quum dicis Tria, tertium similiter afflectes.

Quum dicis Quatuor, itidem minimum leuabis.

Quum dicis Quinque, secundum à minimo similiter eriges.

Quum dicis Sex, tertium nihilominus eleuabis, medio duntaxat solo, qui Medicus appellatur, in medium palmæ fixo.

Quum dicis Septem, minimum solum, cæteris interim leuatis, super palmæ radicem pones. Iuxta quod

Quum dicis Octo, medicum.

Quum dicis Nouem, impudicum è regione compones.

Quum dicis Decem, unguem indicis in medio figes artu pollicis.

Quum dicis Viginti, summitatem pollicis inter medios indicis & impudici artus immittes.

Quum dicis Triginta, unguis indicis & pollicis blando coniunges amplexu.

Quum dicis Quadraginta, interiora pollicis lateri uel dorso indicis superduces, ambobus duntaxat erectis.

Quum dicis Quinquaginta, pollicem exteriori artu instar Græcæ literæ gamma Γ curuatum, ad palmam inclinabis.

Quum dicis Sexaginta, pollicem (ut supra) curuatum, indice circumflexo diligenter à fronte præcinges.

Quum dicis Septuaginta, indicem (ut supra) circumflexum pollice immisso superimplebis, ungue duntaxat illius erecta trans medium indicis artum.

Quum dicis Octoginta, indicem (ut supra) circumflexum, pollice in longum tenso implebis, ungue uidelicet illius in medium indicis artum infixa.

Quum dicis Nonaginta, indicis inflexi unguam radici pollicis infiges.

Hactenus in læua, aut sinistra manu.

Bedæ. tom. 1.

Secundo, fit indigitatio in dextera, sic.

Centum uerò in dextera, quemadmodum Decem in læua facies.

Ducenta, in dextera: quemadmodum Viginti in læua.

Trecenta, in dextera: quemadmodum Triginta in læua.

Quadringenta, in dextera: quemadmodum Quadraginta in læua.

Quingenta, in dextera: quemadmodum Quinquaginta in læua.

Sexcenta, in dextera: quemadmodum Sexaginta in læua.

Septingenta, in dextera: quemadmodum Septuaginta in læua.

Octingenta, in dextera: quemadmodum Octoginta in læua.

Noningenta, in dextera: quemadmodum Nonaginta in læua.

Item Mille, in dextera: quemadmodum Vnum in læua.

Duo millia, in dextera: quemadmodum Duo in læua.

Tria millia, in dextera: quemadmodum Tria in læua.

Quatuor millia, in dextera: quemadmodum Quatuor in læua.

Quinque millia, in dextera: quemadmodum Quinque in læua.

Sex millia, in dextera: quemadmodum Sex in læua.

Septem millia, in dextera: quemadmodum Septem in læua.

Octo millia, in dextera: quemadmodum Octo in læua.

Nouem millia, in dextera: quemadmodum Nouem in læua.

In reliqua parte corporis indigitatio, primo cum læui manu.

Porrò cum dicis Decem milia, læuam in medio pectori supinam appones, digitis tantum ad collum erectis.

Quum dicis Viginti millia, eandem pectori expansam latè superimpones.

Quum dicis Triginta millia, eadè pronas, sed erecta, pollicem cartilagini medij pectoris immittes.

Quum dicis Quadraginta millia, eandem in umbilico erectam supinabis.

H 2

Quum dicis Quinquaginta millia, eiusdem (scilicet laeva) pronae, sed erectae, pollicem umbilico impones.

Quum dicis Sexaginta millia, eadem prona femur laeuū desuper cōprehēdes.

Quum dicis Septuaginta millia, eandē supinam femori superimpones.

Quum dicis Octoginta millia, eādem pronam femori superpones.

Quum dicis Nonaginta millia, eadem lumbos apprehendes, pollice ad inguina uerso.

Hactenus in laeva: nunc ad dexteram.

At uerò quum Centum millia dicis, dexteram manum in medio pectoris supinam appones, digitis tamen ad collum erectis.

Quum dicis Ducenta millia, eandem pectori expansam latē superimpones.

Quum dicis Trecenta millia, eadem prona, sed erecta, pollicem cartilagini medi pectoris immittes.

Quum dicis Quadringēta millia, eandem in umbilico erectam supinabis.

Quum dicis Quingenta millia, facies cum ipsa dextera, quemadmodum Quinquaginta millia in laeva.

Quum dicis Sexcenta millia, facies cū dextera quemadmodū Sexaginta millia in laeva.

Quum dicis Septingenta millia, facies cum dextera, quemadmodū Septuaginta millia in laeva.

Quum dicis Octingenta millia, facies cum ipsa dextera, quemadmodū Octoginta millia in laeva.

Quum dicis Noningenta millia, facies cum dextera, quemadmodū Noningenta millia in laeva.

Quum dicis autē Centena millia (hoc est Centies centum, Millio Neoterici dicta) ambas sibi manus, insertis inuicem digitis implicabis.

BRIDFERTI GLOSSA.

Iam hic insunt sex illi Numerorum integri ordines, in ipsa uniuersa indigitationis ratione.

Primus uerò ordo, est Vnitatum.

Secundus autem, Decadum.

Tertius est, Centuriarum.

Quartus est, Millenariorum.

Quintus est, Decadum millenariorum.

Sextus & hic ultimus, est Centuriarum millenariorum ordo.

Isidorus, in libro Etymologiarum undecimo: Digni nuncupati, uel quia decem sunt, uel quia decē iuncti existāt. Nam habent in se numerum perfectū, & ordinem decentissimū.

Primus, pollex uocatur, eo quod inter ceteros polleat uirtute & potestate.

Secundus, in dex & salutaris seu demonstratorius: quia eo ferē salutamus, uel ostendimus.

Tertius, impudicus: quia cum ipso putredines uulnerum Medici tangere solent.

Quartus, anularis: eo quod in ipso anulus geritur. Idem & medicinalis, quod eo trita coluria à Medicis colliguntur.

Quintus, auricularis: quia ex ipso aurem scalpimus.

1	10	100	1000	10000	100000
2	20	200	2000	20000	200000
3	30	300	3000	30000	300000
4	40	400	4000	40000	400000
5	50	500	5000	50000	500000
6	60	600	6000	60000	600000
7	70	700	7000	70000	700000
8	80	800	8000	80000	800000
9	90	900	9000	90000	900000

Tres digiti in dextera manu, id est auricularis, medicus impudicus, usq; ad nouē millia continent numerū.

Duo digiti in dextera manu, id est index & pollex, usq; ad nongentos continent numerum.

Duo digiti in sinistra manu, id est index & pollex, usq; ad nouem continent numerum.

Tres digiti in sinistra manu, id est auricularis, medicus impudicus, usq; ad nouem continent numerum.

Sinistra manus semper usq; ad nongenta millia per artus digitorum continet numerum.

Dextera manus semper usque ad nongenta millia per iuncturas digitorum continet numerum.

Pollex, etiamsi ceteris breuior, tamen inter ceteros fortitudine pollet.

Index, quoq; saluatorius quondam, & demonstratorius dictus.

Pollex & index, in dextera, à centum usq; ad noningenta.

Nunc tres alij in eadem dextera manu, à mille usq; ad nouem millia.

Sinistra per artus dimensos, corporis continebit numeros: & dextera per iuncturas & dispositiones membrorum.

Sic habes Numerorum omnium per characteres demonstrationem, aut per digitorū inflexionem.

Brid-

BRIDFERTI RAMESIENSIS GLOSSA.

Quum ergo dicis Vnum, minimum in laeva digitum inflectes, in medium palmae artum infiges. In libro de ciuitate dei undecimo, sic dicit beatus Augustinus: Ratio numeri contemnenda non est, quae in multis sanctarum scripturarum locis, quam magna aestimanda sit, elucet, diligenter intuentibus. Nec frustra in laudibus Dei dictum est, Omnia in mensura & numero & pondere disposita. Et Eucherius uir sapientissimus ita commemorat: Hic numerus, qui est unus, ad unitatem Dei refertur: ut est in libro Exodi, Audi Israel, dominus Deus tuus unus est. Duo, duo testamenta: in Regum libris, Et fecit in Dabir duo Cherubin decem cubitorū magnitudine.

Tres, ad sanctam trinitatem: in epistola Iohannis, Tres sunt, qui testimonium dant, spiritus, aqua & sanguis. Quatuor, ad quatuor euangelia: in Ezechiele, Et ex medio eorum similiter quatuor animalium. & Ioannes in Apocalypsi sua, Quatuor animalia ante thronum Dei plena oculis ante & retro, item, Quaternarius enim numerus perfectus est, & in suis partibus diuisus perfectionem obtinet. Diuiditur enim in unum, duo, uel tria. Vnum nancq; ad Deum pertinet: quia unus Deus, una fides, unum baptismum, unus Deus & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Duo, ad geminam dilectionē, uel (ut supra dictum est) ad duo testamenta. Tres, ad sanctam indiuiduamq; trinitatem, patris scilicet & filij & spiritus sancti. Quatuor autem ad gratiam Noui testamenti, uel ad quatuor libros sancti Euangelij, quae maxime in his ascribitur, Quia enim quadratus lapis non fluctuat, sed in quamcūq; partem uersus fuerit, & qualiter iacet, recte quaternario numero constantia sanctorum designatur: quia non circumferuntur omni uento doctrinae, sed ut firmi lapides siue in prosperis siue aduersis, in bonis actibus & fide constantissime perseverant, considerantes illud quod ait, Qui perseverauerit usq; in finem, hic saluus erit.

Quinq; ad quinq; libros Mosi: Paulus, In Ecclesia uolo quinq; uerba sensu meo loqui.

Sex, ad diem sextū, quo Dominus hominem cum uniuersis animantibus fecit. In Genesi, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem. Et factū est uespere & mane, dies sextus. Itē beatus Gregorius in homilia 17. super Ezechielem ita dicit: Sape iam diximus, senario numero perfectionem boni operis designari, nō illud sequentes quod conati sunt huius seculi sapientes astruere, dicentes, idcirco senariū numerum esse perfectum, quia suo ordine numeratus perficitur: ut quum unus, duo uel tres dicitur, senarius numerus impleatur: uel quia in tres partes diuiditur, id est sexta, tertia & dimidia: uidelicet in uno, duobus & tribus. Sed idcirco senarium numerum dicimus esse perfectum, quia sexto die homo est conditus, eoq;

die Dominus perfecisse opera sua describitur, unde etiam pro perfectione poni senarius numerus solet. Septem, ad diem septimum, in quo perfectis omnibus Dominus requieuit. In Genesi, Et requieuit die septimo ab uniuerso opere quod patrarat. Itē beatus Gregorius: Certissime scimus, quod septenarium numerū scriptura sacra pro perfectione ponere consueuit. Vnde & septimo die Dominum requieuisse ab operibus asserit. Hinc est etiam, quod septimus dies in requiē hominibus, id est in fabato est datus. Hinc est quod iubilaeus annus, in quo plenaria requies exprimitur, septē hebdomedibus consummatur. Cui monade addito, nostrae adunationis summa impletur. Haec igitur uerba, scripta sunt in primo libro Moralium diui Gregorij. Augustinus in libro undecimo de ciuitate dei. Septenarius numerus pro cuiuscunq; rei diuersitate poni solet. Vnde dicitur, Septies cecidit iustus, & resurgit: id est de iniquitatibus, sed de tribulationibus ad humilitatem perducantibus intelligi uoluit. Et, Septies in die laudabo te, quod alibi alio modo dicitur est, Semper laus eius in ore meo. Propterea hoc eodem sapen numero spiritus sanctus significatur, de quo Dominus ait: Docebit uos omnem ueritatem. Octo, ad diem resurrectionis, id est octauū. In titulo Psalmi, In finem pro octaua. Nouem, ad sacramentum, quod hora nona Dominus spiritū emisit. In Euangelio, Et circa horam nonā clamauit Iesus uoce magna, & emisit spiritum. Decem, ad decalogū legis. In Psalmo: In psalterio deca chordo psallam tibi. Duodecim, ad apostolos: in Euangelio, Duodecim autem apostolorum nomina haec sunt. Quatuordecim, ad sacramentum Dominicae generationis. In Euangelio: Ab Abraham usq; ad Dauid, generationes quatuordecim. Quindecim, ad quindecim gradus templi. Sedecim, ad numerum prophetarū. Viginti duo, ad sacramentum diuinorum uoluminum, secundum literas Hebraeorum. Viginti quatuor, ad mysterium numeri seniorum. In Apocalypsi, Et super thronos uiginti quatuor seniores sedentes. Triginta, ad fructus fidelium coniugum. In Euangelio, Et dabunt fructus aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigessimū. Trigintatres, ad mysterium aetatis, qua Dominus in carne uersatus est. In Apostolo, sicut quibusdā ex hoc uidetur: Donec occurramus in unitatem fidei & agnitionis filij Dei in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Quadraginta, ad quadagesimae sacramentum. In Euangelio, Et agebatur spiritu in deserto quadraginta dieb.

Quadraginta duo, ad numerū in eremo mansionum, uel ad numerum generationum, quae ab Abraham sunt usq; ad Christum. Quinquaginta, ad Pentecosten. In Actibus apostolorum: Quum compleuerentur dies pentecostes,

Sexaginta, ad fructum uideus siue continen-
tibus debitum. In Euangelio: Et dabunt fru-
ctum, aliud sexagesimum. Septuaginta duo,
ad numerum presbyterorum uel discipuloru,
quos Dominus elegit. In Euangelio: Post hac
designauit Dominus & alios septuaginta duos
& misit binos ante faciem suam in omnem ci-
uitatem. Centum, ad martyrum fructum uel
uirginum. In Euangelio: Et dabunt fructum, a-
liud centesimum.

Est & alterius modi computus, articu-
latim decurrens: qui, quoniam speciali-
ter ad Paschæ rationem pertinet, quum
ad hanc ex ordine uentum fuerit, oportu-
tunius explicabitur.

Iste computus pertinet ad decemnoualem
cyclum, & ad solarem. Et in hoc quod dicit Ar-
ticulatim, comprehendit lunarem cyclum.

Potest autem & de ipso quem præno-
taui computo quedam manualis loque-
la, tam ingenij exercèdi, quam ludi agen-
di gratia figurari: qua literis quis singilla-
tim expressis uerba, quæ ipsè literis con-
tineantur, alteri qui hanc quoq; nouerit
industriam, tametsi procul posito, legen-
da atq; intelligenda contradat, uel neces-
saria quoq; per hæc occultius innuendo
significans, uel imperitos quosque quasi
diuinando deludens.

Cuius ordo ludi uel loquelæ
talis est:

Quum primam alphabeti literam inti-
mare cupis, unum manu teneto.

Idest, sicut ostendis unum in manu per mi-
nimum digitum, sic debes A intelligere in ipsa
inflexione digiti: & sic de reliquis.

Quum secundam, duo.

Quum tertiam, tria.

Et sic ex ordine cæteras.

Verbi gratia: Si amicum inter insidiato-
res positum, ut Cautè rem agat, admone-
re desideras: digitis ostende,

Tertiam, Primam, Vigesimalam, Decimam nonam, Quintam, Primam, Septimam, Quintam, Huius nanque ordinis literæ, Cautè age, significant. Potest & ita scribi, si causa se-
cretior exigat.

Est & alterius modi computus. Scilicet quàm
iste, per digitos & artus. Articulatim decurrens,
idest per articulos, scilicet digitos manus. Ipse
enim particulas exteriores decurrit. Vnum ma-
nu teneto. Idest unitatem signa in manu. Manu
scilicet sinistra teneto, idest sicut ostèdis unum
in manu per minimum digitum, sic debes lite-
ram a, intelligere in ipsa digitorum inflexione.
Quum secundam significas literam, duo scilicet
teneto. & sic de reliquis, id est sicut numerus
digitorum se ex ordine extendit, usque ad
uigintitres: plures enim non habemus literas.
Et quum uolueris demonstrare k, quæ est de-
cima apud nos litera, ostende eam per eundem
numerum, per quem ostendis decimam in ma-
nu tua. Item aliter, Quum l uolueris de-
monstrare, ostende eam per k & a, repetens à
capite: quia l, undecima est apud Latinos. Et si
uolueris x demonstrare, quæ est uicesima pri-
ma litera, nota eandem per u, quæ est uicesima
litera, & per a, quæ est prima. Et sic de alijs us-
que ad z ultimam literam.

Sed hæc Græcorum cõputo literisq;
facilius disci simul atque agi possunt, qui
non ut Latini, paucis ipsèdemq; geminatis
suos numeros solent exprimere literis, ue-
rùm toto alphabeti sui caractere in nu-
merorum figuras expenso, tres qui plus
sunt numeros uotis singulis depingunt,
eundè penè numeri figuradi, què scriben-
di alphabeti ordinè sequètes, hoc modo:

α	1	unum	ι	
β	2	duo	ιι	
γ	3	tria	ιιι	
δ	4	quatuor	ιιιι	
ε	5	quinque	ν	
ς	6	sex	νι	
ζ	7	septem	νιι	
η	8	octo	νιιι	
θ	9	nouem	ιξ	νιιιι
ι	10	decem	ξ	
κ	20	uiginti	xx	
λ	30	triginta	xxx	
μ	40	quadraginta	xl	xxxx
ν	50	quinquaginta	li	
ξ	60	sexaginta	lxi	
ο	70	septuaginta	lxx	
π	80	octoginta	lxxx	
ρ	90	nonaginta	xc	lxxxix
ς	100	centum	c	
ς	200	ducenta	cc	
κ	300	tercenta	ccc	
υ	400	quadringenta	cccc	
ϛ	500	quingenta	d	ccccd
χ	600	sexcenta	dc	
φ	700	septingenta	dcc	
θ	800	octingenta	dccc	
ϛ	900	noningenta	dcccd	ix'

Quem scribendi alphabeti ordinem sequentes hoc mo-
do. Si quemlibet nostri alphabeti literam uis
demonstrare, considera numerum, qui sibi in
alphabeti ordine naturaliter est attributus, &
tunc Græcam literam non eiusdem nominis,
sed eundem numerum significantis inscribe.
Verbi gratia, Si uis demonstrare g, quæ est se-
ptima litera in ordine nostri alphabeti, nõ ideo
debes ponere gamma, quod eandem uim reti-
net apud illos, quia tertia est in ordine alpha-
beti illorum: & nõ septima: sed potius zeta, quod
septenarium numerum apud illos retinet, sicut
& apud nos g. Illud autem animaduertèdum,
quia Græci per sua elementa numeros exprì-
mentes, à denario transibunt ad uicinarium, à
fota scilicet, quæ decem, ad cappa, quæ signifi-
cat uiginti: reliquos uerò numeros, qui inter
decem & uiginti computantur, non per singu-
los characteres, sed per binos sibi inuicem co-
pulos computatur: ueluti si undenarium nu-
merum ostendere uelint, scribunt alpha, quod
significat unũ, & iota, quod significat decem:
sic & de reliquis, quod etiam in tali loquutio-
ne obseruandum est.

γ	c	3
κ	u	20
ιβ	m	12
ιγ	n	13
κ	u	20
ιβ	m	12
ε	e	5
ιζ	r	17
θ	i	9
ιη	s	18
α	a	1
ιθ	p	15
θ	i	9
γ	c	3
ε	e	5
ιη	s	18
ιθ	p	15
ιζ	r	17
ιθ	o	14
ιγ	n	13
ιθ	o	14
ιη	s	18
ιθ	t	19
ιζ	r	17
θ	i	9
ιη	s	18
θ	i	9
ιγ	n	13
ιη	s	18
ε	e	5
ιζ	r	17
ε	e	5
ζ	g	7
ιζ	r	17
α	a	1
θ	i	9
ιθ	o	14
ιη	s	18

Quarundam
literarum La-
tinarũ nume-
rus Græcus, iux-
ta seriem lite-
rarum Latina-
rum in suo al-
phabeto.

Literarũ qua-
rũdam nume-
rus ziphralis,
secundum or-
dinem litera-
rum alphabe-
ti Latini.

Hic autem habes certum exemplum, quo te
in alijs exercere posses: ut in hoc carmine,
Cum numeris apices, pro nostris insere Graios
Interim scies, literam x, à Græcis sumptam,
quum habeat figuram literæ, quæ apud illos
uocatur Chi, tamen apud illos nomen accepit
per anastrophem uel conuersionem huius Græ-
cæ literæ quæ dicitur xi, inde apud Latinos ix.
Quòd autem nos per c, siue per k, siue per qu
scribimus, Græci per solum cappa k scribunt.
V etiam, quod non habent Græci, quoties for-
num ipsius u exprimere uolunt, per o micron
& ypsilon simul copulatos significant. Sed
hæc loquela & scriptio numeralis ad literas La-
tinas inuenièdum, literisq; scilicet Græcorum,
facilius disci simul atque agi possunt. Facilius
enim cognoscunt Græci numerum ex suis lite-
ris, quàm nos ex nostris, quia unusquisque nu-
merus habet suam propriam literam, per quam
intelligatur. Latini autem non intelligunt nu-
meros, nisi paucis literis, ipsèdemq; etiam gemi-
natis. Qui scilicet Græci, non ut Latini, paucis
utuntur, sed omnibus literis. Paucis uerò, ut
his septè tantum, I V X L C D M.

Quatuor ex his duplicantur, triplicantur &
quadruplicantur, iuxta numeri exigentiam: ut
sunt hæc, ΙΙΙΙ XXXX CCCC MMMM.
Græci enim omnibus suis literis exprimunt nu-
meros: uerùm toto alphabeti sui caractere, in
numerorum figuras extenso, tres qui plus sunt
numeros, notis proprijs, quæ ex alphabeto nõ
sunt, depingunt. Prima est s, quæ dicitur epi-
sima, nota numeri 6. Secunda est ϛ,
quæ uocatur hexastachia, nota numeri 90.
Tertia est ϛ, quæ dicitur triastachia, nota
500. quia ennea Græcè, nouem
neconda, nonaginta: ennea cofia, nonaginta
dicitur. Hi tres characteres numerorum licet
interponantur literis Græcorum, non tamen
sunt literæ, sed cuiusdam numeri notæ. Episi-
mon ideo sexto loco ponitur, quia formam se-
mis habet, quod significat sex uncias, uel quia
iuxta epylon stat, significans quinque. Cophe
quoq; idcirco ponitur iuxta literam pi, quæ ua-
let 90. Enneacosis in fine ponitur, propter ul-
timum numerum, qui est 900. tres nouenarias
figurarum numeraliũ claudens: quia apud La-
tinos, ultra mille nullus est numerus. Græci ue-
rò quum mille 1000 notant, per uirgulã supra-
signatam supra quamlibet numerorum notam
distinçtè indicant, ut A, & cætera.

Et quia in cæteris linguis hæc fieri possunt,
nihilominus tres sunt principales linguæ:
Hebræa primò, secundò Græca, Latina tertio.

Hebræa autem, duas & uiginti literas habet
in alphabeto: & quinque, finales dicitur, ut,

ט ו ז ה ז א ב ג
כ ל מ נ ס ע פ צ
ק ר ש ת ח ט ז

Sunt igitur per omnia Hebraeis uigintiseptem litera, quae in tres partes (ut hic apparet) secatur, & qualibet pars habet nouem literas: in prima uero nouenaria, sunt tantum unitates: in altera autem, sunt decades, siue denariae: & in ultima, habentur centuriae, siue chiliades. Sic etiam Graecis est, qui (ut supra ostensum est) totidem habent, nempe septem & uiginti.

Postea sequuntur Latinae litera, quae sunt tres & uiginti: scilicet,

- 1 a prima
- 2 b secunda
- 3 c tertia
- 4 d quarta
- 5 e quinta
- 6 f sexta
- 7 g septima
- 8 h octaua
- 9 i nona

10 k decima
11 l undecima

- Media alphabeti litera
- 12 m duodecima
 - 13 n decimatertia
 - 14 o decimaquarta
 - 15 p decimaquinta
 - 16 q decimasexta
 - 17 r decimasextima
 - 18 s decima octaua
 - 19 t decimanona
 - 20 u uigesima

Etiam Graecae litera

- 21 x uigesimaprima
- 22 y uigesimasecunda
- 23 z uigesimatertia

Non est necesse de Graecorum numero hic amplius tradere, quia iam superius est scriptum, eundem penes numeri figurandi, quam scribendi, alphabeti ordinem sequentes.

Monet autem Beda, hoc esse facilius apud Graecos, qui ad significationem numerorum omnibus alphabeti literis & notis ex ordine utuntur.

Qui & ideo mox ut numeros digitis significare didicerint, nulla interstite mora, literis quoque pariter isdem praefigere sciunt. Verum haec haecenus.

Nunc ad tempora, quantum ipse temporum conditor ordinatorque Dominus adiuuare dignabitur, exponenda ueniamus.

[Numeros digitis significare.] Quali dixisset, sicut sciunt numerare & legere per easdem literas, sic per eosdem digitos sciunt numerare, & literas ostendere atque praefigurare. Nulla interstite mora, id est tarditate. Isdem, scilicet numeris, uel signis. Praefigere, uel perficere. Sciunt, scilicet illi Graeci: id est secundum significationem numerorum. Verum haec haecenus, scilicet dicta sufficiant.

De indigitatione, iam satis.

BEDA PRESBYTERI LIBELLVS DE RATIONE VNCIARVM.



Nciarum quoque diuisionem nosse, quae non minus temporibus rebus, uel alijs quam numeris est apta, computandis, non ignobilis inuentio est. Quibus quia & dispersae passim historiae, & ipsa sacra scriptura utitur, nomina pariter & figuras eorum, paucis affigere curauimus: a libra incipiens, quae dicta est quasi libra, quod liberaliter pondera adaequat: nam neque amicum, neque inimicum, nemini fauet, nisi iustitia.

Diuisio per uncias.

10 Libra, As, siue Assis, est unciarum duodecim, & signatur ita X uel lb. Deunx, siue Labus, unciarum est undecim, & signatur ita IIII uel IIII. Decunx, uel Dextans, est unciarum decem, & notatur sic, IIII uel IIII. Dodrans, siue Doras, est unciarum nouem, & signatur ita, IIII uel IIII.

Bes, siue Bisse, aut Besse, est unciarum octo, & notatur ita, IIII uel IIII. Septunx, siue Septuns, est unciarum septem, & figuratur ita, IIII uel IIII. Semis, siue Semissis, aut Sextus, unciarum sex, & notatur sic, IIII uel IIII.

30 Quinquunx, siue Quincuns, unciarum quinq. & sic denotatur, IIII. Triens, siue Treas, est unciarum quatuor, & sic pingitur, IIII. Quadrans, siue Quadras, est unciarum tres, & delineatur sic, IIII.

40 Sextans, siue Sextas, sunt unciae duae, & notatur ita, IIII. Sexcunx, siue Secuncia, est uncia una & semis, dicitur etiam Sesquiuncia: sic notatur, IIII.

Diuisio per Scrupulos.

Vncia, est uigintiquatuor scrupulorum, & notatur sic, IIII uel IIII. Semuncia, est duodecim scrupulorum, tertia pars unciae: & sic denotatur, IIII.

50 Sextulae duae, est octo scrupulorum, & formatur ita, IIII. Sicilicus, est sex scrupulorum, & sic notatur, IIII.

Sextula, siue Sescia, est quatuor scrupulorum, & sic formatur, IIII aut IIII uel IIII. Dimidium sextulae, est duorum scrupulorum, & sic depingitur, IIII.


60 Scrupulus, siue Scripulus, habet sex siliquas, & ita notatur, IIII uel IIII. Sicilicus, in Sicilia primo inuentus. Siliqua, genus est farris.

Hac


IN BEDAE LIBELLVM DE UNCIJS, BRIDFERTI GLOSSA.

Haec (inquam) ponderum uocabula, uel characteres, non modo ad pecuniam mensurandam, uerum ad quauis corpora, siue tempora dimetienda conueniunt. Vnde & ratio uel mos obtinuit, ut in cantione computorum, pueri unum & duo, sapius asse & dipondio mutentur: item tressis, quartusis, quintusis, sextusis, septusis, & caetera huiusmodi, quasi tres asses, quatuor asses profertur: & in eundem modum sequentia numerorum quam plurima. Siue igitur horam unam, siue diem integrum, siue mensis, siue annum, seu certe aliud aliquod maius minus uel temporis spatium in duodecim partiri uis, ipsa duodecima pars uncia est: reliquas undecim, deuncem appellant. Si in sex partiri uis, sexta pars sextans: quinque reliquae, dextans, uel (ut alij) distas uocantur. Si in quatuor, quarta pars, quadrans nomen obtinet: residuas tres, dodrans nomen accipiunt. Et huius disciplinae regula soluitur, quod plerisque turbat imperitos: quia Philippus in expositione beati Iob aetum maris Oceani quotidie bis uenire describens, adiunxit hunc aequinoctialis horae dodrante transmissio, tardius sine intermissione, siue die uenire, siue nocte. Porro si per uia quid diuidere cupis, tertiam partem trientem, duas residuas bissem nuncupabis. Si per duo, dimidium semis appellatur. (Duodecima autem pars assis, siue librae, est uncia: quae habet scrupulos uigintiquatuor, & sextulas sex, ac siliquas centum & quadraginta quatuor. Scripulus, est breuis lapillus.) Sic & caetera, quae uerbo melius colloquentis, quam scribentis stilo disci pariter & doceri queunt. Item de corporibus, siue miliarium, siue stadium, siue iugerum, siue perticam, siue etiam cubitum, pedem uel aut palmum partiri opus habes, praefata ratione facies. Denique & in Exodo, dimidium cubiti semis appellatur, narrante Mose, quod habuerit arca testamenti duos semis cubitos longitudinis, & cubitum ac semissem altitudinis. Et in Euangelio, quarta pars totius mundani corporis: id est terra, mystice quadrantis nomine censetur: quum mittendo in poenam peccatori dicitur, Non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem: id est donec luas terrena peccata, ut beatus Augustinus exponit: Hoc enim (inquit) peccator audiuit, Terras, & in terram ibis. Quarta siquidem pars distinctorum membrorum huius mundi, & nouissima terra inuenitur, ut incipias a caelo, secundum aeternum numerum, a quam tertiam, quartam terram. Qui etiam in expositione ubi scriptum est, Erat autem parasceue paschae, hora quasi sexta. huiusce disciplinae meminit, dicens, Non iam plena erat sexta, sed quasi sexta, id est peracta quinta, & aliquid de sexta esse coepit: nunquam autem isti dicerent, Quinta & quadrans, aut quinta & triens, aut quinta & semis, aut aliquid huiusmodi: si non haec partes, apud diuinos autores uulgatae inuenirentur.

Hac inquam, scilicet, ut dixi coepit. Ponderum. Pondus, a pendendo dicitur, eo quod in statera librata pendeat. Characteres, id est figurae. Non modo, id est tantummodo ad pecunias, aurum scilicet uel argentum, aut quodlibet metallum. Antiquorum substantia fere omnis constabat in pecoribus: etsi nunc in illis & caeteris constat, tamen nomen istud non seruatur. Vnde & ratio uel mos, quia non solum haec uocabula ponderum conueniunt ad pecuniam mensurandam, sed etiam ad alias res, obtinuit mos, ut ponantur etiam pro nominibus numerorum, in cantione computorum, id est quando aleam librant, quod est genus ludi. Cantio computorum est, quum dicimus unum, duo, &c. Proprie tamen assis, unam libram: dipondius, duas: tressis, tres: quartis, quatuor significant. Sesterius olim dipondius uel dupondius: & semis, quasi semis tertius: tressis, quasi tres asses, &c. Sequentia scilicet nomina quam plurima proferuntur usque centusis, id est centum asses. Philippus. Ille fuit diui Hieronymi discipulus. Siue igitur horam. Maius temporis spatium, si in duodecim partiri uis, ipsa duodecima pars erit uncia: maius est ut cyclus decennoualis. Minus temporis spatium est, ut momentum, &c. ipsa duodecima pars etiam est uncia. Quicquid in 24 partiri uis,



Si uis partiri horam in 40. uel diem, uel aliquid huiusmodi, ipsa uero 40 pars, momenti nomen habet.



Similiter quicquid in nouem partiri uis, omnes partes simul nomen dodrantis tenent. Ablata nona parte, octo remanentes, besse uocantur. Quicquid in octo partiri uis, omnes simul besse uocantur. Tolle unum, septem remanentia septunx appellantur. Itaque ex consuetudine uenit, ut octo horae, uel octo dies, uel octo puncti, uel octo momenta, & quicquid octies ducatur, bessem appelleretur: ita nouem semper dodrans appellantur, decem decunx, undecim deunx, sepre septunx, sex sextans uel semis, quinq. quincunx, quatuor triens: & sic de caeteris, ut in textu.

Beda

BEDÆ PRESBYTERI LIBELLVS DE ARGVMENTIS LVNÆ.



Argumentum, est uelox approbatio rerum uniuersarū, quæ fidem facit rei dubiæ: & est argumentum dictum, quasi argutè mentis indicium, uel quasi argutè inuentum. Argumentum & argumentatio hoc inter se differt. Argumentum enim, est quod in principio libri breuiter causam pandit, Argumentatio enim, quæ in disputatione fidem assertionibus facit: uel argumentum dictū, quod arguit mentem. Argumenta, astutiæ ingenia, quæ rei dubiæ dant fidem. Argumentum est, quando aliqua ex his quæ prius dicta sunt comprobantur.

Ad feriam in calendis mensium inueniendam. Si uis nosse feriam, hoc est, diem septimane in calendis mensium, scito quot regulares habet unusquisque mensis à Martio incipientis: quia in illo mense factus est mundus, & ille mensis fuit principium anni apud antiquos Romanos in tempore Romuli: & in illo mense discurrunt epactæ solis, id est concurrentes septimane, dies in 8. calend. Aprilis, in cyclo 28. annorum. Martius ergo habet regulares 5. Aprilis 1. & reliqua usque. Februarius 6. His ergo regularibus additis concurrentibus præsentis cuiuslibet anni per 28. annos, tunc enim cycclus solis in se reuertitur, tota que summa in 8. diuisa, quotus numerus remanserit, tota erit feria in calendis 12. mensium. Si autem totum numerum per 7. diuiseris, sabbato erunt calendæ ipsius mensis, de cuius feria quæritur. Si uero ille numerus regularium & concurrentium simul ad 7. non peruenerit, quotus numerus fuerit, tota erit feria præsens in calendis uniuscuiusque mensis per totum annum.

Ad feriam per dies mensis inueniendam. Si uis scire quotidie quota feria sit, computa dies à principio mensis cuiuscunque uolueris, & unum semper subtrahat, id est primum diem mensis, quia eum dicis, adde feriam, quæ fuit in capite istius mensis, tunc primum diem ipsius comprehendis, quem minime duplicare debes. Similiter tibi de luna intelligendum est, ubi dicitur: adde ætatem lunæ, quæ fuit in calendis huius anni & mensis. Adde etiam numerum, quota feria fuerit in calendis ipsius mensis. Verbi gratia: Si prima feria calendæ ipsius mensis fuerunt, adde diebus præteritis unum. Si secunda feria fuerint, adde duos: si tertia, tres: & ita usque septem, & ubicunque opus fuerit partire per septimam partem, id est in quantiscunque uicibus septem tollere potueris, quicquid remanserit super septem, in qua hora & in quo puncto remanserit, feria est.

Ad feriam per dies anni inueniendam. Si uis scire quora sit feria, quocunque die per annum, computa dies à calend. Ianuar. usque in diem, de quo inquiris: & cum scieris, adde feriam, quæ fuerit die cal. Ian. & si bissextilis annus est, etiam bissexti diem postquam transierit, argumentare memento. & partire omnia per 7. quot remanserint, talis erit feria. Si nihil remanserit, septima erit.

Ad feriam in cal. Ian. per annos Domini inueniendam. Si nosse desideras, quora sit feria in cal. Ian. sume annos ab incarnatione Domini quot quot fuerint, his quartam partem adijce, & ex his subtrahere unum: si bissextus fuerit, duos reliquos diuide per 7. Quot remanserint, talis erit feria in calend. Ianuarij.

Ad lunam in calendis mensium inueniendam. Si subito inuenire uolueris quora luna semper in calendis mensis eueniat, tene regulares mensis præsentis, adde epactas ipsius anni de quo inquiris, comprehendere in unum. Si usque 30. peruenerint, 30. erit luna in calendis. Si autem minus à 30. ita & luna. Quod si super 30. fuerint, recide 30. quod remanet, ipsa est luna in cal. mensium. Hoc autem caue, ut si 30. lunatio est, 30. recidas. Si uero 29, 39 recidas, quia ab initio anni usque ad finem, una lunatio est 30. alia 29. Quando autem bissextus est, uadit dies cum luna. Verbi gratia: Si hodie computatur luna 6. & in crastinum similiter computari debet.

Ad lunam per dies mensis inueniendam. Si uis scire, quora sit luna die quocunque uolueris, scito quora in cal. ipsius mensis per epactas & regulares inuenta fuerit, tene per dictum numerum, adde etiam dies mensis præteritos, sicut superius ad feriam diximus, & unum semper recide, comprehendere in unum. Si 30. peruenerit, 30. luna est: si autem minus à 30. ita est & luna. Si super 30. fuerit, recide 30. & quod remanserit, talis est luna.

Ad lunam per dies anni inueniendam. Si uis scire omnibus diebus quora sit luna, computa dies à cal. Ian. usque in diem, de quo computare uolueris: & cum scieris, adde ætatem lunæ, quæ fuerit in cal. Ian. Partire omnia per 59 & 30. Et si amplius quam 30. remanserint, tolle 30 & 29. & quot superfuerint, talis erit luna.

Ad lunam in calendis Ian. inueniendam. Si autem scire desideras, quanta sit luna in cal. Ian. sume cyclum lunarem anni præsentis cuiuscunque uolueris, & multiplica illum undecies, adde regularem unum, & partire omnia per 30. quot uero remanserint, talis erit ætas lunæ in cal. Ian. Tantum memor esto, ut post 16. cyclum, uidelicet 17. 18. 19. non unum, sed duos adijcias regulares.

In qua hora & puncto luna accendatur à sole. Si scire cupis, in qua hora & in quo puncto luna quotidie accenditur & mutatur, sume cyclum

lum lunarem præsentem cuiuslibet anni, & multiplica illum quinquies, adde & numerum à cal. Ian. usque in præsentem diem. Illos ergo dies anni, & ipsam multiplicationem cycli lunaris præsentis additos simul, partire per 60. Quot autem superfuerint, ipsi sunt puncti eiusdem diei: fac ex eis horas. quinq; puncti faciunt unam horam. Verbi gratia: Si remanserint 5, in nouissimo puncto primæ horæ terminatur luna, & incipit esse alia.

Ad ætatem lunæ inueniendam. Si autem sequentem ætatem lunæ per eundem cyclum scire cupis, duc eum sexies, & adde supradictum numerum, qui fuerit de diebus anni, & de multiplicatione ipsius cycli per quinquies: & adde tot regulares, quot sexagesimi fuerint primitus in ea multiplicatione, partire omnia per 30. quot remanserint, talis erit ætas lunæ: si nihil remanserit, 30. erit.

Ad inueniendam lunam in transacto, uel in sequenti anno in unoquoque datarum. Si uis scire qualis luna fuerit in transacto anno, in uno quoque datarum, sume lunam de præsentis anno in qualiscunque datarum, quam probare uis in transacto anno: & tolle 11. quot remanserint, scito quia talis fuit luna in transacto anno in illud datarum. Et si minor est ætas lunæ quam 11, scito quia ubi nunc est prima, illic fuit 20. & ubi nunc est secunda, ibi fuit 21. Et sic computa, quousque uenias ad 12. lunam, & tunc tolle 11. Quot remanserint, talis fuit luna in transacto anno in illud datarum, ubi nunc est 12. Si autem de sequenti anno similiter approbare uis, ad præsentem ætatem lunæ adde 11, & quot fuerint, scito quia talis erit luna in sequenti anno in præsentis datarum. Si autem intra 30. numerus excreuerit, tolle 30. & quot remanserint, talis erit ætas ipsius.

Ad lunam in centesimo anno inueniendam. Si uis scire quora sit luna in centesimo anno hinc à præsentis quolibet die, multiplica 11. annuas centies, fiunt 1100. Adde epactam illis diei præsentis, à quo incipias numerare. Adde regulares 5, hoc est 5 saltus, qui ideo regulares dicuntur: mitte simul, & quotquot fuerint, partire omnia per 30. quot remanserint, ita erit ætas lunæ in centesimo anno.

Quot punctis luna luceat. Si uis scire quot punctis uel horis luceat luna, primum considera, utrum in augmento sit, an in detrimento. Et si quidem in augmento est, multiplica ætatem eius per 4. Verbi gratia: Si decima est, multiplica per 4. fiunt 40. Tot punctis luceat luna 10, id est 8. horas. Item, si uis scire quot non luceat, uide quot sunt à 10. usque ad 15. sine dubio quinq;: multiplica quater quinq; fiunt 20. puncti, qui faciunt horas quatuor. tot horis enim luceat luna decima. Item, si uis scire post plenilunium quot horis luceat luna uigesima, uide quot sunt à 20. usque 30. sine dubio 10: multiplica quater, fiunt 40. puncti,

qui faciunt octo horas. Deinde, si uis scire quot non luceat, uide quot sunt à 15. usque 20. sine dubio 5. multiplica quater, fiunt 20. puncti, qui faciunt horas quatuor: tot horis non luceat luna 20. sic deinceps usque ad finem. Tricesima autem luna nihil luceat, quia in coitu est opposita Soli: & illud tempus interlunium dicitur.

In quo signo uel parte signi, sol uel luna uersentur. Si uis nosse in quo signo, uel in qua parte signi sol & luna uersentur, hoc argumentum assume in primis perquire, ubi sit accensio lunæ. Lunæ accensio sic erit: in illo mense ubi 30. erit, ipsa erit accensio eiusdem mensis, & qui uigesimo octauam lunationem habet, similiter erit eiusdem mensis accensio, & in ipsa die erit simul sol & luna: deinde computa ætatem lunæ, qualis fuerit, & multiplica 12. quia quoti die duodecim partes elongatur à sole: ipsum autem numerum partire per triginta, & memento quot uicibus triginta habueris, tot signa plena habebis: quia unum quodque signum triginta partes habet. Hoc tamen scire debes, ut primum signum, in quo luna accensa fuerit, restaurari facias de ipso numero, quem in multiplicatione habueris.

Quot partibus distet luna à sole. Si nosse desideras quot partibus distat luna à sole, multiplica ætatem eius, quocunque fuerit, quater: & numerum qui exinde fuerit, iterum multiplica ter: & quot inuenieris, tot partibus distat luna à sole. Verbi gratia: Si decimam requiris, sic facies. quater deni, 40. ter quadragenari, 120. tot partibus luna decima distat à sole, id est in tali parte cæli moratur luna, ad quam uenturus est sol post dies 120. Partes enim signorum nihil aliud dicimus, nisi quantum sol singulis diebus ex uno quoque peragrat. Rursum si per idem argumentum inuenire cupis in quo sit signo, primo considera, in quo sit sol, & in quora parte eius: id est quot dies ibidem exactor habeat, & quot remanent usque 30. tot enim diebus sol in unoquoque moratur signo, quot ergo de triginta remanserint, tot de supradicto numero sumes, da huic signo ad perficiendum. De cæteris uero, qui ex eodem numero remanserint, singulis sequentibus signis 30. dato, usque quo 30. non habeas in quo signo 30. defuerint, ibi lunam inesse noueris. Et ut manifestius hoc quod dicimus possit intelligi, exempli causa unum diem ponamus. Præsentis anno in cal. Augusti, luna est 15. multiplica quater, fiunt centum: hos multiplica ter, fiunt trecenti. tot partibus hoc anno cal. Aug. luna distat à sole. Sol autem in leone est in decima quinta parte eius, quia 15. calen. introiuit: adhuc restant dies 15. hos 15. sume ex illis trecentis, & da leoni ad perficiendum signum, & remanent ducenti octoginta quinque: ex his iterum da sequenti signo, id est uirgini, 30. & libra, & scorpioni, & sagittario, & capricorni, &

no, & aquario, & piscibus, & arieti, & tauro, singulis 30. qui simul collecti, fiunt 270. remanent 15. In 15. parte geminorum moratur eo die luna. Luna zodiacum tredecies in 12. suis conficit mensibus. Hoc autem argumentum cum glossis inuenies cap. 17. luna quotidie quatuor punctis siue crescens, à sole longius abit. Quod si es signorum nescius, hæc autem tria argumenta lege, & differentias illarum diligenter inquire.

Quæ sint epactæ uel regulares solis & lunæ.

Dum audis epactas lunæ, ætatem lunæ per singulos annos intellige in duodecimo calêd. Aprilium die. Dum audis epactas solis, hoc est concurrentes septimanæ dies, intellige quota feria per singulos annos nonus calend. April. dies perueniet. Dū audis regulares secundum lunam, intellige ætates lunares singulorū mensium, in eo duntaxat anno, quo trigesima luna in 11. cal. April. die inuenitur: ipse est etenim primus decennouenalis circuli annus. Dum audis regulares secundum solem, intellige singulorum mensium calendæ quota feria perueniant, eo scilicet anno, quo concurrentes sunt septem, idest quo nonus cal. April. dies est fabbarum. Dies quoq; cal. datæ uocantur calêdæ, quomodo in eis antiquitus dabantur, idest prouidebatur quot dies superessent ad nonas. Hinc usq; hodie in usu retentum, quot datarum dies, idest, quot dies à calendis de mense trāsierit, uel quot dies usq; ad cal. futuri mēsis super sunt. Lege in lib. 2. de temporib. cap. 13. ibiq; de calendis & nonis ac idibus plura inuenies.

De epactis in calendis mensium.

Si uis scire epactas in calêd. duodecim mensium, scias quot regulares habet unusquisque mensis, incipiens à Septembri: quia ille est principium anni, & principium mensium apud Ægyptios, & in principio Septembris mutât Ægyptij epactas, & illas epactas primas quas Ægyptij habent in principio cycli, in calen. duodecim mensium nos regulares habemus. Verbi gratia: September 5. October 5. & reliqua usque, Augustus 14. His ergo regularibus additis epactis, quæcūq; fuerint in 11. cal. Apr. quo libet anno, inuenies epactas in cal. 12 mensium.

Argumentum regularium ad feriam in calend. mensium inueniendam cum epactis solis, idest concurrentibus secundum Romanos.

2 5 5 1 3 50
Ianuarius, Februarius, Marti⁹, Aprilis, Maius,
6 1 4 7 2
Iunius, Iulius, Augustus, Septēber, October,
5 7
November, December.
Secundum Ægyptios.
9 1 3 6 1 4
Martius, Aprilis, Maius, Iunius, Iulius, Augustus,
7 2 5 7
September, October, Nouēber, Decem- 60
ber, Ianuarius, Februarius.

Epactæ solis, idest concurrentes.

B 1 2 3 4 B 6 7 1 2 B 4 5 6 7
B 2 3 4 5 B 7 1 2 3 B 5 6 7 1
B 3 4 5 6.

Qui uidelicet regulares iuxta utrosq; idest secundum Romanos & secundum Ægyptios, hoc specialiter indicat, quota sit feria in calendis, eo anno quo 7 concurrentes ascripti sunt dies. Cæteris uerò annis addes concurrentes quotquot in præsentī fuerint annotati, ad regulares mensium singulorum, & ita diem calendarum sine errore reperies.

Ad lunam in calendis mensium inueniendam, cum epactis lunæ secundum Romanos & Ægyptios.

9 10 9 10 11
Ianuarius, Februarius, Marti⁹, Aprilis, Maius,
12 13 14 15 16
Iunius, Iulius, Augustus, Septēber, October,
17 18
November, December.

Ad inueniendam lunam, secundum nostrum numerum.

5 5 7 7
September, October, November, December,
9 10 9 10 11
Ianuarius, Februarius, Marti⁹, Aprilis, Maius,
12 13 14
Iunius, Iulius, Augustus.

Epactæ.

Nullæ, 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20
1 12 23 4 15 26 7 18.

Primò, decennouenalis circuli anno, in quo nullæ sunt epactæ, sic inuenies lunam per calendæ quasq; cæteris uerò annis adde epactas, & sic quota sit luna per calendæ quasq; reperies. Cur autem octauo, & undecimo, & decimo octauo anno cycli decennouenalis hoc argumentum stabilitatem sui tenoris in quibusdam calendis non seruet, in libro De temporibus 2. cap. 20. pleniter inueniri potest.

Vnde procedant regulares ad feriam inueniendam.

Si uis scire, unde procedunt regulares, qui secundum solem numerantur, idest Martij 5. quot menses sunt in anno, unde regulares requiris, tot numerum in calculo numerabis: idest 365. hos partire per 12, 30 duodecies, fiunt 360, remanent 5, hoc est Mart. 5. Martius habet dies 31. adde suos regulares 5, quos inuenisti, fiunt 36. hos partire per 7. quinquies 7. 35, & remanet 1 April. 1. Aprilis habet dies 30. adde regularem unum, quem inuenisti, fiunt 31. partire per septem, quater 7, 28. remanent 3. Maius 3. Sic fac de cæteris usque in finem, attende diligenter & tibi non fallit.

Vnde procedant regulares ad lunam.

Si uis scire unde procedunt regulares ad lunam, tene dies 365, partire per 30. decies 30. fiunt 300. & bis 30, 60. remanent 5. Septemb. 5. September habet dies 30. adde regulares 5, quos inuenisti, fiunt 35. absque 30 remanent 5. Octob. 5. October habet dies 31. adde regulares

gulares 5 quos inuenisti, fiunt 36. absq; 29 remanent 7. Nouember 7. Nouember habet dies 30, adde regulares 7, quos inuenisti, fiunt 37. absq; 30 remanent 7. December 7. Hoc tatum memor esto, ut una uice 30, alia 29 recidas, propter accensiones & extinctiones lunæ, quæ sic fiunt.

De pronuntiatione dierum anni secundum Victorium, ad singularum nonarum, iduum, calendarum feriam inueniendam.

Ianu.	1	5	13
Febr.	32	36	44
Mart.	60	66	74
Apr.	91	95	103
Mai⁹.	121	127	135
Iun.	152	156	164
Iul.	182	188	196
Aug.	213	217	225
Sept.	244	248	256
Oct.	274	280	288
Nou.	305	309	317
Dec.	335	339	347
Ianu.	366		

Item de eodem secundum Dionysium.

Martius	29	7	15
Aprilis	32	5	13
Maius	31	7	15
Iunius	32	5	13
Iulius	31	7	15
August⁹	32	5	13
Septēbr.	32	5	13
Octobr.	31	7	15
Nouēb.	32	5	13
Decēbr.	31	5	13
Ianuari⁹	32	5	13
Februar.	32	5	13

De pronuntiatione, quæ est secundum Victorium.

Si uis scire, quare dicitur Februarius in cal. 32. & quare non ad unum mensem incipiunt istæ lectiones, cum ambæ pertinent ad feriam: quia illam primam terminauit Victorius Aquitanus, istam Dionysius Græcus. Ille numerat dies anni, iste numerat dies mensis. Dionysius numerat quātos dies præteritos habet de mense, Victorius de anno: propter hoc dicitur Februarius in calend. 32. quia Ianuarius habet 31. adde cal. fiunt 32. & propter hoc cœpit à Ianuario computare, quia ipse est ianua anni, & ille numerat dies anni: & iste Dionysius incipit à Martio, quia ipse est primus mensis, sicut dixit Dominus: Mēsis iste primus erit in mensibus anni: & ideo numerat dies mensis. Victorius numerat Febr. in non. 36. ille habet 4 dies in nonis, adde super 32, fiunt 36. In idibus 44. octo dies habet in idibus, adde super 36, fiunt 44. Martius in cal. 60, quia quindecim dies habet post idus. adde cal. Mart. fiunt 16. adde 16, 44 fiunt 60. in non. 66, quia 6 nonas habet: sic semper numera per totos, & non fallit. In finē dicit: Ianuarius in calen. 366. quia annus sola-

ris habet dies 365. adde cal. fiunt 366. in non. 5. quia iam finiti sunt dies anni, in idus 13.

De pronuntiatione, quæ est secundum Dionysium.

Si uis scire, quare dicitur Martius in cal. 29. quia retrò Martio Februarius est. Ipse habet dies 28, adde cal. Mart. fiunt 29. in non. 7. quia sex nonas habet, adde calendæ, fiunt 7. In idus 15. quia omnes menses octo idus habent. Adde 7, quos habuisti in non. fiunt 15. Adde 17, quos habet Martius super nonas & idus, fiunt 32. Dic. Aprilis in calend. 32, quia Martius habet 31 diem, adde cal. fiunt 32. In non. 5, quia quatuor nonas habet. in idus 13. adde 5, quos habuisti in nonis super 8. idus, fiunt 13. adde 18 supra 23, fiunt 31. Dic. Maius in cal. 31. sic fac per singulos menses. Hoc tantum caue, ut calendæ semper ad mensem, qui retrò est, & ad nonas, quæ antea sunt, adiunge: & si quis ignarus est, teneat memoriter. Ianuarius, Augustus & December, quatuor nonas habent: ibi potes pleniter discere.

De partitione septenarij numeri ad feriam inueniendam per dies anni.

Septies asse	Septem
Septies dipondio	Decusquartus
Septies terni	Vies asse
Septies quaterni	Vies octus
Septies quini	Tries quinquis
Septies seni	Quadraes bini
Septies septeni	Quadraes nonus
Septies octoni	Quinquaes sexis
Septies noueni	Sexaes tresis
Septies deni	Septaes
Septies uiceni	Cenquadraes
Septies triceni	Ducendecus
Septies quadrigeni	Ducenocæs
Septies quinquageni,	Tricenquinqæes.

Semelseptem	7
Bis	14
Ter	21
Quater	28
Quinquies	35
Sexies	42
Septies	49
Octies	56
Nouies	63
Decies	70
Vicies	140
Tricies	210
Quadrages	280
Quinquages	350

De partitione quinquagenarij nouenarij ad lunam inueniendam.

Quinquages nouies asse	59
Quinquages nouies dipondio	118
Quinquages nouies terni	177
Quinquages nouies quaterni	236
Quinquages nouies quini	295
Quinquages nouies seni	354

Item

Item de eodem.

Si uis scire, quare dicitur semel 59, attende ad calculum, & inuenies ibi. Ad lunam inueniendam pertinet ista electio, quia luna una uice ascendit 30. alia 29. mitte insimul, fiunt 59. Et quare non amplius scripsit de illo calculo in isto loco nisi sexies 59? quia sexies 59. fiunt 354, qui sunt dies lune: propter hoc non ascendit ultra in calculum.

Vnde dicatur terminus.

Terminus autem dictus est (ut quidam uolunt) quod lapis ipse à tribus pedibus aliquod minus habet.

Paschaliū terminorum decimam quartam lunam ostendentium.

Nonis Aprilis.

Nonæ Aprilis norunt quinos.

Octauo calendæ Aprilis.

Octonæ calendæ assim depromunt.

Idibus Aprilis.

Idus Aprilis, etiam sexis.

Quarto nonarum Aprilis.

Nonæ quaternæ, namq; dipondio.

Vndecimo calendæ Aprilis.

Item undenæ ambiunt quinos.

Quarto iduum Aprilis.

Quatuor idus capiunt ternos.

Tertio calendæ Aprilis.

Ternæ calendæ titulant senos.

Decimoquarto calendæ Maij.

Quatuor denæ cubant in quadris.

Septimo iduum Aprilis.

Septenæ idus septem eligunt.

Sexto calendæ Aprilis.

Senæ calendæ fortiantur ternos.

Decimoseptimo calendæ Maij.

Denæ septenæ donantur assim.

Secundo nonarum Aprilis.

Pridie nonarum porrò quaternis.

Nono calendarum Aprilis.

Nouenæ calendæ notantur septenis.

Secundo iduum Aprilis.

Pridie idus panditur quinis.

Calendæ Aprilis.

Calendæ Aprilis unus exprimit.

Duodecimo calendarum April.

Duodenæ namq; doctæ quaternis.

Quinto iduum Aprilis.

Speciem quintam speramus duobus.

Quarto calendæ Aprilis.

Quaternæ calendæ quinque coniungunt.

Decimoquinto calendæ Maij.

Quindenæ constant tribus adeptis.

His ergo regularibus, quos cum terminis paschalibus pronunciaſti, adde concurrentes cuiuslibet anni, totamq; summam in septem distribue: quod remanserit, ipse est septimanæ dies, qua decimam quartam lunam reperies.

De regularibus cycli decennouenalis per terminum paschalem.

Si uis inuenire principalitatis originem re-

gularium in cyclo decennouenali, quod est, nonæ Aprilis norunt quinos: octonæ calendæ assim depromunt. Idus Aprilis etiam sexis, & ita usque in finem. Sume cal. April. semper in prima feria, & in qua feria prædictum numerum calendarum reperies, tot regulares erunt. Verbi gratia: Sume cal. April. in prima feria, & inuenies nonas Aprilis in quinta feria: qua inuenta, pronuncia, Nonæ Aprilis norunt quinos. & in alio anno similiter fac, & inuenies cal. Aprilis in prima feria: qua reperta, dic, Octonæ calendæ assim depromunt. Et sic facies per singulos annos cycli decennouenalis, & inuenies absq; ambiguitatis errore numerum regularem: cum quibus adde numerum concurrentium eiusdem anni, de quo inquiris: & inuenies feriam, in qua decimam quartam lunam terminum paschalem incurrit. Et hoc obserua, ut quotiens ipse terminus ante cal. April. euenit, uidelicet 8 cal. uel 11 cal. Aprilis, retrò computandum est per feriam & per calendæ taliter: Cal. April. in prima feria, 2 cal. in 7 feria, 3 cal. in 6 feria, 4 cal. in 5 feria: & sic deinceps usque ad terminum. Quando uerò post cal. Aprilis, uidelicet nonis Aprilis, uel quarto non. recto ordine ad terminum ueniendum est.

A quo sint inuenti idem termini.

Legimus in epistolis Græcorum, quòd post passionē Apostolorū sanctus Bachumius abbas in Ægypto cum monachis suis in oratione à Domino rogauit, ut ostenderet ei quomodo Pascha deberet celebrare: & misit Dominus per angelum suum ad præfatum sanctum Bachumium cyclum decennouenalem, hoc modo: Nonæ Aprilis norunt quinos, octonæ calendæ assim depromunt, &c. A diuersis autem calculatoribus diuersis modis termini paschales inueniuntur, quorum calculationem non est necesse hinc patefacere: sed tantum lege in quaternione domini Vlperici cap. 30. 32. 33. 34. & 35. ibiq; de omnibus terminis quicquid necesse est, multipliciter inuenies.

Item.

Sic legitur in Epistola, quam beatus Cyrillus ad Leonem papam scripsit: Indicabo enim uobis, quid Bachumius monachus insignis factis apostolicæ gratiæ egregius, fundatorque Ægypti cœnobiorum, qui edidit & monasterium, quod lingua Ægypti uocatur Panum: literas angelo dictante perceperat, ut non errorem incurreret in solennitatis Paschalis ratione: sciretq; lunam primi mensis in anno communi, & embolisimi.

De regularibus, qui dicuntur maiores, ad decimam quartam lunam primi mensis inueniendam.

Martius habet regulares maiores 36. Aprilis 35 ad decimam quartam lunam inueniendam. Si ergo uis scire terminum paschalem in Martio aut Aprilis, subtrahere de ipsis regularibus, in quo mense è duobus computare uolueris epactam, quæ eodem anno currit: & si plus quam

quam 30. de ipsis regularibus remanserint, tolle 30, & quanti superuerint, totidem dies infra ipsum mensem habebis terminum Paschalem. Si unus remanserit, prima die mensis erit terminus: si quindecim, decimoquinto die: si triginta, tricesimo die erit terminus Paschalis: id est decima quarta luna.

De regularibus, qui dicuntur minores, ad feriam ipsius lunæ inueniendam.

Martius habet regulares minores 4. Aprilis 7. ad feriam decimæ quartæ lunæ inueniendam. Si ergo uis subito scire in quota feria terminus paschalis, seu quadragesimalis, uel rogationalis euenit, tene illos dies, qui post deductam epactam de ipsis regularibus maioribus remanserint: adde concurrentes præsentis anni, adde semper in Martio regulares quatuor, & in Aprilis septem: comprehende in unum, & ipsos partire per septem: quot remanserint, talis est feria, in qua terminus paschalis, id est luna decima quarta occurrerit, seu quadragesimalis, uel rogationalis, id est luna secunda, siue uigesima. Memor esto, quota luna in cal. Ian. eodem anno fuerit, tot dies tolle de Martio à fine retrorsum: & ubi dies euenit, ibi erit natiuitas lunæ primi mensis. Hoc fac omnibus annis, exceptis tribus embolisimis, id est nouissimo ogdoadis, & primo atq; nouissimo endecadis. In nouissimo embolisimo ogdoadis, initium primi mensis, id est prima luna inuenitur in nonis Aprilis. In primo embolisimo endecadis, quarto nonarum April. inuenitur luna prima primi mensis. In ultimo uerò embolisimo endecadis, secundo nonarum Aprilis initium primi mensis inuenitur. Hæc obseruatio nunquam fallit. Reliquis annis semper in Martio fac ordinem, quem diximus, exceptis his tribus ætatibus in cal. Ian. luna 26. 29. & 27. Inuenta igitur prima luna primi mensis, adde ei tredecim dies, & sic lunam decimam quartam paschalis termini inuenies.

Argumentum dati exempli de annis incarnationis Domini 776. & 936. uel 937. quomodo inueniatur decima quarta luna primi mensis, & feria ipsius lunæ cum antecedentibus regularibus.

Martius habet regulares maiores 36. & minores 4. Aprilis habet regulares maiores 35. & minores 7.

Primo anno circuli decennouenalis 30. est luna, in undecimo cal. April. eodemq; anno luna 14. quinto die cal. April. id est nonis April. iunge 5 ad 30, & sume pro regularibus mensis Aprilis, eo anno quo decima quarta luna in mensem Aprilem incurrit. Eo uerò anno quo in mensem Martium 14. luna incurrit, trade Martio regulares 36. Ex epactis utique facillimè agnoscis, utrum in Martium an Aprilem decima quarta luna eueniat. Si enim plus 15. aut minus 5. epactis habes, Aprilis decima quarta luna computatur. Si uerò plus 5, & minus 5. epactis habes, Martio 14. luna imputatur,

Bedæ, tom. 1.

Tene ergo regulares 35. in Aprilis, & subtrahere epactas semper eiusdem anni, & quod remanserit, ipsa est dies 14. lunæ: ut puta 3 anno circuli decennouenalis, 22 erunt epactæ. Tolle 22 de 35, remanent 13. tertiadecima die mensis Aprilis, id est idus Aprilis, 14 luna occurrit. Si uerò feriam quæras 14. lunæ, adde concurrentes anni illius numero qui relictus est, ut puta istis 13, qui in præfenti sunt, in Aprilis quoque 7. regulares. Hæc omnia collige, & post per septenarium diuide, & quod remanserit, ipsa est feria 14. lunæ: & sic facillimè ad diem Dominicum peruenies. Mense autem Martio tene regulares 36. subtrahere epactas anni illius. Verbi gratia: Secundo anno circuli decennouenalis 11. restant 25. uicesima quinta die mensis eiusdem 14. luna aderit: id est 8. cal. Aprilis. Si uerò feriam eiusdem diei requiras, adde numero præscripto concurrentes anni illius, & regulares 4. in mense Martio. Hisq; in unum collectis, partitoq; per septenarium, quod remanserit, ipse est dies lunæ 14. si nihil remanserit, 7. feria est. Igitur si deductis epactis, 30 remanent, tamen quod duncq; superest, ipse est dies mensis, in quo decimam quartam lunam reperies, ut eo anno quo 4 epactæ sunt, absume 4 de 35, & remanent 31. tolle 30, remanet 1. Prima die mensis 14. luna occurrit, id est calendæ Aprilis. Si uerò deductis epactis, 30 tantum remanent, 30 die mensis 14. luna euenit. Quod semel inter 19 accidit annos, scilicet quando 6 epactæ ascribuntur, & 3 cal. April. 14. luna euenit. Et ut te exemplis ad inueniendam feriam instruam, quando 14. luna occurrat, ut puta anno præfenti Domini incarnationis 776. sume epactas huius anni, 26 deductis de 35. regularibus, remanent 9. Et ecce nono die mensis decima quarta luna erit, id est 5. idus April. Iunge etiam concurrentes anni præsentis, id est unum ad 9, & fiunt 10. His adde 7, & fiunt 17. hos partire per 7, bis 7, 14. & remanent 3. Tertia feria erit luna 14. quarta 15. sexta 17. septima 18. prima 19. quæ est dies Pasche. Quinto idus, 14. luna quarto idus, 15. tertio idus, 16. secundo idus, 17. idus, 18. 18. cal. Maij, 19.

Secundo anno post hunc 7. quia plus quinque sunt, & minus 15 ad Martium pertinet 14. luna, quam sic requireres. Sume regulas Martij mensis 36. detrahe ab eis 7, & remanent 29. Vicesimanona die Martij mensis, id est 4. cal. April. 14. luna tibi occurrit. Ad inueniendam feriam sume easdem 29, & adde eis concurrentes illius anni, id est duos: fiunt 31. his quoque adijce regulares 4, & erit omnis summa 35. Partire per 7, & 7. quinquies enim septē 35. & nihil remanet: quia septima feria erit luna 14. quarto cal. April. & 15. tertio cal. Aprilis, ipse est dies dominicus Pasche. Etiam sic per singulos circuli decennouenalis annos, semper his regularibus & hac ratione annuis epactarum deductis diebus, decimam quartam sine errore

errore reperies lunam. Et illis regularibus con-
currente numero præscripto iunctis, feriam
quoque decimæ quartæ lunæ sine scrupulo in-
uestigabis: & sic computatis ferijs, quæ super-
sint septimanæ illius, lunæ quoque ætatem cre-
scentis singulis appone diebus, & tunc simul
locum lunæ & ætatem eius citissimè inuenies.

De anno ab incarnatione Domini 936.

Quarto idus Aprilis terminus Paschalis.
D. Vnde hoc pater? M. Aprilis habet 35. regu-
lares ad decimam quartam lunam inquirendam,
& epactæ sunt hoc anno 25. Sublatis 25. de
35. restant 10. Decima die infra mensem Apri-
lem terminus Paschalis, idest luna 14. D. In
quota feria? M. Aprilis habet regulares 7. ad fe-
riam decimæ quartæ lunæ inueniendam. Si er-
go cum ipsis decem ipsos uidelicet, qui post
deductas epactas remanserunt, insuper etiam
concurrentes istius anni, quæ sunt 5. annexi-
mus, fiunt simul 22. posthabitis 21. remanet 1.
Decima ergo die infra mensem Aprilem, quæ
est 4. idus ipsius, feria prima terminus paschal.

15 cal. Maij Pascha, luna 21.

Calend. April. 6. idus 5. idus. 4. idus, terminus
paschalis 1. luna 14.

16 cal. Martij Septuagesima, luna 18.

Propter bissextum.

4 cal. Feb. non. 8. id. 7. id. terminus 70. luna 11.

11 nonarum Martij Quadragesima, luna 9.

11 cal. Martij. 5 cal. 4 cal. 3 cal. terminus 40. 30
luna secunda.

11 cal. Lunij Rogationes, luna 27.

2 nonas Maij, 3 idus, 2 idus, idus. terminus ro-
gationum, luna 20.

4 nonarum Lunij Pentecostes, luna 11.

13 calen. Lunij, 6 cal. 5 cal. 4 cal. terminus Pen-
tecostes, luna 4.

De anno ab incarnatione Domini 937.

D. In quo mense, uel in quo calendarum die
erit terminus paschalis hoc anno? M. Martius
habet regulares 36 ad decimam quartam lunam
inuestigandam, & epactæ sunt hoc anno sex.
Abiectis ergo sex epactis de 36 regulis, reman-
ent 30. tricesimo die infra mensem Martium,
quod est in cal. April. terminus paschalis, idest
luna 14. D. In quota feria? M. Martij habet regu-
lares 4. ad feriã decimæ quartæ lunæ inuenien-
dam. Si autem cum ipsis illos 30. qui post ex-
pensas epactas remanserunt, & insuper sex con-
currentes, quæ isto concurrunt anno admittimus,
40 statim componimus. Quinquies 7. 35
& remanent 5. qui feriam quam queritis desi-
gnant: quam etiam facilius citiusque inuenire
sic possumus. Huius termini regulares sunt 6.
& præsentis anni concurrentes similiter 6. qui
sunt simul 12. Depositis 7. restant 5. qui prædi-
ctam feriam notificant.

4. nonarum April. Pascha, luna 17.

Cal. April. 2. cal. 3. cal. terminus pasch. luna 14.

4. calend. Febr. Septuagesima, luna 13.

9. cal. Febr. 6 cal. 7 cal. terminus 70. luna 10.

11 cal. Martij Quadragesima, luna 5.

12 cal. Mart. 13 cal. 14 cal. terminus 40. luna 2.

Nonæ Maij Rogationes, luna 25.

2 nonarum Maij, 3 nonar. 4 nonar. terminus ro-
gationum, luna uigesima.

12 cal. Lunij Pentecostes, luna 7.

13 cal. Lunij. 14 cal. 15 cal. terminus Penteco-
stes, luna quarta.

Vnde procedant regulares maiores.

Si cognoscere cupis, unde procedunt regu-
lares maiores in mense Martio 36. & in Aprili
35. hoc argumento reperies. Martius habet
dies 31, cui si quinque residuos Ægyptiorum
dies addideris, erunt 36. Similiter si Aprili
eosdem quinque adiunxeris, erunt 35. Hoc mo-
do proueniunt in Martium regulares 36. & in
Aprili 35. quibus utendum est inquisitione
decimæ quartæ lunæ Paschalis, ut inueniri possit,
in qua feria, uel in Martio, uel in Aprili oc-
currat.

Vnde procedant regulares minores.

Si scire cupis unde oriuntur regulares mi-
nores in mense Martio 4. & in Aprili 7. sume
dies anni à cal. Ianuarij usque in cal. Martij: idest
dies 60. & per septimam diuide partem, hoc est
octies septem, fiunt 56. remanent quatuor: nem-
pe 4 sunt regulares in mense Martio. Si uero
in mense Aprili similiter reperire uis, hoc argu-
mento reperies. Sunt enim dies anni in calen.
Aprili 91. Hos deinde per 7. decies 7. 70. re-
manent 21. Diuide per 7. septies a se 7. Septies
bini 14. remanent 7. quos assumens tene pro
regularibus in mense Aprili. Hoc autem fac
per singulos annos, & regulares prædictos,
omni sublato ambiguitatis errore reperies.

De Paschali & nativitate decimæ quartæ lunæ.

Statutum inuenimus in cyclo Romanorum,
ut nec ante 11 cal. Aprilis, nec post 7 cal. Maij
Pascha debeat fieri. Et nec ante 12 cal. Aprilis,
nec post 14 cal. Maij, decimæ quarta luna pas-
chalis ullatenus inquiri. Similiter quadragesi-
malis, nec ante 7 idus Februarij, nec post no-
nas Martij, & Rogationum, nec ante 7 cal. Maij,
nec post 10 cal. Lunij, & Pentecostes, nec ante
7 idus Maij, nec post 8 idus Lunij fieri debet.

Sanctæ etiam memoriæ Theophilus Ale-
xandrinus episcopus datis epistolis ad syno-
dum apud Niceam ciuitatē Bithiniæ, ubi 319
pontifices conuenerunt: seu ad Theodosium
Imperatorem, in quibus annunciās ut ab octa-
uo idus Martij, usque in diem nonarum April.
diebus scilicet 29, qualiscumque luna nata fuerit,
in quolibet medio spacio perhibet facere in-
itium primi mensis 14. à 12 cal. Aprilis usque in
14 cal. Maij, solerter inquiri, etiam si die sabbat-
torum uenerit, consequenti die Dominico, id-
est 16 luna, Pascha celebrare conscripsit. Et si
die Dominico luna 14 eiusdem mensis euen-
erit, ipsa hebdomada trãfacta, ad alterum diem
Dominicum luna 21, Pascha sine dubio con-
scripsit. Et hoc sancta synodus modis omni-
bus præ-

cauendum constituit, ut ante uernale æquino-
ctium, quod est 12 cal. April. Pascha nullus in-
quirat: nec in illa lunatione que ante octauum
idus Mart. nata est, uel nonum April. in illa lu-
natione Pascha nullo modo celebretur. Hoc
autem omnibus modis admonemus, ne quis
in primi mensis agnitione fallatur: in de enim
maximè discrepandæ festiuitatis unicæ error
exoritur, dum initium temporis ignoratur. Ini-
tium autem anni & materia bissexti, in 12 ca-
lend. April. nunc in plenitudine mundi requi-
renda sunt.

Vnde supra.

Si uis inuenire terminum paschalem, uide
epactam ad ipsum terminum paschæ respicien-
tem: quem si minorē quam 15 inueneris, per-
fice ei eundem 15 numerum, computando ab
11 cal. Aprilis, & in quo calendario idem nu-
merus completus fuerit, proculdubio ibi ter-
minus erit. Quod autem 15 epactam inuenie-
ris, 11 cal. Aprilis habebis terminum paschalem.
Si uero epacta maior fuerit quam 15, perfice
ei numerum 45. computando similiter ab 12
cal. Aprilis: & in quo calendario ipse numerus
fuerit perfectus, ibi erit terminus. Quando au-
tem nulla fuerit epacta, ab 11 cal. Aprilis sem-
per computandum est, donec 15 numerus ex-
pleatur: uidelicet usque ad nonas Aprilis.

Vnde supra.

Si post aliquotà præsentis annos, uerbi gra-
tia post 100 Pascha scire uelis, epactas tantum
& concurrentes solis dies inuenire sufficit. Par-
tite centum per 19, & remanent 5. Illas ergo sci-
to, epactas ceterisimo quasi quinto futuras. Eo-
dem modo centum per 28 diuidens, eas cente-
simo quas decimo quinto anno concurrente so-
lis inuenies.

Vnde supra.

Legimus in ueteri Testamento, quia tribus
argumentorū iudicijs Paschale tempus sit ob-
seruare præceptum, ut post æquinoctium, men-
se primo, ut 3 septima, idest à uespere decimæ
quartæ lunæ, quod est initium 15, usque ad ue-
spere, idest terminum 21 lunæ celebraretur.
Quarta in eiusdem obseruatione regula est no-
bis à tempore Christi resurrectionis imposita,
ut æquinoctio transcensio luna primi mensis
14 à uespere ortum facere uiderimus, non sta-
tim ad faciendum Pascha profiliamus: sed Do-
minicum diem quo ipsum Pascha, idest transi-
tum de morte ad uitam, de corruptione ad in-
corruptionem, de pœna ad gloriam resurgen-
do facere dignatus est.

Vnde supra.

Christianorum Pascha ab 11 cal. April. usque
7 cal. Maij, quocumque Dominica die regulari
uidelicet luna occurrerit, secundum Pascha mo-
dis omnibus celebratur.

De mysterio 14 diei quo agnus immolatur.

Quartusdecimus dies fides Christi nobis
demonstrat per decem Præcepta & quatuor
Euangelia. Immolatio agni 14 die conuenit,
quia Mefstaim decimus quartus ab Adam, pri-

Bedæ, tom. 1.

mus sanguinē idolis immolauit, usque ad diem
uicesimum primum: idest in figuris duarum le-
gum, & illarum unitatis. Quartadecima agnus
immolabatur die, quando luna plena est, & ni-
hil ei de lumine deest: quia Christus non im-
molatur, nisi in perfecto corde, & pleno lumi-
ne sine tenebris.

Ad inueniendum locum 14 lunæ per 19 annos.

Costat igitur, quod primo anno cycli deceni
nouenalis, quando nulla epacta in capite po-
nitur, in calen. Mart. luna 9, & in octauo idus
Martij 16 occurrit: hanc deduc 30, & incipe
primam, & non. April. occurrit 14, qui est ter-
minus primus decennouenalis. Iterum eius-
dem 16, quos anno priore in 8 idus Martis ha-
buisi, adde 11. Occurrit eodem die 27. Hanc
cum trigesima deduxeris, occurrit sequens 14
luna 8 Aprilis, qui est terminus secundus: sicque
lunationibus singulis usque 19 annum, eodem
die, 8 idus scilicet, addendo semper 11 ad præ-
cedentem eiusdem diei lunæ ætatem anni præ-
cedentis. Quotilibet infra trigessimam fuerit,
deduc eam trigessimam, & deduc sequentem
usque 14. Et ubicumque 14 fuerit, ibi sine ulla am-
biguitate terminus paschalis erit. Porrò si eo-
dem die 30 inciderit, quod tamen non nisi se-
mel per 19 annos fit, deduc more solito sequen-
tem, & ubi 14 occurrerit, ibi terminus erit. Pri-
ma uero cum 8 idus Martis occurrerit, eadem
proculdubio Paschalis erit. Et hoc certissimè
caue, ne prius natam lunam quam 8 idus Mar-
tis Paschalem deputes: sed quocumque eodem
die occurrerit, aut tricesimam eodem die te-
neas, aut tricesimam deducas, & sequentem
quolibet loco 14 occurrerit, Paschalem esse
non dubites. Iste ordo, & hæc ratio nunquam
ex eo die quo in Niceno concilio statuta fuit,
turbari ab ullo potuit aut poterit, sed potius il-
le concussus erit, qui eam concutere uisus fue-
rit. Expleto igitur anno decimono, statu quo-
que eiusdem anni termino nouissimo, si iterum
probare uolueris quod hæc ratio ratione con-
stet, & hæc auctoritas digna auctoritate substi-
stat, adde eodem sæpe dicto die octauo idus
Martis præcedētis lunæ ætatis non. 11, ut prius
scilicet propter saltum lunæ 12, & iterum oc-
currerit tibi luna in principio, eodem die 16. at-
que ita sequentia eodē quo prius ordine cun-
cta proueniunt.

Quadragesimalium terminorum secundam lu-
nam ostendentium.

8 calend. Martij	5 regulares.
Octonas Martis cœpit Lex quinq; librorum.	
4 Idus Februarij	1 regularis.
Ast idus Februi, ternas Deus unus honorat,	
6 Nonarum Martij	6 regulares.
Nonarum senas secum sex uasa tulerunt.	
11 Calend. Martij	2 regulares.
Vndenas Martis capiunt duo iussa calendas,	
6 Idus Februarij	5 regulares.
Idibus in senis alacres stant quinq; puellæ.	

I 3

3 *Calendas Martij* 3 *regulares.*
 Terna calendarū tria munera signa reportant.
 14 *Cal. Martij* 6 *regulares.*
 Quatuor & denæ sex excreuere diebus.
 Nonis Martij 4 *regulares.*
 Martius in nonis bis bina elementa creauit.
 6 *Calendas Martij* 7 *regulares.*
 Sexta calendarum septē fert norma lucernas.
 Idus Februarij 3 *regulares.*
 Idibus in Februū sociatur trina potestas.
 4 *Nonarum Martij* 1 *regularis.*
 Nonarum speciale gerit baptisma quaternas.
 9 *Calendas Martij* 4 *regulares.*
 Bis bina cursus capimus uirtute nouenos.
 4 *Idus Februarij* 7 *regulares.*
 Quaternas idus septem coluere ministri.
 Calendis Martij 5 *regulares.*
 Sensibus ex quinis Martis scrutare calendas.
 4 *Calendas Martij* 1 *regularis.*
 Vna fides potuit duodenas ferre calendas.
 4 *Idus Februarij* 4 *regulares.*
 Septem idus ornant paradisi quatuor amnes.
 4 *Calendas Martij* 2 *regulares.*
 Testamenta duo quartas dant ire calendas.
 15 *Calendas Martij* 5 *regulares.*
 Quindenas capiūt stolidè uix quinque sorores.
 2 *Nonarum Martij* 3 *regulares.*
 Pridie nonarum posuit tria tempora seclī.

In his ergo uersibus idus cum audis, mense
 Februario eas esse scias: calendas uerò & nonas
 in ipsis cum legis, Martij mensis eas esse
 intelligas. Regulares uerò eorūdem uersuum
 nonis presentibus, sed statim à Martio incipi-
 entibus iunge concurrentibus.

De initio & luna Quadragesimæ & Paschæ.

Si uis scire initium Quadragesimæ, hoc ar-
 gumento utere: quot diebus post pridie idus
 Aprilis habueris Pascha, tot diebus post cal.
 Martis habebis initium quadragesimæ: & quot
 diebus ante 2 idus Aprilis habueris Pascha,
 tot diebus ante cal. Martis habebis initium qua-
 dragesimæ. Et si in pridie idus Aprilis habue-
 ris Pascha, in cal. Martis habebis initium qua-
 dragesimæ. Item, quot diebus ante cal. Aprilis
 habueris Pascha, tot diebus ante 12 cal. Martis
 habebis initium quadragesimæ: nisi fortè eo
 anno bissextus sit, tunc uno die minus ante 12
 calend. Martis inuenies.

Si luna 3 initium quadragesimæ, 15 erit in
 pascha. Si 4, initium quadragesimæ, 16 in pas-
 cha: si 5, initium quadragesimæ 17 in Pascha.
 Si 7 initium quadragesimæ, 18 in Pascha: si 7
 initium quadragesimæ, 19 in Pascha: si 9, initium
 quadragesimæ 20 in Pascha: si 9, initium qua-
 dragesimæ 21 in Pascha. Omnis paschalis luna
 cuiuscumq; ætatis sit, si detrahas ab ea 12, fiet ti-
 bi ætas lunæ, quæ sit in initio quadragesimæ.
 Verbi gratia: Si 15 est luna paschalis, tolle de
 15, 12, remanent 3: tertia est luna initio qua-
 dragesimæ, eo anno quo 15 est in die Domini-
 co Paschæ, Sic & cætera.

De idibus Februarij usq; in secundum idus
 Martis dies sunt 34, & de undecimo calendæ
 Aprilis usq; in septimum calen. Maij dies sunt
 34. Sic inuestigatū est, quod nec ante sextum
 idus Februarij, nec post pridie idus Martij ini-
 tium quadragesimæ alio modo nullatenus fie-
 ri potest, nisi tantum infra 34 dies. Et de Pascha
 inuestigatum est in concilio sanctorū patrum,
 quod nec ante 11 cal. Aprilis, nec post 7 cal.
 Maij debeat fieri. Luna in termino quadrage-
 simæ non reperitur in termino Paschæ 14. Sic
 regulatur Dominicus dies festi Paschalis ad
 decimam quartam lunam primi mensis: ita &
 initium quadragesimæ regulatur, & obseruat
 secundam lunam mensis Martij. Quicumq; e-
 nim Dominicus secutus fuerit decimam quar-
 tam lunam primi mensis, sine dubio Paschalis
 festi erit. Similiter de quadragesima.

De certis terminis.

20 Terminus Paschalis requiritur à cal. April.
 & ab ipso accipiūt ceteri ordinem. Et hoc ob-
 seruandum, quia nunquam ante 12 cal. April.
 terminus Paschæ: nec ipsa solennitas celebra-
 tur, quia decretum est à sanctis Patribus catho-
 licis, ut quādiū nox superat diem, non celebra-
 tur Pascha. At uerò postquam dies superare
 cœperit noctem, adueniēte 14 luna agitur ter-
 minus, & subsequenti die Dominico statim so-
 lennitas Paschæ à cunctis fidelibus celebra-
 tur. In ipso termino omni tempore inuenitur
 luna decima quarta.

De septuagesima.

Terminus septuagesimæ inuenire cupiens,
 uide primūm quot diebus Paschalis terminus
 à calend. Aprilis ablit, siue retrò, siue in antè: &
 computa totidem dies à 5 cal. Februarij, simi-
 liter uel in antè, uel retrò: & terminum septua-
 gesimæ absq; scrupulo reperies. Est autem ter-
 minus septuagesimæ luna decima, quæ sit Fe-
 bruarij mensis: id est quæ in illo finiatur. Luna
 enim cuiuscq; mensis est, quæ in illo finiatur.

Terminum quadragesimalem à 12 calend.
 Martis require: incipiens per omnia sic facito,
 sicut de septuagesima diximus. Est autem lu-
 na 2 mēlis Martis. Hoc autem in istis duobus
 terminis obseruabis, ut bissextili anno uno die
 tardius requirere incipias: id est septuagesimā
 à 4 calend. Febr., quadragesimam uerò ab un-
 decimo cal. Martis requirere incipiens, quod
 in alijs non facies terminis. Et de septuagesimæ
 mali quidem in omni bissextili anno hoc ob-
 seruabis. De quadragesimali uerò tūc tantum
 cum ipse terminus ante bissextum euenturus
 sit. Cæterum, si post bissextum euenturus sit,
 & iam in bissexto sicut in alijs annis à 12 cal.
 requirere incipiens. In termino quoq; quadra-
 gesimæ bissextili anno solet euenire luna 11.
 quod ideo notauī, ne cum eueniret, turbaret
 calculatorem.

Terminus rogationum requiritur à 2 non.
 Maij, & computantur tot dies, quot & in cæ-
 teris

teris terminis. In ipso termino inuenitur lu-
 na uigesima.

Terminus Pentecostes requiritur à 13 cal.
 Iunij, & computantur similiter ibi totidem
 dies, quot & in cæteris terminis, in ipso termi-
 no inuenitur luna 4. Omnes uerò termini us-
 na eademq; feria proueniēt, & ut Pascha, sic
 & istæ cæteræ festiuitates in Dominicū diem
 protelabuntur: & sicut de Pascha diximus, sic
 de cæteris intellige, ut si in Dominicū diem
 terminus eueniret, in alteram Dominicam fe-
 stiuitatem differas.

Vnde suprâ.

Memento enim, quod per 10 & 9 annos ter-
 mini septuagesimæ luna 10 Februarij mensis,
 quadragesimæ uerò luna 11 Martij: Paschæ,
 luna 14 April. Rogationum, luna 20 Maij: Pen-
 tecostes, luna 4 Iunij circumferuntur, præter
 octauum uidelicet & decimum nonū annum:
 in quibus terminus septuagesimæ luna unde-
 cimo Martij, nec non etiam quadragesimæ lu-
 na 2 embolismi mensis constat.

De diebus terminorum.

Post 17 cal. Februarij ubi lunam decimam
 inuenieris, ibi fac terminum septuagesimalem.

Post octauum idus Februarij ubi lunam se-
 cundam inuenieris, ibi fac terminum quadra-
 gesimæ.

Post 13 calen. Aprilis ubi lunam decimam

quartam inuenieris, ibi fac terminum Paschæ.

Post septimum calen. Maij, ubi lunam uige-
 simam inuenieris, ibi fac terminū rogationum.

Post sextum idus Maij, ubi lunam quartam
 inuenieris, ibi fac terminum Pentecostes.

Quomodo termini sequētis anni per præsentē inueniantur,

Terminum uniuscuiuscq; anni taliter facillè
 mē reperire uales: Præcedētis anni terminum
 in prima iunctura pollicis pone, deinde reli-
 quas ipsius & cæterorum digitorum compu-
 tando percurrere: & quod tibi ad eandem iun-
 cturam repetitam occurrerit, absq; dubio ter-
 minus erit. Hoc tantum præcaue, ut ante 12
 calend. Aprilis, nec post 13 cal. Maij uelis ter-
 minus celebrare.

Item, de terminis.

Notandum quod septuagesimalis terminus
 bissextili anno nō obseruat loca terminorum,
 qui in sequentibus describuntur: propter bis-
 sextum, & ob hoc in sequentem diem termi-
 nus ferendus est, ut concordiam cum termino
 paschali habeat in ipsa feria, in qua terminus
 paschalis eodem anno occurrit. Verbi gratia:
 terminus qui in præsentī anno præscriptus est
 decimo cal. Febr. translatus est in 9 calendæ
 Febr. Similiter de termino quadragesimali in-
 telligendum est. Si tamen ante bissextum eue-
 nerit, bissextili anno Februarij luna tricesima
 erit.

Argumentum descriptionis omnium terminorum singulis annis decennouenalis cycli.

Lu- na	Termini septuagesimæ.	Termini qua- dragesimæ, luna 2 mensis.	Termini pas- chæ, luna 14 non. april.	Termini roga- tionū, luna 20 id. maij	Termini pente- costes, luna 4 cal. iunij	Cyclus lunaris.	Observatio lu- næ 1 mensis.
1	10 cal. febr.	8 cal. mar.	10 cal. apr.	2 id. maij	9 cal. iunij	17 em.	no. dec.
11	12 cal. febr.	3 id. febr.	4 id. Mar.	8 cal. apr.	11 cal. maij	3 id. maij	18 cō.
22	5 id. febr.	6 no. mar.	2 cal. apr.	idus aprilis	15 cal. maij	cal. iunij	19 em.
3	4 cal. febr.	11 cal. mar.	13 cal. apr.	4 no. apr.	nonis maij	12 cal. iunij	1 cō.
14	15 cal. febr.	6 id. febr.	7 id. mar.	11 cal. apr.	6 cal. iun.	6 id. maij	2 cō.
25	8 id. febr.	3 cal. mar.	5 cal. apr.	4 id. april.	idus maij	4 cal. iunij	3 em.
6	7 cal. febr.	14 cal. mar.	16 cal. apr.	3 cal. apr.	4 cal. iunij	15 cal. iunij	4 cō.
17	16 cal. mar.	nonis mar.	non. apr.	14 cal. maij	5 cal. iunij	8 id. iunij	4 em.
28	3 no. febr.	6 cal. mar.	8 cal. apr.	7 id. april.	5 cal. maij	7 cal. iunij	7 cō.
9	10 cal. febr.	idus febr.	2 id. mar.	6 cal. apr.	cal. maij	id. maij	3 em.
20	3 id. febr.	4 no. mar.	4 no. apr.	17 cal. maij	13 cal. iunij	3 no. iunij	1 em.
1	2 cal. febr.	9 cal. mar.	11 cal. apr.	2 no. apr.	7 no. maij	10 cal. iunij	4 cō.
12	13 cal. febr.	4 id. febr.	5 id. mar.	9 cal. apr.	4 cal. maij	4 id. maij	7 cō.
23	6 id. febr.	cal. mar.	3 cal. apr.	2 id. april.	16 cal. iunij	2 cal. iunij	5 em.
4	5 cal. febr.	12 cal. mar.	14 cal. apr.	cal. april.	2 no. maij	13 cal. iunij	1 cō.
15	16 cal. febr.	7 id. febr.	8 id. mar.	12 cal. apr.	7 cal. maij	7 id. maij	4 cō.
26	noñ febr.	4 cal. mar.	6 cal. apr.	5 id. april.	2 cal. maij	5 cal. iunij	2 em.
7	8 cal. febr.	15 cal. mar.	17 cal. apr.	4 cal. apr.	5 no. maij	16 cal. iunij	5 cō.
18	idus febr.	2 no. mar.	2 no. apr.	15 cal. maij	11 cal. iunij	no. iunij	3 em.

Argumentum de clauibus terminorum.

Anni	j	26	vj	31	xj	36	xvj	11
	ij	15	vij	20	xij	22	xvij	30
	ijj	34	vijj	39	xijj	14	xvijj	19
	iiij	23	ix	28	xiiij	33	xix	38
	v	12	x	17	xv	22		

Literæ numerales indicant Annos, chiffræ clauēs.

Si quis per perscriptos regulares quolibet decenouenalis cycli anno terminos omnes inuenire cupit, sumat semper septuagesimalē à 7 idus Ianuarij; quadragesimalē à 5 cal. Februarij, Paschalem à 6 idus Martij, rogationū à 17 calen. Maij, Pentecostes à 3 cal. Maij; & ubi ipse numerus præsentis anno annotatus terminabitur, ibi absq; dubio terminum inueniet.

De aduentu Domini.

Notum sit omnibus hominibus, ut quicumque aduentum Domini diligenter uult celebrare, uideat ut nec ante 5 calen. Decemb. nec post nonas ipsius mensis transeat, sed in his septem diebus ubicunq; dies Dominicus aduenierit, ibi sine dubio & absq; ullo ambiguitatis errore celebrare ualebit. Breuis enim lectio auidius legitur, citius intelligitur.

De annis ab initio mundi inueniendis, & per ipsos indiēt, cyclum solare, bissextum, cyclum decennouenalem, & lunarem.

Si uis scire quot sint anni ab origine mundi, multiplica quindecies 409, fiunt 6135; adde regulares 7, adde etiam indictionem anni præsentis illis, ipsi sunt anni ab origine mundi. Post expletam indictionem, idest post decimam quintam, nō quindecies 409 sicut modo, sed quindecies 410 multiplicare debes; & deinde post alios 15 annos, non quindecies 410, sed quindecies 411. Et iterum, post alios quindecim annos, non quindecies 411, sed quindecies 412.

Si de ipsis annis approbare uolueris quota sit indictio, his adijce regulares 8: hos diuide per 15, quot remanserint, ipsa erit indictio. Si nihil remanserit, decima quinta erit. Ideo 8 regulares adijciuntur: quia quando mundus factus est, quasi octo anni de cyclo indictionum remanserāt, non quod ante mundi exordium, uel in ipso mundi primordio fuerit indictio, quæ nec postea fuit usq; ad Romanorum tempus, sed quia in illo anno quo indictio prima inuenta in cœpit computari, annis ab initio mundi transactis per quindenam partem propter cyclum indictionum diuisis, quindecim numero anni 7 deerant, quasi in primordio mundi 7 indictiones præcessissent, & 8 remanerēt. Et hoc non solum de cyclo indictionum: sed etiam de alijs solaribus uel lunaribus cyclis, per annos ab origine mundi secundum cuiuslibet cycli numerum diuisos inueniendis intelligendum est.

Ad cyclum solare inueniendum.

Si uis scire quotus sit circulus solaris, sume annos ab origine mundi quotquot fuerint, & adde cum his regulares 17, & diuide per 28, quod desuper fuerit, ipse est cyclus solaris. Si nihil remanserit, 28 erit.

Ad concurrentes inueniendos.

Si uis nosse quot sint concurrentes, tene annos ab origine mundi, & ad ipsos adde quartam partem: & quotquot fuerint, comprehen-

de in unum: hos diuide per septem, quod tunc remanserit, ipse est concurrents. Si nihil remanserit, 7 erunt.

Ad bissextum inueniendum.

Si nosse desideras quotus sit annus post bissextum, sume annos ab origine mundi, hos diuide per 4. Quot remanserint, uerbi gratia: Si unus, aut duo uel tres, talis erit annus post bissextum. Si nihil remanserit, bissextus erit.

Ad cyclum decennouenalem inueniendum.

Si scire cupis quotus sit annus cycli decennouenalis, sume supradictos annos, cum his adde regulares septē, hos partire per 19, quod remanserit, talis est cyclus decennouenalis. Si nihil remanserit, decimus nonus erit.

Ad cyclum lunæ inueniendum.

Si scire cupis quotus sit cyclus lunæ, tene annos (ut supra diximus) cum his adde regulares quatuor, hos diuide per 19, quod remanserit, ipse est cyclus lunæ. Si nihil remanserit, decimus nonus erit.

Ad epactas inueniendas.

Si uis scire quota sit epacta, sume annos ab initio mundi, adde regulares 6, hos diuide per 19, quod uerò remanserit, multiplica undecies, ipsos iterum diuide per 30, quod remanserit, ipsa erit epacta. Si nihil remanserit, 30 erit: idest illa quæ in principio dicitur nulla.

De annis ab incarnatione Domini inueniendis, & per ipsos cætera quæ supra.

Si uis scire quot sint anni ab incarnatione Domini nostri Iesu, multiplica 62 quindecies, fiunt 930: adde regulares 12, adde indictionem eiusdem anni, de quo computare uolueris, iunge simul: & quotquot fuerint, ipsi sunt anni ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi. Hoc tantum memor esto sollicitus, ut succedentibus annis semper cum ad decimam quintam indictionem perueneris. Verbi gratia: Si 62 quindecies in numero computabas, deinde 63 computare debes: idest sequenti anno post 15 indictionē. Post 15 annos, idest quando prima indictio iterum erit, non 62 quindecies sicut modo, sed 63 multiplica. Et quando iterum prima fuerit, 64 multiplica: & cum rursum prima fuerit, 65 quindecies multiplica.

Ad indictionem inueniendam.

Si scire cupis, quota sit indictio, sume annos ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi, cum his adde regulares 3, hos diuide per 15, quot remanserint, talis erit indictio. Si nihil remanserit, 15 erit.

Ad cyclum solare inueniendum.

Si uis nosse quotus annus sit solaris cycli, tene annos ab incarnatione Domini quotquot fuerint, cum his adde regulares nouem, & quotquot fuerint diuide per 28, quod remanserit, ipse est cyclus solaris: si nihil remanserit, 28 erit.

Item.

Si uis nosse, quot sint in ordine cycli solaris, scias annos Domini quot fuerint, & ex ipsis subtrahe

subtrahe 8, quia tot anni restabant de eodem cyclo solaris, quando Dominus incarnatus est. & quot remanent diuide per 28, quot super fuerint, ipsi sunt anni in serie eiusdem cycli.

Ad concurrentes.

Si concurrētes inuenire cupis, sume annos ab incarnatione Domini quotquot fuerint, his quartam partem semper adde, & insuper adde quatuor: hos diuide per 7, quot uerò remanserint, ipsi sunt concurrentes. Si nihil remanserit, 7 erunt.

Ad bissextum.

Si cognoscere cupis quotus sit annus à bissextum, tene annos, quos supra diximus, nullo addito uel adempto. Hos diuide per quatuor, quot remanserint, talis erit annus post bissextum. Si nihil remanserit, bissextus erit.

Ad cyclum decennoualem.

Si nosse uis, quotus sit cyclus decennouenalis, tene annos ab incarnatione Domini, & unum semper adijce. Hos partire per 10 & 9, quod remanserit, ipse est cyclus decennoualis. Si nihil remanserit, 9 erit.

Ad cyclum lunarem.

Si uis cognoscere, quotus sit cyclus lunaris, tene annos, ut supra diximus: ex his subtrahe duos, reliquos diuide per 19, quod remanserit, ipse est cyclus lunaris. Si nihil remanserit, 19 erit.

Ad epactas inueniendas.

Si scire uis, quot sunt epactæ, sume supradictos annos: hos diuide per 19, quod remanserit, multiplica undecies, ipsos iterum diuide per 30, quod uerò remanserit, ipsa erit epacta.

Per exempla de ante dictis argumentis, per annos ab origine mundi.

Si uis scire quot sint anni ab origine mundi, multiplica quindecies 409, fiunt 6135, adde regulares 7, fiunt 6142. adde etiam indictionem anni præsentis, quæ est secunda, fiunt 1144. Multiplica quindecies 409. D. Quomodo? M. 400. 800. 1200. 1600. 2000. 4000. 6000. 9. 18. 27. 36. 45. 90. 135. Iunge 6135, adde regulares 7, fiunt 6142. adde indictionem secundam, fiunt 6144. Tot igitur sunt anni secundum nostram computationem ab initio mundi usque in præsentem annum, qui est sine dubio ab incarnatione Domini noningentesimus quadragesimus quartus, iuxta cyclū Dionysij.

De indictione.

Hos 6144 diuide per 15, quot remanserint, ipsa erit indictio. D. Quomodo? M. 15. 30. 60. 90. 120. 150. 180. 210. 240. 270. 300. 600. 900. 1200. 1500. 1800. 2100. 2400. 2700. 3000. 6000. Restant 152. hos diuide per 15. 15. 30. 60. 90. 120. 150. remanent duo, secunda indictio est hoc anno.

Ad cyclum solare inueniendum.

Hos diuide per 28, quod desuper fuerit, ipse est cyclus solaris. D. Quomodo? M. 28. 56. 112. 224. 448. 896. 28. 56. 112. fiunt 1008. Se-

xies mille 87048. restant 113. hos adhuc diuide per 28. 28. 56. 112. remanet 1. Primus annus est in ordine cycli solaris hoc anno.

Ad concurrentes inueniendos.

Hos diuide per 7, quod tunc remanserit, ipse est concurrents. D. Quomodo? M. Cū 6000 adde 1500, & cum 144. 36, quia talis est quarta pars illorum, & erunt in summa 7680. hos diuide per 7. D. Quomodo? M. Quinquies 7. 350. 700. 1050. Septies 1050. 7305. restāt 330, hos adhuc diuide per septem. Quadrages 7. 280. & adhuc restant 50. Hos diuide per septem: septies 7. 49. remanet 1. primus concurrents est hoc anno.

Ad bissextum inueniendum.

Hos diuide per 4, quot remanserint: uerbi gratia: Si unus, aut duo, uel tres, talis erit annus post bissextum. D. Quomodo? M. 4. 8. 12. 16. 20. 40. 60. 80. 100. Decies centum, mille: sexies mille, 6000. restant 144. hos adhuc diuide per quatuor. Quinquies quatuor 20: quinquies 20, 100: & adhuc restant 44. hos diuide per 4, undecies 4, 44. Nunc autem nullus remanet, quia bissextus est hoc anno.

Ad decennoualem cyclum inueniendum.

Hos partire per 19, quod remanserit, cyclus est decennouenalis. D. Quomodo? M. 19. 39. 57. 76. 95. 114. 133. 152. 171. 190. 209. 228. 247. 266. 285. 304. 608. 912. 19. 38. 57. 76. 95. qui sunt simul 1007. Sexies 1007. 6042. restant 109. hos diuide adhuc per 10 & 9, 19. 38. 57. 76. 95. remanent 14, quartus decimus annus est in ordine cycli decennoualis hoc anno.

Ad lunarem cyclum.

Hos diuide per 19, quod remanserit, ipse est cyclus lunæ. D. Quomodo? M. Diuide per 19 ut supra, restant 106: hos adhuc diuide per 19. 19. 38. 57. 76. 95. remanet 11. Undecimus annus est in ordine cycli lunaris hoc anno.

Ad epactam inueniendam.

Hos diuide per 19, quod uerò remanserit, multiplica undecies: ipsos iterum diuide per triginta: quod remanserit, ipsa erit epacta. D. Quomodo? M. Si autem totum istum numerum per 19 diuidis, ut supra, restāt 108. hos adhuc diuide per 19, 19. 38. 57. 76. 95, restant 13, ipsos enim multiplica undecies. D. Quomodo? M. Undecies 10, 110. undecies 3, 33. qui sunt simul 144. hos diuide per triginta, 30. 60. 90. 120, remanent 23: quia tot sunt epactæ hoc anno.

De annis Domini & cæteris argumentis, quæ supra.

Si uis scire quot sint anni ab incarnatione Domini, multiplica 62 sexies. D. Quomodo? M. 60. 120. 180. 240. 300. 600. 900. Bis 15 30. adde 12 regulares, fiunt 942. adde indictionem anni præsentis, quæ est secunda, fiunt 944. Tot igitur sine dubio sunt anni ab incarnatione Domini iuxta cyclum Dionysij.

Ad indictionem.

Hos diuide per 15, quot remanserint, talis erit indictio.

his erit indictio. D. Quomodo? M. 15. 30. 60. 90. 120. 150. 180. 210. 240. 270. 300. 600. 900. Restant 47. hos adhuc diuide per 15. Ter 15 45, remanēt duo: secūda indictio est hoc anno.

Ad cyclum solarem.

Et quotquot fuerint, diuide per 28. quod remanserit, ipse est cyclus solaris. D. Quomodo? M. 28. 56. 112. 224. 448. 896. Restant 57. hos adhuc diuide per 28, 28. 56. remanet unus. Primus annus est in ordine cycli solaris hoc anno.

Ad concurrentes.

Hos uerò diuide per 7, quot remanserint, ipsi sunt concurrentes. D. Quomodo? M. Cum noningentis adde 225, & cum 44, 11. quia talis est quarta pars illorum, & erunt in summa 1184. hos diuide per septem. D. Quomodo? M. Quinquages 7, 350. 700. 1050. restant 134, hos adhuc diuide per 7. Decies septem 70, restāt 64, hos diuide per septem. Nonies septem 63, remanet 1. Primus siue prima concurrens est hoc anno.

Ad bissextum.

Hos diuide per quatuor, quot remanserint, talis erit annus post bissextum. D. Quomodo? M. 4. 7. 12. 16. 20. 40. 60. 80. 100. 200. 300. 600. 900, restāt 44: hos adhuc diuide per quatuor. Undecies quatuor, 44: nunc autem nullus remanet, quia bissextus est hoc anno.

Ad decennouenalem cyclum.

Hos partire per 19, quot remanserint, ipse est cyclus decennouenalis. D. Quomodo? M. 19. 38. 57. 76. 95. 114. 133. 152. 171. 190. 209. 228. 247. 266. 285. 304. 608. 912. Restant 33, dimitte 19, remanent 14. Quartusdecimus annus est in ordine cycli decennouenalis hoc anno.

Ad cyclum lunarem.

Reliquos diuide per 19, quod remanserit, ipse est cyclus lunaris. D. Quomodo? M. Diuide per 19 ut supra, restant 30. Dimitte 19, remanent 11. undecimus annus est in ordine cycli lunaris hoc anno.

Ad epactam inueniendam.

Hos diuide per 19, quod remanserit, multiplica undecies: ipsos iterum diuide per 30, quod uerò remanserit, ipsa est epacta. D. Quomodo? M. Similiter ut supra. Dimitte 912, restant 32: ex his subtrahe 19, remanent 13: hos multiplica undecies. D. Quomodo? M. Undecies decē 130, undecies tres 33, qui sunt simul 144, hos diuide per 30. 30. 60. 90. 120. remanent 23: quia tot sunt epactæ hoc anno.

Per omnem quoque computum quem ducis, si nihil supra fuerit, scias eundem esse completum. Verbi gratia: Si numerum annorum Domini per 4 diuidis, & nihil restat, bissextus est. Si uerò indictmentem quæris, & post decimam quintam diuisionem nihil remanet, decimam quintam scias esse indictmentem. Similiter de cæteris intellige argumentis.

Item cuiusdam, quem probamus de antescrisptis argumentis. 60

Si uis scire quot sint anni ab incarnatione

Domini, multiplica 76 quindecies: adde quatuor regulares: quia de illa indictmente 11 anni præcesserant, & quatuor adhuc restabant, adde insuper illius anni indictmentem, de quo computare uis sicut hoc anno 8, uel illis sunt simul 972. cum iuxta Dionysium 950 inueniantur hoc anno, sicut in cyclo ipsius apparet. Post expletam indictmentem unum adijce.

Ad indictmentem inueniendam.

Si uis scire quora sit indictio, sume supradictos annos, & his adijce regulares 11, illos scilicet annos qui præcesserunt ipsam incarnationem, & diuide per 15. Quot remanserint, talis erit indictio.

Ad cyclum solarem inueniendum.

Si uis scire quous sit annus solaris cycli, sume supradictos annos, & his adijce quindecim: quia tot anni de ipso cyclo præcesserant, ac 13 restabant, & diuide per 28. Quot remanserint, talis erit annus cycli solaris.

Ad concurrentes inueniendos.

Si uis scire quot sint concurrentes, supradictos annos sume, & prius duos ex his subtrahe propter bissextum, qui tunc in secundo exitit anno: deinde cum reliquis omnibus quartam partem ipsorum adijce, ac deinde per septem diuide: quot remanserint, tot sunt concurrentes.

Ad bissextum.

Si uis scire, utrum bissextus, uel quotus ab eo sit annus, sume supradictos annos, atque ex his subtrahe duos, propter bissextum, qui tunc ut supra dictum est, in secundo exitit anno, reliquos uerò diuide per quatuor, quot enim remanserint, tot sunt anni post bissextum: si nihil remanserit, bissextus est.

Ad decennouenalem cyclum inueniendum.

Si uis scire quotus sit annus cycli decennouenalis, sume supradictos annos, & ex his subtrahe duos propter totidem annos, qui adhuc de eodem cyclo restabant, ac deinde per 19 diuide: quot remanserint, talis erit annus cycli decennouenalis. Si nihil remanserit, 19 erit.

Ad lunarem cyclum.

Si uis scire quotus sit annus cycli lunaris, tene supradictos annos, & ex his subtrahe quinque, quia tot anni de eodem cyclo adhuc restabant, & diuide per 19: quot remanserint, talis erit annus cycli lunaris.

Ad epactam inueniendam.

Si uis scire quot sint epactæ, sume supradictos annos, & ex his subtrahe 3, ut ad secundum decennouenalem cycli annum peruenire ualeas, ubi ipse epactarum cyclus incipit. Reliquos per 19 diuide, quod uerò remanserit, multiplica undecies, & si numerus ille infra 30 remanserit, epactas illius anni esse scias. Si ultra excreuerit, tolle 30, & reliquos pro epactis tene. Hæc enim ille solus contemnat, qui auctorem illorum iure reprehendere ualeat.

De ordine indictmentum.

Indictio dicitur ab indicendo. Cum enim Romani

Romani omnibus gentibus imperarent, omnibus tributa indixerunt, quæ eis quinto semper anno pendebantur: sed primo quinquennio 25, secundo argētum, tertio soluebatur aurum: quarto rursus à principio repetebatur, id est ab ære: unde iunctis tribus quinquenijs, quindecim annorum indictmentes singulæ instituta. Et cautum est, ut nullus liber, nullum principis edictum ratum haberetur, quod indictio non præferret. Singulis autem quinquenijs peracto censu, mos erat urbem lustrare, id est circuire, quasi ob purgationem sui: unde & quinqueniū lustrum dicitur, & lustrare, purgare sapissimè dicimus.

Item.

Antiqua Romanorum industria comperimus indictmentes ad cauendum errorem, qui de temporibus fortè oboriri poterat institutas. Cum enim, uerbi gratia, quilibet Imperator medio anni tempore uita uel regno decederet, poterat euenire ut eundem annum unus historicus eiusdem regis ascriberet temporibus, eo quod eius partem regnaret. Alter uerò historicus eundem successor illius potius attulandum putaret, eo quod & hic partem eius æque habet in regno. Verum ne per huiuscemodi dissonantiam error temporibus inoleceret, statuerunt indictmentes, quibus uterque scriptor immò etiam uulgus omnem temporum cursum facillimè conseruaret. quas pro facilitate etiam calculandi quindecim esse uoluerunt.

Vnde concurrentes.

Communis annus, uocatur etiam Simplex & planus, & constat duodecim mensibus, quorum & ordo & nomina iam hic sequuntur: uidelicet secundum astra, & secundum Hebraeos:

- | | |
|----------------|--|
| 1 Aprilis, | In hisce duobus prioribus, habetur Ver. |
| 2 Maius, | |
| 3 Iunius, | Et in istis tribus mensibus habetur Aestas. |
| 4 Iulius, | |
| 5 Augustus, | |
| 6 September, | Istis tribus mensibus, habetur Autumnus. |
| 7 October, | |
| 8 Nouember, | |
| 9 December, | Et in istis tribus ultimis habetur Hyems. |
| 10 Ianuarius, | |
| 11 Februarius, | |
| 12 Martius. | Hic incipit prima pars quatuor temporum anni, dicta Ver. |

Embolismicus annus, dicitur annus transitum habens, seu potius transcensum: quoniam transcendit annum communem uno lunari mense.
 Cyclus decennoualis, aut cursus 19 annorum, est illud certum annorum spacium, post quod omnes Lunationes in eandem horam redeunt, in qua prius fuerunt.
 Epacta, est illud residuum dierum, horarum & minutarum quod manet ex embolismo, & referuntur ad sequentem annum.

Si quidem totam annalis circuitus seriem, quae duodecim mensibus continetur, alphabetis distinximus: ita dumtaxat ut primus & secundus ordo uicenos & septenos dies: tertius autem uno amplius complectatur: illo uidelicet qui de tertio repetitis, octo horis superfluis accrescit, quia Luna moratur in unoquoque signo duodecim diebus & sex horis & bisse, id est duas tertias partes unius horae. Bisse ergo repetito duodecies, efficiuntur octo horae in anno, id est lunari circuitu: ex quibus octo horis per tres annos, id est lunares circuitus, crescit dies unus: si tamen iste dies non inuenitur in pagina regulari, quamuis in annali inueniatur locus uacuus inter o & a in tertio loco. De sex uero horis, crescit dies in quarto signo, & propterea quartum signum multiplicatur semper ter, has subit literas: sed alternis apposimus, id est interualla fecimus, ubi unam scilicet in eo relinquendo uacuam. Plures enim dies sunt in circuitu lunari, in alphabeto, sed quia non singulis diebus apposimus eidem operi, id est annali libello: quot enim literas capit, tot etiam annos, id est lunares circuitus comprehendit.

Quare non inuenitur locus uacuus inter o & a tertia uice in pagina regulari, sicut inuenitur in annali serie: ideo non inuenitur quia uiginti septem diebus & octo horis luna zodiacum percurrit, & litera uniuscuiusque diei, uel locus uacuus in pagina regulari, est, & idem alphabetum tredecies computatur in uno anno: & si locus uacuus fuisset, uiginti octo dies inuenirentur in unoquoque circuitu: & hinc maximus creuisset error, si inter o & a locus fuisset uacuus.

Item quaeritur quomodo in pagina regulari inuenitur illud sydus, quod per locum uacuum inter o & a significatur in annali serie in tertio circuitu, cum nullus locus uacuus in illa pagina inuenitur. Ad hoc breuiter respondere possumus, quod inter o & a illud sydus cognoscitur similitudine bissexti, cui nullus est locus uacuus in annali serie: sed inseritur inter duos solares dies, id est inter septimum & sextum calendarum Martiarum.

Item quaeritur quare sydus quartum in alphabeto semper ter scriptum inuenitur in pagina regulari. Ad hoc sic respondere possumus, quod ideo ter scribitur unum sydus, propter integrum diem, qui de sex horis quater repetitis uniuscuiusque syderis nascitur: illi igitur syderi, in quo tunc luna moratur, ille dies deputatur, id est quarto semper syderi.

Item quaeritur utrum tres dies computantur in aliquo signo, quod ter scriptum non est in pagina regulari. Computantur itaque in tertio circuitu lunari, ubi est locus uacuus inter o & a, in annali serie.

Item quaeritur utrum computantur quatuor dies in signo. Vtique computantur quando ter scribitur unum signum propter sex horas supradictas. Et illi syderi computatur ille dies, qui nascitur de bisse, id est octo horis tertio repetitis. Scrutare septimum & octauum annum, & sextum decimum, & septimum decimum, & octauum decimum.

Item quaeritur quare unum alphabetum tredecies in annali serie scribitur in uno anno, si tredecim uicibus non iteratur unum alphabetum. Sic etiam illud soluitur, quod propter numerum solarium dierum quibus sol signiferum circuit unum alphabetum tredecies iteratur in annali serie, hoc est in trecentis sexaginta quinque diebus & quadrante, uiginti septem uero diebus & octo horis, si cut supra diximus signiferum circumuolat. Ideo non est necesse, ut idem alphabetum iteretur ad significandos eosdem dies, ut eadem signa monstrarentur.

Item quaeritur quare non aliud inchoat alphabetum uniuscuiusque anni in pagina regulari. Sic soluitur, si ab a semper inchoasset, arietis sydus significaretur semper & illo sydere, in quo luna moratur in primo decennoualis circuli anno quando est nona luna in calendis Ianuarijs, sub eodem poneretur a, id est sub ariete: & in eodem sydere, in quo luna moratur in secundo anno supradicti circuli, quando est uigesima luna in calendis Ianuarijs, id est Virginis signo, sub quo inscribitur a: sic etiam de alijs.

Item quaeritur quare Aries scribitur in fine anni, & in principio eiusdem anni. Hoc item ideo agitur, quia in extrema parte Arietis luna peruolat, quando est nona in calendis Ianuarij. Item repetitis octo horis, quia luna moratur in unoquoque signo duobus diebus & sex horis & bisse, id duabus partibus unius horae. Bisse ergo repetito, duodecies efficiuntur octo horae in anno. Ex quibus octo horis per tres annos crescit dies unus. Sed tamen ille dies non inuenitur in pagina regulari, quamuis inueniatur locus uacuus inter o & a, in tertio loco.

De sex uero horis crescens dies in quarto signo, & propterea quartum signum multiplicatur semper ter.

Si uis inuenire, in quo loco debent triplicari signa, discito quod luna zodiacum circum uiginti septem diebus & octo horis perlustrat. Signa autem duodecim, bis duplica, sunt uiginti quatuor, & remanent tres dies ex uiginti septem, qui ternarius quarta pars est, duo denarij, omnis octo horis, quae per ternos annos in crescendo, diem integrum efficiunt: propterea, in quarto loco signa triplicari debent.

Finis.

IANVARIVS Primus mensis Romanorum, Habet dies triginta & unum. Luna uero triginta. Nox, horarum sedecim est: & dies, tantum octo.

Decimus mensis Hebraeorum Thebet, habet in hoc mense locum. & Secundus mensis Graecorum, Eudimios.

Table with columns for letters (a-z), days of the month (calendae, nonae, idus), and events (Circumcisio Domini nostri IESV CHRISTI, Genouefa uirginis, Epiphania, etc.).

Vertical table with columns: Numerus dierum anni, Numerus dierum Ianu., Graeci numeri Ianu., Numerus aureus.

Principium Iani facit tropicus Capricornus.

Ianuarij, Februarijque menses Numa Pompilius anno adijcit, utriusque uiginti octo tribuens dies, sed postea Ianuario unum diem propter imparem numerum qui dijs superis congruebat, addidit.

Notandum est, quod undecimo anno in quarto nonarum Ianuarij luna finitur in embolismo, qui inscribitur Secundo nonarum Decembris.

A decimosexto calendarum Februarij, usque in decimosextum calendarum Martij, ubicumque decima luna occurrerit, in proxima Dominica die post illam, habes Septuagesimam.

Mense Ianuario sanguinem non minuas. Potionem contra offocationem accipe, & electuarium sume: & calicem ex optimo uino plenum ieiunus bibe, propter infusionem sanguinis. GINGER & reuponticum sume.

Iani prima dies, & septima sine timetur. Hora scilicet prima primi diei, ut plurimum, etiam quinta illius septimi.

Martyrolo-

MARTYROLOGIUM.

Ianuarus.

PRimum nunc Iani uocatum nomine mensis, Vnde sacratu eat, recolatque festa canemus.

Table with columns: Calendae, and text descriptions of events and feasts for each day of the month (e.g., Quod ueteres colere patres, umbramque futuri, Expofuit sancta Christi de Virgine nati).

Beda, tomus 1.

M

Secundus mensis Romanorum, FEBRUARIUS Habet dies uiginti & octo. Luna uero uiginti & nouem. Nox, horarum quatuordecim est: & dies, tantum decem.

Vndecimus mensis Hebraeorum Sabbath, habet in hoc mense locum. & tertius mensis Graecorum, Peritios.

Table with columns for days of the month (calendae, nonae, idus, kalendae) and corresponding events and dates. Includes entries for Brigidæ uirginis, Hypapanti Domini, Blasij episcopi, Ingenuini episcopi, Agathæ uirginis, Vedasti confessoris, Iulianæ uirginis, Veris initium, Scholasticæ uirginis, Desiderij episcopi, MARTII, Romæ Valentini presbyteri, Faustini & Iouittæ martyrum, Pantaleonis martyris, Diabolus à Domino recessit, Veris ortus, In Antiochia, cathedra sancti Petri apostoli, Zenonis martyris, Mathiæ apostoli, Valdpurgæ uirginis, Fortunati, Septimus mensis Aegyptiorum Phanemoth, Sexagesima.

Quis quartus annus habet Februarium uigintinouem dierum, bissexti causa. Mense Numæ in medio solidi stat sydus Aquarij.

Februarium, à Februo, id est à Plutone inferorum deo, Numa nominauit, qui lustrationum potens esse credebatur: lustrariq; eo modo se ciuitatem necesse erat: quo statuit, ut iusta dijs Manibus uota soluerentur. Ideo hunc pari numero dijs inferis congruo, dedicauit.

Februarius in bissextili anno trigessimam debet accipere lunam, quia & luna quadrantem probatur habere. Reliquis uero semper annis, uigintinouem debet habere. Sed in undecimo anno, in calendis Februarij trigesima fit luna, quæ non Februario, sed Ianuario deputatur.

A septimo idus Februarij, usque in nonas Martij, ubicunque secunda luna euenerit, in proxima Dominica die post eam habes Quadragesimam.

Epactæ Solis id est concurrentes septimanæ dies, aptissime in calendis Martij mutantur: quia si eas secundum in calendis Ianuarij mutaueris, in bissextili anno bis illas mutare necesse habes: ita ut in Ianuario & Februario intermissis in solari cyclo concurrentibus, utaris in Martio uero, & cæteris mensibus, illis quas in eo de cyclo adscriptas inueneris. Ad concurrentes uero inueniendas, id est præsentibus adijcitur, ut sequentes inueniantur. In quarto autem semper anno, duo propter bissexturn adduntur, & nunquam septenarium numerum transgrediuntur. Post uiginti quoq; & octo annos, ad principium semper reditur.

De pollice sanguinem minues, sic tamen ut antè accipias ad deponendū diagridium confectū, & quando hoc es bibiturus, intra in balneum calidum, & cum omnia membra coeperint calescere, tunc aquam calidam cum uino mixtam bibe: cataplasma capiti imposito, oculos turbulētos sanat. Betas non comedas, quoniam uenenum habent.

Ast Februi quarta est, præcedit tertia finem.

Hora scilicet octaua quarti diei, ut plurimum, & quinta alterius, cauenda.

Tertius

Februarius.

- calendæ Nunc etiam Februi texemus carmine cursum, Quæq; ferat pariter festorum signa dierum. Brigida uirgo potens Februi sibi prima calendas, Scothorum sancit miro celebrata fauore. 4 nonarū Quartum nonarum templo illatus dicat Agnus, Quo lustrante Deo in unum plebs credula templum, 3 nonarum Mente pia locat acceptum, sternitq; tribunal, Ternis & nonis Lupicino festa sacrantur, Hisq; cruore pio Celerinus cum Celerina, 2 nonarum Eniter Ignatius Laurentinusq; beati. Tum pridie nonas Aquilinus uindicat almus, Antistesq; inter Phileas cum Philoromo, nonæ Sicania populos nonis sibi subdit Agathæ, Virginis eximio uirtus celebrata decore. 8 iduum Idibus octauis martyr Dorothea coruscat. 7 iduum Augulæ septenis mundum uincendo triumphas. Tum quoq; uer primos confurgit astris in ortu. 6 iduum Senas Dionysius ornat & Amylianus. 5 iduum Quinis Ammonem recolunt pia uota beatum, 4 iduum Sother, Hyreneus & Scholastica uirgo quaternis, Egregia pariter meritorum laude nitescunt. 3 iduum Ternis hinc Desiderius Lugduna coronat, Moenia Parthemio & Calocero Roma refulget, 2 iduum Eulaliæ festum pridie sanguisq; coruscat, Vrbs Barcydon eximia qua martyre gaudet. idus Idibus athereum Iulianus scandit honorem, Sponsa beata animum cælo cui iungit ouantem. 16 ca. Mar. Tum decimosextoq; die præeunte calendas, Martyr Vitalis nitet & Felicula uirgo, Atque Valentinum memorant sua gesta beatum, 15 calend. Hinc decimo & quinto meritum clarescit Agapes, Hocq; die poenis casos ueneratur acerbis, Brixia Faustinum celebrem, sanctamq; Iouittam. Hic etiam geminos scandit Sol sydere Pisces. 14 calend. Quartus cum decimo Iuliana martyre lucet, Onesimumq; colit Paulo doctore beatum, 13 calend. Tertius ac decimus Polocroni festa reuoluit, Donatq; fides sanguis, quos iungit & ara, 12 calend. Bissennumq; diem Martialis sanctus honorat. 11 calend. Publius undecimum simul & Iulianus adornant. 10 calend. Mox decimus laudem recolit, famamq; coronat. 9 calend. Victorine tuo nonus de nomine fulget, 8 calend. Octauoq; Petri cathedra & doctrina coruscat, Vrbs læta Antiochi, quo primū præfule uernat. 7 calend. Septimus eximio Polycarpi splendet honore Presbyter ore fide, Christi qui iussa sequutus Martyrio turbam potuit seruare fidem. 6 calend. Sextus apostolica radiat uirtute Mathiæ, Occultumq; diu caput hoc Baptista retexit. Hic Bissexturn enim quartoq; intexitur anno. 5 calend. Quinta dies Crescenti augetur laude beati. 4 calend. Nestore quartus ouat socio pariterq; Theone. 3 calend. Tertius Hesperia Leandro antistite floret. 2 calend. Macario pridie Rufinus iungitur almus, Hic finis Februi concludit lumina mensis.

Hi tres uersus, qui æquæ ordine cæterorum non incipiunt, ex Martyrologio segregantur.

Tertius mensis Romanorum,
MARTIVS Habet dies triginta & unum.
Luna uero triginta.
Nox, horarum tredecim est: & dies, tantum undecim.

Duodecimus mensis Hebraeorum Adar, habet in hoc mense locum.
& quartus mensis Graecorum, Distros.

Table with columns for days of the month (a-i), Roman calendar terms (calende, nonae, idus, kalends), and events (Donati martyris, Romae Simplicij papae, etc.). Includes a small table of numbers on the right side.

Martius hic falcem retinens uult cedere uitem.

Martij mensis cum sequentibus nouem mensibus, Romulus ordinauit, primumque anni mensis illum esse constituit, & eum Marti, cuius se filium credi uoluit, dicauit: eo quod hoc mense constet, Iunonem peperisse Martem in Phrygia. Vnde & a Marte, Martius nominatur.

In anno undecimo, luna quae debuit in calendis Martij uigesima nona esse, uigesima octaua fit, propter quartum embolismum, qui inferitur secundo nonarum Decembris, anno decimo. Quod si bissextus eo anno fuerit, uigesima nona erit. Sed haec luna non Martij, sed Februarij est. Martij autem luna in quinto nonarum ipsius accenditur.

A duodecimo calendarum Aprilis usque in decimum quartum calendarum Maij, ubicunque decima quarta luna contigerit: in proxima Dominica die post illam Pascha rite celebratur.

Ab octauo idus Martij usque in nonas Aprilis, quaecunque luna accensa fuerit, primi mensis Hebraeorum Nisan initium facit.

Mense Martio, dulcimen ieiunii comedant, & merum dulce bibant: agramen coctum edant, & raphana confecta: calido balneo usirent: sanguinem non minuunt: solutionem non accipiant, quia ipsa solutio frigores generat: potio eorum sit ruta & libystica.

Martis prima necat, cuius sic cuspide quarta est.
Hora scilicet prima primi diei, ut plurimum, & etiam secunda hora diei quarti, cauenda.

Aprilis

Martius,
Martius insigni feriatu tempore demum,
Quorum praemineat breuiter dicemus honorem.

- calendae Martis Donatus tenet Albinusque calendas.
Senis mox nonis Heraclius Paulusque coluntur.
6 nonarum Quinas Magra pio nonas defendit amore,
7 nonarum His & Emitherius Celedonius atque Marinus,
4 nonarum Lucius hinc papa preciosa morte quaternis,
3 nonarum Martyrum & octingentorum turba optima fulget,
2 nonarum Ternas martyr habet meritorum nomine Phocas,
1 nonarum Sanguine qui mortem uicit uirtute draconem,
nonae Victorinus ouat pridie Victorque retrusi
Carere qui celso penetrarunt astra uolatu.
8 iduum Nonis Felicitas micat, & Perpetua castam,
7 iduum Quae Christo uitam felici morte dicarunt.
6 iduum Idus octauas martyr Cyrillus & una
5 iduum Confimili retinet uenerandus honore rogatus,
4 iduum Septenis quadrageno sub milite festum
3 iduum Armenia recolunt unum sacra templa minoris,
2 iduum Senis Gaius, Alexanderque coluntur eisdem,
1 iduum Quadragesima & bina cohaeret turba cruore,
17 ca. Apr. Septima post decimam Aprilis de more calendis
16 calend. Praecedens Cyriaci & Largi splendet honore,
15 calend. Smaragdique simul precioso sanguine uernat.
14 calend. Bis octona tuo Patrici nomine pollet,
13 calend. Scothica gentilem miseratè per oppida cultum,
12 calend. Hac quoque Gertruda redduntur uora beatae,
11 calend. Praeful Alexander ter quinam possidet altam
10 calend. Presbyter & Romam Pigmenus sanguine lustrat.
9 calend. Bis septena Ioanne eremi cultore coruscat.
8 calend. Tertia cum decima Gurbretti laude nitentes
7 calend. Anglorum ducit per mystica gaudia plebes.
6 calend. Tum duodena fide Benedicti & nomine fulget.
5 calend. Coenobiale decus duce quo latatur in orbe.
4 calend. Vndecima antistes tribuit pia lumina Paulus,
3 calend. Quo iure exultat proprio Narbona magistro.
2 calend. Felix hinc decimam & Theodorus cum Iuliano
1 calend. Ornant eximia uirtutum laude ferendi.
17 ca. Apr. Romulus & nonam pariterque Secundulus implet.
16 calend. Angelus octaua uenturum nuntiat agnum,
15 calend. Agnus & ipse cruce mundi pro morte leuatur.
14 calend. Septima Montanum memorat cum coniuge sancta,
13 calend. Atque simul quadrageno cum martyre possum.
12 calend. Agni surgentis resplendet sexta triumpho.
11 calend. Quinta Priscus, Alexander Malchusque coluntur.
10 calend. Hanc quoque Guntrammus migrans rex optimus ornauit.
9 calend. Eustathius quarta uirtutis laude coruscat,
8 calend. Abba Columbano nituit Quirite magistro.
7 calend. Tertia Domnino comite & Victore resfulget.
6 calend. Diodolus pridie emicat Anesuscque beati,
5 calend. Hic Martis uolens determinat orbita mensis.

Beda, tom. 1.

M

Quartus mensis Romanorum, Habet dies triginta. Luna uero uiginti & nouem. Nox, horarum undecim est: & dies, tredecim.

Primus mensis Hebraeorum Nisan, habet in hoc mense locum. & quintus mensis Graecorum, Xandicos.

Table with columns for day letters (a-a), month letters (m), and day numbers (1-30). Includes entries for Quintiani martyris, Ambrosij episcopi Mediolanensis, Septem uirginum, Romae Leonis papae, Tiburtij, Valeriani & Maximi, Aegypto fidicula occidit uesper, Sol in Taurum, Senesij martyris, Maximi martyris, Georgij martyris & Adelberti episcopi & martyris, Marci euangelistae, Cleti papae, Noe intrauit in arcam in principio anni, Romae Vitalis martyris, and Quirini episcopi & martyris.

Aprilis rastrum tollendo temperat agrum.

Aprilem mensē, quasi aperilem Romulus nominauit, eo quod in illo remotis nubibus pruinae, ac tempestatibus hybernis, caelum, terra, mare, horoscopia, agricolis, nautis aperiantur: arbores quoque & herbae in germen, sed & animantia quaeque in prolem se aperire incipiant.

Composita scire debet, quod in octauo & decimonono anno luna Aprilis in Maio finitur, propter duos embolismos, qui faciunt lunam trigessimam in secundo nonarum Aprilis, decimo tertio anno, & in tertio nonarum Aprilis decimonono anno. Item anno undecimo in calendis Aprilis, luna trigesima est, scilicet haec Martio deputatur.

A septimo calendarum Maij usque in decimum Iunij, terminum Rogationum uigesima luna declarat.

Mense Aprili bonum est sanguinem minuere. Potionem ad soluendum accipere. Carnes recentes comedere. A radicibus abstinere. Sanguinem intercutaneum minuere. Calidis usitare. Dolorem stomachi purgare. Vnguento calastico usitare. Potio eorum sit betonica & pipinella: & raphanum manducant: quia tunc nascuntur scabies & caligines. Qui haec custodierit, sanitatem naturalem restaurabit.

Aprilis decimo est, undeno & sine timetur.

Hora scilicet prima decimi diei, ut plurimum, & etiam nona hora alterius diei, cauenda.

Quintus mensis

Table with columns for day letters (a-a), month letters (m), and day numbers (1-30). Includes entries for Virgineo insignes Agape & Chionia festo, Aprilis focio saciant sibi iure calendae, Lugduni quartis nonis sacer urbe Nicetus, Euagrius ternis splendet martyrque benignus, Atque pari fulget Theodosia uirgo nitore, Ambrosius pridie aethereum penetravit honore, Nonis uirgo pia de morte refulget, haerent, Idibus octauis Xystus martyrque sacerque, Praeminet Adriano mortem sub Caesare passus, Diogenes septenis Eleusiusque feruntur, Maximus & senas idus tenat atque Solutor, Lampade septena quinis micat idibus alto, Virgineus radians simul aethere flosque decorque, Ezechiel uates sancto dicat ore quaternas, Pontifice & summo ternae irradiante Leone, Splendent ore manu Christi, qui pauit ouile, Iulius antistes pridie Romana reuisit, Moenia catholico clarus pro dogmate pastor, Idibus Hermingilde patrem rex alme furentem, Persentis uerum referens de morte triumphum, Octaua & decima Maia superante calendae, Valerianus orat, fraterque Tiburtius ipsos, Maximus effuso comitatur sanguine miles, Septima Olympiadem decimae coniuncta beatum, Monstrat, eamque simul defendit maximus alter, Sexta & dena Chariso Callistoque refulget, Quos mare septena mersos cum plebe beauit, Mappalicus quinta decima Hermonesque Petrusque, Collucent merito uirtute & sanguine clari, Bis septena Eleutherius, mater quoque sancta Anthia praecellent uitam moriendo sequuti, Gaio, Aristonico, Ruffo, Hermogene, atque Galato, Tertia cum decima expedito & martyre fulget, Marcellinus, Dominus, Vincentius, atque Nomine bis senam radiant festoque fideque, Festa Synesij celebrantur martyris almi, Pontifices tumulo doctrina & morte beati, Undecima Gaius pariter, Simeonque coluntur, Terni presbyteri decimam ternaque coronant, Palma Parmeniusque Elimenes Chrysofelusque, Hac quoque diuino patuerunt prodita nutu Corpora martyrio ecclesiam lustrantia trino, Dionysij, Rustici, Eleutherijque beati, Felicemque sacrum gemino dignumque ministro, Nona docet Fortunatumque & Achillea iunctos, Hac etiam inuicto mundum qui sanguine temnis Infinita refers Georgi sancte trophaea, Martyr Alexander triceno martyre laetus, Ac terno octaua Lugduni moenia sancit, Mox euangelico Marcus tonat ore beatus, Septima quo capit eximium rediuita nitorem, Sextaque pontificis recolat certamina Cleti Richarioque nitet uita cultore beatae, Quinta Anastasium papam celebramus eidem, Anthimus antistes digna uirtute cohaeret, Quarta Vitalem Christi pronomine caesum, Commemorat uitam meruit qui morte perennem, Tertia pontifices ara meritisque dicatos, Agapium, pariterque Secundinum ueneratur, Martyrij Iacobus similem & Marianus honorem, Sortiti pridie finem metantur Aprili.

Purpureo quem flore sibi uer sancit Aprilem, Dicemus, quibus attollat sua gaudia festis.

M 4

Quintus mensis Romanorum. MAIUS Habet dies triginta & unum. Luna uero triginta. Nox, horarum octo est: & dies, sedecim.

Secundus mensis Hebraeorum Iair, habet in hoc mense locum, & sextus mensis Graecorum Artemisios.

Table with columns for letters (b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, v, x, y, z), calendar days (6 non., 5 non., 4 non., 3 non., 2 non., nona, 8 idus, 7 idus, 6 idus, 5 idus, 4 idus, 3 idus, 2 idus, 17 cal., 16 cal., 15 cal., 14 cal., 13 cal., 12 cal., 11 cal., 10 cal., 9 cal., 8 cal., 7 cal., 6 cal., 5 cal., 4 cal., 3 cal., 2 cal.), and events (Philippi & Iacobi apostolorum, Alexandri, Euentij & Theodoli, Floriani martyris, Ascensio Domini, Iohannis apostoli, Victoris martyris, Aetatis initium, Gordiani & Epimachi, Nerei, Achillei, Pancratij, Sanctae Mariae ad martyres, Pachumij abbatis, Descendit Spiritus sanctus super apostolos, Octaua sanctorum Gordiani & Epimachi, Potentianae uirginis & martyris, Valentis martyris, Ultimus terminus Rogationum, Romae Urbani papae, Augustini episcopi Anglorum, Parisiorum Germani episcopi, Maximini episcopi & confessoris in Treueri, Petronellae uirginis).

Alligat ad fustes hic Maius in ordine uites.

Maium in honorem maiorum, sicut Iunium in honorem iuniorum: in quos populum diuise, Romulus nominauit: altera enim parte armis, altera consilio tueri rempublicam uoluit.

Contendunt alij, Maiam Mercurij matrem, Maio nomen dedisse: quia in hoc mense mercatores Maiam Mercurioq; sacrificabant.

In anno octauo, luna quae debuit in calendis Maij uigesimo octaua esse, uigesima septima fit, propter tertium embolismum, qui secundo nonarum Martij inferitur. Item in anno decimonono, luna quae debuit in calendis Maij uigesima nona esse, uigesimo octaua inuenitur, propter embolismum septimum, qui tertio nonarum Martij incipit.

A septimo idus Maij, usque in octauo idus Iunij, ubicunque quarta luna occurrerit, in proxima dominica die post illam Pentecostes celebratur.

Mense Maio nullum penitus caput comedant: calidum bibant: calidis usitent: caput purgent: uenam hepaticam incidant, & potionem contra offocationem accipiant: cataplasma capiti imponant, oculos turbulentos sanat, pruriginem mundat, urinam curat: olera frigida esitent: agramma sumant: bibant ab synthium, sceniculum & pyretum & gilganum.

Tertius est Maio lupus, est & septimus anguis. Hora scilicet septima, decimi diei, ut plurimum, & etiam decima hora alterius diei, cauenda.

Sextus mens

Table with columns for calendar days (calendae, 6 nonarum, 5 nonarum, 4 nonarum, nona, 8 iduum, 7 iduum, 6 iduum, 5 iduum, 4 iduum, 3 iduum, 2 iduum, idus, 17 cal. Iun., 16 calend., 15 calend., 14 calend., 13 calend., 12 calend., 11 calend., 10 calend., 9 calend., 8 calend., 7 calend., 6 calend., 5 calend., 4 calend., 3 calend., 2 calend.) and events (Maias prima sacrat Christi doctrina, Frater ex his Domini Iacobus micat atque Philippus, Hieremiasq; simul uatum celebratur opimus, Rexq; Sigismundus suo pro sanguine regnat, Sextus hinc nonis Athanasii magne refulges, Arria quo primum perijt uictore colubra, Praesul Alexander quinas & Euentius ornant, Theodolusq; Dei pariter pro nomine caesi, His quoq; celsa crucis radiant uexilla reperta, Sylvanus quartas Antonia cum Floriano, Perpetua cingunt mentis uirtute decori, Stelliferum ternis Christus transcendit olympum, Hilarioq; Arelas pollet Vienna Niceto, Praecelsum pridie celebrant Romana Ioannem, Templa Dei, qui pleno hausit de pectore uerbum, Morte pia nonas Iuuenalis sanctus honorat, Idibus octonis Mediolani urbe coruscat, Martyr praecipuo uenerandus Victor amore, Ter centum radiant septenis idibus una, Martyrio denique simul decorante beato, Senis Gordianus & Epimachus ob unam, Caduntur Christi pariter laudemq; fidemq;, Has quoque Iob patiendi exemplo sanctus honorat, Quinas eximio antistes splendore Mamertus, Insignit, solenne Deo qui ferre litamen, Ieiunij instituit ternis sub luce diei, Virgo tuos colimus comites Domicilla quaternis, Nerea, Pancratium, cum quis & Achillea sanctum, Primus apostolico docuit tinxitq; lauacro, Quos Petrus egregia Romae cum uirgine iunctos, Seruatium ternis ueneramur in idibus alium, Pachomius pridie uictorq; simulq; corona, Splendent, hic eremita potens, illiq; cruoris, Martyrijq; Deum socia uirtute sequuti, Pontifices septem Hesperiam simul idibus ornant, Septima Timothei cum dena nomine lucet, Veridica Paulus docuit, quem uoce beatus, Sextaq; cum dena peregrino martyre uernat, Quintam cum decima martyr Dioscorus implet, Bis septena Pudenciana uirgine claret, Cum dena tertiam retinet fulcitq; Basilla, Baudeliusq; simul trabeatus sanguine uernat, Bissena Polius, Eurychius atque Timotheus, Praesul & hac Deo martyrq; Valens uenerandus, Augia te laetis ducit per gaudia uotis, Undecimam castus sacer Amyliusq; dicarunt, Lingonicam decima Desiderius sacrat urbem, Antistesq; martyrq; Dei galeatus honore, Donatianus, Mamnetes cum Rogatiano, Fremq; pio exornat fidei certamine nonam, Octaua Urbanus meritorum stemmate fulget, Infula quem doctrina simul sanguisq; beaui, Augustine tuum commendat septima nomen, Lactea quo renitent Anglorum milia uerbi, Principe quo Christum domiti sensere Britanni, Iulius hinc sextum miles martyrq; uenustat, Quinto Parisij Germanum turba frequentat, Tunc quoque pontificem celebrat sua Roma Ioannem, Maximine tibi quarto Treuir alta coruscat, Tertius Hugberto papa & Felice dicatur, Tum pridie Petronella Petri de germine sancto, Fulgida uirgo micat Christi trabeata decori.

Hinc Maium aestiuo primum sub sole calentem, Quae longisq; ferat, pro nemus uota diebus.

Cantius & Cantianus cum Cantianella Collucent, Maiu haec claudunt solennia mensis.

Sextus mensis Romanorum.
IVNIUS Habet dies triginta.
 Luna uero uiginti & nouem.
 Nox, horarum sex est: & dies, octo decim.

Tertius mensis Hebraeorum Siuan, habet in hoc mense locum,
 & Octauus mensis Graecorum Deseos.

e	c	m	o	e	calend	Nicomedis martyris. Simeonis in Treueri.	19	12	1	152	o
i	d	n	r	A	4 non.	Marcellini papae & martyris, Petri exorcistae.	8	13	2	153	p
e	f	o	u	d	3 non.		14	3	154	q	
u	g	p	c	g	2 non.	Initium de signis, secundum Graecos.	16	15	4	155	r
a	h	q	f	c	nonae	Bonifacii archiepiscopi.	5	16	5	156	s
i	k	r	i	f	8 idus	Hic desinunt aues canere.	17	6	157	t	
l	s	m	b	13	7 idus	Medardi episcopi & confessoris,	13	18	7	158	u
i	m	n	c	12	6 idus	Primi & Feliciani.	2	19	8	159	x
o	n	t	p	e	5 idus		20	9	160	y	
u	r	u	s	A	4 idus	Barnabae apostoli.	10	21	10	161	z
p	a	a	b	d	3 idus	Romae Basilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii.	22	11	162	a	
a	b	c	e	2 idus	Vicinium pentecostes.	18	23	12	163	b	
e	b	d	f	18	18 cal.	IVLII. J. Valerii, Rufini martyrum.	7	24	13	164	c
				17	17 cal.	Viti, Modesti, & Crescentiae uirginis.	25	14	165	d	
				16	16 cal.		15	26	15	166	e
				15	15 cal.	Sol in Cancrum.	4	27	16	167	f
				14	14 cal.	Marci & Marcelliani.	28	17	168	g	
				13	13 cal.	Protasii & Geruasii.	12	29	18	169	h
				12	12 cal.	Solstitium secundum Orientem.	1	1	19	170	i
				11	11 cal.	Albani martyris.	2	2	20	171	k
				10	10 cal.	Iacobi Alphi apostoli.	9	3	21	172	l
				9	9 cal.	Vigilia sancti Ioannis Baptistae.	4	22	173	m	
				8	8 cal.	Natiuitas sancti Ioannis Baptistae.	17	5	23	174	n
				7	7 cal.	Decimus mensis Aegyptiorum Epifi.	6	6	24	175	o
				6	6 cal.	Romae sanctorum Ioannis & Pauli.	7	25	176	p	
				5	5 cal.		14	8	26	177	q
				4	4 cal.	Leonis papae. Vigilia apostolorum Petri & Pauli.	3	9	27	178	r
				3	3 cal.	Passio apostolorum Petri & Pauli.	10	28	179	s	
				2	2 cal.		11	11	29	180	t
							12	30	181	u	

Tellurem concurro Iunius profcindit aratro.
 Ardentis penetrat quoq; Phoebi sydera Cancrī.
 Centra hic Solstitium medio, summoq; coruscet.

Iunius, à iunioribus populi Romani appellatur: siue (ut Cyngius arbitratur) Iunonius ante uocabatur, à Iunone: & post, detritis quibusdam literis, Iunius dictus est. Nam & aedes Iunonis Monetae, calendis Iunii dedicatae sunt.

Intuendum est, quod in octauo anno, in quarto nonarum Iunii, luna trigesima est, sed haec Maij est. Luna autem Iunii in Iulio finitur.

Item onno decimo octauo in calendis Iunii trigesima luna inueiuitur, sed haec Maio deputatur. Luna uero Iunii finitur secundo calendarum Iulij.

A priori quarta feria Martij, qua ieiunium celebratur, usque ad ieiunium Iunii, quatuordecim hebdomadae sunt: & ab hoc tempore usque ad ieiunium Septembris, sunt quoque quatuordecim hebdomadae.

Mense Iulio omnibus diebus mane ieiuni, plenum calicem de aqua frigida bibant. Ceruissiam, siue (ut nonnulli uocant) Medum, non bibant. Sinapim esitent. Lactucas manducant. Acetum bibere oportet. Et ex herbis, saluam & sauinam in potiunculis bibant: quia tunc, cerebrum humores producere solet.

Iunius in decimo, quindenium à fine salutat.
 Hora scilicet quinta, decimi diei, ut plurimum, & etiam
 quarta hora alterius diei, cauenda.

Septimus mens-

calendae	Iunii origo tuum sustollit in astra nitorem, Pamphile martyrio doctor uenerande beato, Martyris huncq; diem festum Nicomedis adornat.
4 nonarum	Marcelline sacer, Petre exorcista quaternis Nonis communem dignamq; litatis ad aram, Lugdunice pio Blandina uocatur honore, Quadragea quae simul octonaq; coruscum, Cum plebe nexit flammis undisq; monile.
3 nonarum	Pergentinus item Laurentinusq; cruoris, Et generis ternas gemino fulgore uenustam, Aureliana suum plebes recoliteq; Liphardum,
2 nonarum	Martyr & antistes pridie sacra uota Quirinus Accumulans proprio Christu de sanguine placat,
nonae	Nonis antistes fulget Bonifacius Anglis Edictus ad Christum Oceani, qui traxit alumnos Eresonum puro submittens colla lauacro.
8 iduum	Octonas idus Ceratus episcopus ornar Urbem, qui fultit Gratiano principe dictam.
7 iduum	Paulus septenas praesul tuus alta Byzanti, Progenies meritumq; pium quos iungit & ara, Gildardus senas pariterq; Medardus honorant.
6 iduum	Quinas primus habet, iuncto sibi Feliciano. Quarta Basilide, & his deno martyre uernant.
5 iduum	Barnabas ternas exornat apostolus idem. Cyrinus pridie effulget Nazarcq; Naborq; His & Basilidem festo sociamus eodem.
4 iduum	Idus illustrat Felicula uirgo cruore, Lac Petronella tibi uerbum, quam iunxit & aetas.
3 iduum	Octauo Iuli & deno ante exordia mensis, Vates Heliseus, simul Abdias refulgent, Hic quoque Valerio & Rufino martyre gaudet.
2 iduum	Septeno deno Virtus cum uirgine Clara, Margarita martyrij splendore nitescit, Hocq; Modestus & alma nitet Crescentia uirgo.
idus	Sedecimo Cyricus iustitia cum genitrice Clarescit uera Christi pietate fideq; Quindecimus septem, quinquagenisq; ducentis Martyribus iucundam mittit ad astra coronam.
18 cal. Iul.	Quartum cum deno precioso sanguine fratres Marcellianus pariter Marcusq; sacrarunt, Hunc quoq; Balbinæ iustrat meritumq; decusq; Geruasius terdenum Protasiusq; coronantur.
17 calend.	Vitalisq; paternatos sequitur duodeno. Martyr Rufinusq; undeno & Maria pollut. Albanus decimo defendit laude Britannos, Paulinusq; Nolam meritis & nomine iustrat.
16 calend.	Anglorum nono Ediltrud de germine fulget. Octauo natus colitur Baptista Ioannes. Septeno Romam Luceia exornat amore, Scampio bis deno & bino martyre laeta, De quibus Aceias socio conlucet honore.
15 calend.	Sextum martyr habet Paulus simul atque Ioannes Germine, amore, fide, uirtute & sanguine fratres, Cum quibus augusto radiat Constantia seruo, Saluius & sanctus Scalditum litora uisit.
14 calend.	Hesperiam quinto antistes martyrcq; Zoelus Martyribus cumula iunctus denisq; nouemq; Praesule quartus ouat uerbi & doctore Leone. Tertius auratam sustollit ad aethera Romam Martyrio pariter Petri Pauliq; beato.
13 calend.	Lemouicum pridie colitur Martialis honore, Iunius his cellum festis determinat orbem.

Iunius imbrifugo aetatis sub
 caumate feruens,
 Tempia, quibus festa ueles
 ae ironde canemus.

Sextus mensis Romanorum.
IVLIVS Habet dies triginta & unum.
Luna uero triginta.
Nox, horarum octo est: & dies, sedecim.

Quartus mensis Hebraeorum Thamuz, habet in hoc mense locum,
& Octauus mensis Graecorum Phanemos.

Table with columns for days of the month (e.g., 6 non., 5 non., 4 non.), Roman calendar terms (e.g., idus, calende), and events (e.g., Romae Processi & Martiniani, Translatio Thomae apostoli in Edeffa). Includes a small table of numbers at the bottom right of the main table.

Iulius ergo fecat gramen foenumque reseruat.

Iulius prius dictus erat Quintilis, quia a primo tunc mense Martio quintus est mensis. Verum postea in honorem Iulij Caesaris dictatoris, legem ferente Marco Antonino consule, Iulius appellatus est.

Sciendum postea est, in octauo anno, quod in calendis Iulij mensis trigesima luna, secundum regulam debuit esse, sed propter tertium embolismum uigesima nona luna haec est, & etiam mensis Iulij.

Item anno decimonono, nos qui epactas lunares a Septembre incipimus, in tertio calendarum Augusti trigessimam Iulij lunam, saltus ratione praetermittimus, ita ut eadem die pro trigesima dicamus primam.

Sicque in calendis Augusti, tertia fit, quum secundum regulam non esse debuerit, quatenus in calendis Septembris, quinta effici possit.

Mense Iulio, Venere non usitent. Sanguis non minuatur ullo modo. Porionem non bibant. Rutam & saluam usitent: flores apij & uuae bibant. Plenum calicem de aqua ieiuni bibant, propter choleras soluendas.

Tredecimus Iulij decimo minuit ante calendas,
Hora scilicet undecima decimitertij diei, ut plurimum, & etiam nona hora illius septimi diei, cautenda.

Iulius

Iulius hinc flatus humeros re dimittis aristis,
Quos supplex aris teneransque colat, memoremus.
Primus qui ueteris populi legisque sacerdos
Exitit incensi primusque litauit ad aram
Aaron orditur Iuli sacratque calendas,
Has quoque contemptor mundi Carilephus honorat
Processus sextus retinet cum Martiniano,
Nonas martyrij laeto irradianteque decore,
Pontifices quintas Anatolius Eulogiusque,
Lauriane tenes meritorum nomine quartas,
Offaque Martini tumulo mutata uenustant.
Domitius ternas dicat, & clarissima Zoe
Auxit martyrio coetumque iure beatum.
Eximius uatum pridie defectus in orbe
Martyrio Esaias uirtute atque ore cortuscat,
Tranquilline simul duplici splendore resulges,
Sanctorum genitor sanctos comitate peremptos,
Tumque Goar Christi colitur famulusque sacerque
Pantemnonis splendet meritumque fidesque.
Octauo ante idus Cilianus Procopiusque,
Excellent Christum uirtute & morte sequuti.
Audax septeno pariterque Anatolia claret,
Nec minus & contemptor opum sacer eminet Ephrem.
Sexto germana Christo pro sorte coronam,
Progenie septena dicat Felicitas alma,
Quam genuit gratamque Deo praemisit ad aram.
Martyrio quintum sancit Ianuarius atque
Contimili decorat Pelagia sancta nitore
Tum Beneuentanis translata montibus almi,
Iusta patris Benedicti nunc Ligera alius honorat.
Hermagoram quarto supplex Aquileia frequentat,
Antistes precibus populum qui fulcit & urbem.
Tertius Aegyptum praesentat Serapioni,
Attalus & martyr caelesti flore nitescit.
Antistes pridie & martyr petit aethera Phocas,
Idibus effulgent Cassianus Syricusque,
Et Iacobus meritis celebratur episcopus amplis.
Cum decima Augustum praesignans septima mensent,
Hilarine tuos martyr nitet optime festo.
Sedecimam uotis Carthago spectat opimis,
Martyrij plebem duodenam laeta frequentans,
Scyllitana simul capiti, quos patria misit.
Quindecimam genitrix septena prole dicauit,
Symphorosa pio pariter germine caesa.
Arsenius quartam denamque eremita uenustate,
Et ternam denam Philibertus sanctus adornat.
Praxedis duodena effulget uirginis, atque
Prophetae Danielis nomine sine fideque,
Ipsa luce pijs solennis dedicatio Petri.
Undecimam Christo felix miserante Maria,
Ornat septeno caruit quae damone, quamque
Magdala progenitam signat cognomine origo:
Vandregisle tibi hac monachorum uota recurrunt.
Hinc decimam praclarus Apollinaris honorat.
Mox nonam Christina, Aquila & Niceta sacrarunt.
Octauam Iacobus Zebedei filius ornat,
Primus apostolicum uero pro rege cruorem,
Qui dedit hunc Cucuphas Christophorusque sequuntur.
Septimam Adrianus tenet Amyliusque beati,
Martianus cum quis simili uirtute triumphat.
Presbyter Hermelaus sexta martyrij coruscat.

Quintam Nazarius cum Celso possidet, sanctusque
Pantaleon martyr proprio sibi sancti honore,
Insignem meritis Petri Paulique beatis,
Praeul Romanus Stephanus tum consecrat aram,
Temploque Dionysij gemmata refulget,
Signis martyrij moribus uisusque fideque.

4 calend. Felix, Simplicius, Faustinus, & alma Beatrix,
3 calend. Tricassius Lupus quartam communiter auerant,
2 calend. Abdon & Sennes, de signa terra sanctos,
1 calend. Regni quos Roma tribuit de gemmine Periss,
Martyrij pridie Fabium pia gloria texit,
Iulius hac orbi excedens solennia inquit.

Bedae, tom. 1.

N

Ephemeris.

Octauus mensis Romanorum, **AVGVSTVS** Habet dies triginta & unum. Luna uero uiginti & nouem. Nox, horarum quatuordecim est: & dies, decem.

Quintus mensis Hebræorum Aab, habet in hoc mense locum. & nonus mensis Græcorum, Laos.

i	d	n	q	c	calendæ	Vincula sancti Petri. Sanctorum Machabæorum.	8	14	1	11	3	f
e	t	f	r	d	4 non.	Stephani papæ & martyris. Sexta luna embolismi.	16	15	2	14	4	g
o	u	g	s	e	3 non.	Inuentio corporis sancti Stephani protomartyris.	5	16	3	15	5	h
f	a	a	t	f	2 non.		17	4	16	6	6	i
u	g	p	o	u	nonæ		13	18	5	17	7	k
h	e	e	a	A	8 idus	Sixti papæ, Felicissimi & Agapiti.	2	19	6	18	8	l
a	i	g	b	b	7 idus	Aphræ martyris. Initium autumni.	20	7	19	9	9	m
i	k	r	c	c	6 idus	Cyriaci & sociorum eius.	10	21	8	20	10	n
l	i	d	d	d	5 idus	Vigilia sancti Laurentij martyris.	22	9	21	11	11	o
m	s	m	e	e	4 idus	Passio sancti Laurentij.	18	23	10	22	12	p
o	n	t	f	f	3 idus	Tiburtij martyris.	7	24	11	23	13	q
u	a	a	g	g	2 idus	Eupli diaconi martyris.	25	12	24	14	14	r
p	a	a	h	b	1 idus	Hippolyti, cum alijs decem & octo.	15	26	13	25	15	s
b	c	b	i	b	19 cal.	SEPTEMBRIS.] Eusebij presbyteri. Vigilia.	4	27	14	26	16	t
e	c	e	k	c	18 cal.	Assumptio sanctæ Mariæ.	28	15	27	17	17	u
i	d	c	l	d	17 cal.		12	29	16	28	18	x
l	i	d	i	e	16 cal.	Octaua sancti Laurentij.	1	1	17	29	19	y
o	n	t	s	m	15 cal.	Agapiti martyris. Sol in Virginem.	2	18	20		20	z
u	a	a	n	f	14 cal.		9	3	19	21	a	
p	a	a	o	g	13 cal.	Oliuerij episcopi & martyris.	4	20	22		21	b
b	c	b	q	b	12 cal.		17	5	21	23	22	c
e	c	e	r	c	11 cal.	Timothei apostoli. Symphoriani martyris.	6	6	22	24	23	d
i	d	c	u	s	10 cal.	Vigilia sancti Bartolo. Autumnus oritur, iuxta quosdam.	7	23	25		24	e
l	i	d	p	t	9 cal.	Natiuitas sancti Bartolomæi martyris.	14	8	24	26	25	f
o	n	t	a	e	8 cal.	Genesij martyris.	3	9	25	27	26	g
u	a	a	a	f	7 cal.	Anastasi martyris.	10	26	28		27	h
b	c	b	b	g	6 cal.	Primus mensis Ægyptiorum Thoth.	11	10	27	29	28	i
e	c	e	d	b	5 cal.	Hermetis, Pelagij martyrum, & Augustini episcopi.	11	28	240		29	k
i	d	c	c	e	4 cal.	Passio sancti Ioannis Baptistæ. Sabinæ uirginis.	19	12	29	241	30	l
l	i	d	f	d	3 cal.	Felicis & Audacti.	8	13	30	242	31	m
o	n	t	g	e	2 cal.	Paulini confessoris.	14	31	243		32	n

Augustum mensis leo feruidus igne perurit. Augustus metit, & fruges in horrea mittit. Herigone hic Phæbo sociat sua sidera Virgo. His quoque confurgit Autumni tempora læti.

Augustus mensis, Sextilis antea uocabatur: donec honori Augusti Cesaris daretur, ex senatusconsulto: eo quod ipse, die prima mensis huius, Antonium cum Cleopatra superauerit, & imperium populi Romani firmauerit.

Considerandum est, quod in decimo sexto anno, in secundo calendarum Septembris, trigesima luna inuenitur: sed hæc non Augusti mensis luna est, sed sexti embolismi, qui incipit quarto nonarum Augusti mensis, nulloque nisi deputatur, quia omnis luna embolismi mensibus cunctis superflua est.

Item anno decimonono in calendis Augusti, propter saltum lunæ, quo trigesima Iulij luna transilitur, tertia luna fit: quum secunda, iuxta regulam, esse debuerit.

Mense Augusto caules & maluas non comedant: agramina comedant: ceruisiam minimè bibant, & met. Betas non manducant, quia tunc amaræ sunt & liquidæ, & choleram nigram generant: gilganum bibant.

Augusti nepa prima fugat de fine secundam. Hora scilicet prima primæ diei, ut plurimum, & etiam septimæ hora alterius diei, cauenda.

Nonus

Ephemeris.

Augustus demum pleno iam farre refertus, Quis noua sacra ferat monstremus carmine sanctos.

calendæ Quos ferus in mortem Antiochus cum matre subegit. Venturo sanguen, qui Christo sponte dicarunt, Augustas retinent Machabæi iure calendas, Carcere Roma Petrum celebrant uiridisque reductum, Eusebiumque suum Vercelli ritè frequentant.

4 nonarum Nonarum Stephanus martyrque & papa beatus, Quarto festiua tribuit pia gaudia Romæ.

3 nonarum Terno mox Stephanus colitur solenne repertus, Primus qui mortem Christi est moriendo sequutus, Gamaliel, Nicodemus, Abibon pariterque Inuenti uoto fulgent & laude perenni.

2 nonarum Iustinus pridie proprio celebratur honore, Presbyter in numero sanctorum cæde peremptus, Crudeli exquirens tumulis qui condecorauit.

nonæ Nonas Cassianus, Memmius atque Ofsualdus Rex pius Anglorum merito & uirtute retentant.

8 iduum Idibus octonis mortem passura, cruceque Christi sancta caro ætheream dedit ante figuram, Præsul & his Sixtus Romæ martyrque colendus Iuxta & Felicissimus Agapitusque triumphant.

7 iduum Septenas pariter Donatus & Afra bearunt.

6 iduum Æthereum senis penetrat Cyriacus honorem.

5 iduum Romanus quinis martyr milesque refulget, Quartis Laurenti merito splendescit opimo, Ignem qui passus tortorem uincis iniquum.

3 iduum Ternis flosque decusque pius petis astra Tiburti, Has & Goaricus confessor possidet almus.

2 iduum Martyrij palmam pridie capis Euple perennem, Idibus Hippolytum comitem Laurentius astris, Pro Christi parili recipit certamine passum Reginam meritis uirtute fideque colendam Tellus tum uenerans Radegundæ Aquitana frequentat.

19 cal. Sep. Quæ decima & nona est Septembris ante calendas, Eusebium Romæ sancti celebratque beatum.

18 calend. Octaua & decima mundi lux flosque Maria Angelico comitata choro petit æthera uirgo.

17 calend. Septenam denamque tenes Arnulphe sacerdos.

16 calend. Martyre sedecimam effulget Mammete beato.

15 calend. Agapitus quintam decimam certamine sancit.

14 calend. Magnus & Andreas quarta denaque coruscant, Septemnonaginta & quingenti comitantur, Quos pariter sancti simul his bis mille sequuntur.

13 calend. Tertia post denam Samuele excellet ab ipsis, Quem Domino cunis genitrix deuota sacrauit.

12 calend. Martyris hinc duodena priuati sanguine uernat.

11 calend. Undecimam Romæ Timotheus passus honorat, Aduatumque suum celebrat plebs Symphorianum, Mater quem Christo pariter moritura dicauit.

10 calend. Lucius & Ptolemæus denam uirtute coronant, Bartholomæus nonam exornat retinerque beatus India quo doctore Dei cognouit honorem Herculis & Bachi infans uix eruta sacris, Hunc illum fama est uaria pro sorte sepulchri, Æoliam, Laparen, Beneuenti & templa tener, Tum quoque Genesio resplendet martyre Roma Audoenum tumque pius Radumagus honorat.

9 calend. Octaua hinc Arelas celebrat te sancte Genesii.

8 calend. Martyrio septenam Irenæus & Abundus ornant.

7 calend. Rufe tuos recolens ostendit sexta triumphos.

6 calend.

5 calend. Hierem quinta probat felicimorte beatum. Ecdesiaz lumen, populi sacra norma fidelis, Aphrica quo pastore orbis doctore coruscet, Augustine pater festo celebratis eo dem, Aurea quem seruare Italis nunc templa sepulchrum, Santonus ala sui Vibriant hac fulget honore, Vrbis Alamannorum recollit Constantia sanctum, Hac quoque Pelagium fuso pro sanguine clarum.

4 calend. Præco De uerbis, & Baptista Ioannes, Quem effera salramu tribuerunt iusta puellæ Insignit quartam meritorum laude perenni, Virgo Sabina simul Romæ sua templa reuolat, Terna cum Felice pio præcellet A dardus. Paulinus pridie Treuerorum mensis iustitiam Exilio amictes uero pro dogmate clarus, Augusti his denum clauduntur limina felle.

Decimus & antepenultimus mensis Romanorum,
OCTOBER Habet dies triginta & unum.
Luna uero uiginti & nouem.
Nox, horarum est quatuordecim: & dies, decem.

Septimus mensis Hebraeorum Thifri, habet in hoc mense locum.
& undecimus Graecorum, Hyperberetios.

Table with columns for days of the month (a-i), letters (a-z), and descriptions of events and feast days. Includes entries for Remigij episcopi, Leodegarij martyris, Sulpicij & Seruiliani, Marcij papae, etc.

Seminat October, quod maturum merit.
Aquat & October sementis tempore Libram.
Scorpius Autumni hinc moderatur tempora laeti.

October, sicut & September, a numero & imbris appellatur, significans quotus a Martio computetur, & quod imbris saepius irrigetur.

Nota admodum est, quod quinto anno in calendis Octobris, trigesima luna est, & embolismi secundi est Luna uero Octobris, in tertio calendarum Nouembris finitur.

Indictiones in octauo calendarum Octobris semper incipiunt, & finiuntur, ibique mutantur.
Indictiones autem propter Regum tempora signanda, reperta sunt: scilicet, ne aliquis in temporibus error oboriri possit, quae & propter facilitatem computandi, tantum quindecim annos complectuntur.

Mense Octobris racemos & framustum usitent, quia corpus sanat, & solutionem facit: porcos leuiter coctos esitent, quia crudi uenenum habent, cocti ad antidotum ualent. Lac caprinum aut agninum ieiunus hibe, propter sanguinem dulciandum, & calculum discutiendum, & pulmonem curandum, Bibe cariophylum & piperum.

Tertius Octobris, gladius: decem in ordine neclit.
Hora scilicet quinta tertij diei, ut plurimum, & etiam nona decimi diei, cauenda.

Sputanti musto pomisq; Octimber onustus,
Quis pateras galatosq; ferat, memorado sequemur.

calendae

Table with columns for days of the month (nonarum, nonis, iduum, etc.), letters (a-z), and descriptions of events and feast days. Includes entries for Francos qui primus docuit, Remigius proprio Octimber praesignat honore, etc.

Tunc numerola simul Rheni per littora fugit
Christo uirginis erecta trophaea manibus
Agrippinae ubi quatuor furor impius olim
Milia mastrauit duobus in dextra phant.

Genas martyrij geminas festo uenturum eodem
Chrysanthum Dantamq; nouo quos munere Christi
Roma nunc uetros cunctos tumulus noua cella uenustas,
Quas Rhenucellis succedunt aquora syluis,

Fidos martyrio & signis tumulare patronos
Promeruit fidei cultrix si deinde fuisse
Caesarenata micas, Decio hic Cyrella beatis
Virgo animis & cui Decius haud editor effret,

Vndecimus & penultimus mensis Romanorum. Habet dies triginta. Luna uero uiginti & nouem. Nox, horarum sedecim est: & dies, tantum octo.

Septimus mensis Hebraeorum Maresuan, habet in hoc mense locum, & duo decimus mensis Graecorum, Dios.

Table with columns for day letters (a-z), calendar days (calendae, nonae, idus), and festival names (e.g., Festiuitas omnium sanctorum, Romae Caesaris martyris).

Scorpius hibernum praeceps iubet ire Nouembrem. Sed purgat semper fruges tundendo Nouember. Hic hyemis brumae oriuntur frigora dura. Arcitenens gelido hinc contristat sydere caelum.

Nouember nomine suo, sicut priores, quotus a Martio sit, significat: & quod imbres sapius habeat.

Sciendum est, quod in decimo octauo anno, quidam qui epactas a Ianuario incipiunt trigessimam Nouembris lunam in septimo calendarum Decembris: saltum Lunae ibi ponentes transmittunt, ut in calendis Ianuarijs, in primo anno nona luna possit inueniri.

Norum sit omnibus hominibus, ut officium primum de Aduentu Domini, nec ante quintum calendarum Decembris inchoetur: nec post tertium nonarum ipsius mensis differatur: sed uel ipsi, uel in medio positis diebus, quando cunq; dominica dies euenerit, rite & absque dubio canendum erit.

Mense Nouembri & Decembri, bonum est stadium habere: uenam hepaticam incidere, quia tunc temporis omnes humores sunt commoti: a balnis abstineant se, nullum penitus caput comedant: potio eorum sit cinamomum.

Quinta Nouembris acus, uix tertia mansit in urna. Hora scilicet octaua quinti diei, ut plurimum, & etiam hora quarta alterius diei, cauenda.

| | | | | | | | | | | | | | | |
|------------------|-----|----|-----|----|------|----|----|----|---------|---------|----|---------|---------|----|
| Bifextiles anni, | 418 | 1 | 950 | 9 | 1482 | 15 | 1 | 17 | nonæ | aprilis | 7 | iduum | aprilis | 16 |
| Annus Domini, | 419 | 2 | 951 | 9 | 1483 | 11 | 2 | 18 | calend. | aprilis | 3 | calend. | aprilis | 19 |
| Indictiones, | 420 | 3 | 952 | 10 | 1484 | 2 | 3 | 19 | idus | aprilis | 14 | calend. | maij | 19 |
| Annus Domini, | 421 | 4 | 953 | 11 | 1485 | 3 | 4 | 1 | nonarū | aprilis | 3 | nonarū | aprilis | 15 |
| Indictiones, | 422 | 5 | 954 | 12 | 1486 | 4 | 5 | 2 | calend. | aprilis | 7 | calend. | aprilis | 18 |
| Annus Domini, | 423 | 6 | 955 | 13 | 1487 | 5 | 6 | 3 | iduum | aprilis | 17 | calend. | maij | 19 |
| Indictiones, | 424 | 7 | 956 | 14 | 1488 | 6 | 7 | 4 | calend. | aprilis | 8 | iduum | aprilis | 21 |
| Annus Domini, | 425 | 8 | 957 | 15 | 1489 | 7 | 8 | 5 | calend. | maij | 13 | calend. | maij | 15 |
| Indictiones, | 426 | 9 | 958 | 1 | 1490 | 8 | 9 | 6 | iduum | aprilis | 3 | iduum | aprilis | 18 |
| Annus Domini, | 427 | 10 | 959 | 2 | 1491 | 9 | 10 | 7 | calend. | aprilis | 3 | nonarū | aprilis | 21 |
| Indictiones, | 428 | 11 | 960 | 3 | 1492 | 10 | 11 | 8 | calend. | maij | 10 | calend. | maij | 21 |
| Annus Domini, | 429 | 12 | 961 | 4 | 1493 | 11 | 12 | 9 | nonarū | aprilis | 7 | iduum | aprilis | 17 |
| Indictiones, | 430 | 1 | 962 | 5 | 1494 | 12 | 1 | 10 | calend. | aprilis | 3 | calend. | aprilis | 20 |
| Annus Domini, | 431 | 2 | 963 | 6 | 1495 | 13 | 2 | 11 | iduum | aprilis | 13 | calend. | maij | 21 |
| Indictiones, | 432 | 3 | 964 | 7 | 1496 | 14 | 3 | 12 | calend. | aprilis | 3 | nonarū | aprilis | 16 |
| Annus Domini, | 433 | 4 | 965 | 8 | 1497 | 15 | 4 | 1 | calend. | aprilis | 7 | calend. | aprilis | 19 |
| Indictiones, | 434 | 5 | 966 | 9 | 1498 | 16 | 5 | 2 | iduum | aprilis | 17 | calend. | maij | 20 |
| Annus Domini, | 435 | 6 | 967 | 10 | 1499 | 17 | 6 | 3 | calend. | aprilis | 2 | calend. | aprilis | 16 |
| Indictiones, | 436 | 7 | 968 | 11 | 1500 | 18 | 7 | 4 | calend. | maij | 13 | calend. | maij | 16 |

Ogd. End.

| | | | | | | | | | | | | | | |
|------------------|-----|----|-----|----|------|----|----|----|---------|---------|----|---------|---------|----|
| Bifextiles anni, | 437 | 5 | 969 | 12 | 1501 | 19 | 8 | 5 | nonæ | aprilis | 3 | iduum | aprilis | 20 |
| Annus Domini, | 438 | 6 | 970 | 13 | 1502 | 10 | 9 | 6 | calend. | aprilis | 6 | calend. | aprilis | 16 |
| Indictiones, | 439 | 7 | 971 | 14 | 1503 | 11 | 10 | 7 | idus | aprilis | 16 | calend. | maij | 17 |
| Annus Domini, | 440 | 8 | 972 | 15 | 1504 | 12 | 11 | 8 | nonarū | aprilis | 7 | iduum | aprilis | 19 |
| Indictiones, | 441 | 9 | 973 | 1 | 1505 | 13 | 12 | 9 | calend. | aprilis | 10 | calend. | aprilis | 15 |
| Annus Domini, | 442 | 10 | 974 | 2 | 1506 | 14 | 1 | 10 | iduum | aprilis | 2 | iduum | aprilis | 16 |
| Indictiones, | 443 | 11 | 975 | 3 | 1507 | 15 | 2 | 11 | calend. | aprilis | 2 | nonarū | aprilis | 19 |
| Annus Domini, | 444 | 12 | 976 | 4 | 1508 | 16 | 3 | 12 | calend. | maij | 9 | calend. | maij | 19 |
| Indictiones, | 445 | 1 | 977 | 5 | 1509 | 17 | 4 | 1 | iduum | aprilis | 6 | iduum | aprilis | 15 |
| Annus Domini, | 446 | 2 | 978 | 6 | 1510 | 18 | 5 | 2 | calend. | aprilis | 2 | calend. | aprilis | 18 |
| Indictiones, | 447 | 3 | 979 | 7 | 1511 | 19 | 6 | 3 | calend. | maij | 12 | calend. | maij | 19 |
| Annus Domini, | 448 | 4 | 980 | 8 | 1512 | 20 | 7 | 4 | nonarū | aprilis | 3 | iduum | aprilis | 21 |
| Indictiones, | 449 | 5 | 981 | 9 | 1513 | 1 | 8 | 5 | calend. | aprilis | 6 | calend. | aprilis | 17 |
| Annus Domini, | 450 | 6 | 982 | 10 | 1514 | 2 | 9 | 6 | iduum | aprilis | 16 | calend. | maij | 18 |
| Indictiones, | 451 | 7 | 983 | 11 | 1515 | 3 | 10 | 7 | calend. | aprilis | 6 | iduum | aprilis | 21 |
| Annus Domini, | 452 | 8 | 984 | 12 | 1516 | 4 | 11 | 8 | calend. | aprilis | 10 | calend. | aprilis | 16 |
| Indictiones, | 453 | 9 | 985 | 1 | 1517 | 5 | 12 | 9 | iduum | aprilis | 2 | iduum | aprilis | 17 |
| Annus Domini, | 454 | 10 | 986 | 2 | 1518 | 6 | 1 | 10 | calend. | aprilis | 2 | nonarū | aprilis | 20 |
| Indictiones, | 455 | 11 | 987 | 3 | 1519 | 7 | 2 | 11 | calend. | maij | 8 | calend. | maij | 20 |

Ogd. End.

| | | | | | | | | | | | | | | |
|------------------|-----|----|------|----|------|----|----|----|---------|---------|----|---------|---------|----|
| Bifextiles anni, | 456 | 9 | 988 | 1 | 1520 | 8 | 0 | 17 | nonæ | aprilis | 6 | iduum | aprilis | 16 |
| Annus Domini, | 457 | 10 | 989 | 2 | 1521 | 9 | 11 | 18 | calend. | aprilis | 2 | calend. | aprilis | 21 |
| Indictiones, | 458 | 11 | 990 | 3 | 1522 | 10 | 12 | 19 | idus | aprilis | 12 | calend. | maij | 21 |
| Annus Domini, | 459 | 12 | 991 | 4 | 1523 | 11 | 1 | 1 | nonarū | aprilis | 4 | nonarū | aprilis | 17 |
| Indictiones, | 460 | 1 | 992 | 5 | 1524 | 12 | 2 | 2 | calend. | aprilis | 6 | calend. | aprilis | 19 |
| Annus Domini, | 461 | 2 | 993 | 6 | 1525 | 13 | 3 | 3 | iduum | aprilis | 16 | calend. | maij | 20 |
| Indictiones, | 462 | 3 | 994 | 7 | 1526 | 14 | 4 | 4 | calend. | aprilis | 3 | calend. | aprilis | 16 |
| Annus Domini, | 463 | 4 | 995 | 8 | 1527 | 15 | 5 | 5 | calend. | maij | 14 | calend. | maij | 17 |
| Indictiones, | 464 | 5 | 996 | 9 | 1528 | 16 | 6 | 6 | iduum | aprilis | 2 | iduum | aprilis | 19 |
| Annus Domini, | 465 | 6 | 997 | 10 | 1529 | 17 | 7 | 7 | calend. | aprilis | 5 | calend. | aprilis | 15 |
| Indictiones, | 466 | 7 | 998 | 11 | 1530 | 18 | 8 | 8 | calend. | maij | 15 | calend. | maij | 16 |
| Annus Domini, | 467 | 8 | 999 | 12 | 1531 | 19 | 9 | 9 | nonarū | aprilis | 5 | iduum | aprilis | 19 |
| Indictiones, | 468 | 9 | 1000 | 13 | 1532 | 20 | 10 | 10 | calend. | aprilis | 2 | calend. | aprilis | 21 |
| Annus Domini, | 469 | 10 | 1001 | 14 | 1533 | 21 | 11 | 11 | iduum | aprilis | 1 | iduum | aprilis | 15 |
| Indictiones, | 470 | 11 | 1002 | 15 | 1534 | 22 | 12 | 12 | calend. | aprilis | 3 | calend. | aprilis | 18 |
| Annus Domini, | 471 | 12 | 1003 | 1 | 1535 | 23 | 1 | 1 | calend. | aprilis | 12 | calend. | aprilis | 21 |
| Indictiones, | 472 | 1 | 1004 | 2 | 1536 | 24 | 2 | 2 | iduum | aprilis | 16 | calend. | maij | 21 |
| Annus Domini, | 473 | 2 | 1005 | 3 | 1537 | 25 | 3 | 3 | calend. | aprilis | 4 | calend. | aprilis | 17 |
| Indictiones, | 474 | 3 | 1006 | 4 | 1538 | 26 | 4 | 4 | calend. | maij | 11 | calend. | maij | 18 |

Ogd. End.

| | | | | | | | | | | | | | | |
|------------------|-----|----|------|----|------|----|----|----|---------|---------|----|---------|---------|----|
| Bifextiles anni, | 475 | 13 | 1007 | 5 | 1539 | 27 | 5 | 5 | nonæ | aprilis | 8 | iduum | aprilis | 15 |
| Annus Domini, | 476 | 14 | 1008 | 6 | 1540 | 28 | 6 | 6 | calend. | aprilis | 5 | calend. | aprilis | 17 |
| Indictiones, | 477 | 15 | 1009 | 7 | 1541 | 29 | 7 | 7 | idus | aprilis | 15 | calend. | maij | 18 |
| Annus Domini, | 478 | 16 | 1010 | 8 | 1542 | 30 | 8 | 8 | nonarū | aprilis | 5 | iduum | aprilis | 21 |
| Indictiones, | 479 | 17 | 1011 | 9 | 1543 | 31 | 9 | 9 | calend. | aprilis | 8 | calend. | aprilis | 17 |
| Annus Domini, | 480 | 18 | 1012 | 10 | 1544 | 1 | 10 | 10 | iduum | aprilis | 1 | iduum | aprilis | 17 |
| Indictiones, | 481 | 19 | 1013 | 11 | 1545 | 2 | 11 | 11 | calend. | aprilis | 3 | calend. | aprilis | 20 |
| Annus Domini, | 482 | 20 | 1014 | 12 | 1546 | 3 | 12 | 12 | calend. | maij | 14 | calend. | maij | 21 |
| Indictiones, | 483 | 21 | 1015 | 13 | 1547 | 4 | 13 | 13 | iduum | aprilis | 4 | iduum | aprilis | 17 |
| Annus Domini, | 484 | 22 | 1016 | 14 | 1548 | 5 | 14 | 14 | calend. | aprilis | 6 | calend. | aprilis | 19 |
| Indictiones, | 485 | 23 | 1017 | 15 | 1549 | 6 | 15 | 15 | calend. | maij | 11 | calend. | maij | 20 |
| Annus Domini, | 486 | 24 | 1018 | 16 | 1550 | 7 | 16 | 16 | nonarū | aprilis | 8 | iduum | aprilis | 16 |
| Indictiones, | 487 | 25 | 1019 | 17 | 1551 | 8 | 17 | 17 | calend. | aprilis | 4 | calend. | aprilis | 19 |
| Annus Domini, | 488 | 26 | 1020 | 18 | 1552 | 9 | 18 | 18 | iduum | aprilis | 15 | calend. | maij | 19 |
| Indictiones, | 489 | 27 | 1021 | 19 | 1553 | 10 | 19 | 19 | calend. | aprilis | 4 | nonarū | aprilis | 15 |
| Annus Domini, | 490 | 28 | 1022 | 20 | 1554 | 11 | 20 | 20 | calend. | aprilis | 12 | calend. | aprilis | 19 |
| Indictiones, | 491 | 29 | 1023 | 21 | 1555 | 12 | 21 | 21 | iduum | aprilis | 18 | calend. | maij | 19 |
| Annus Domini, | 492 | 30 | 1024 | 22 | 1556 | 13 | 22 | 22 | calend. | aprilis | 5 | iduum | aprilis | 18 |
| Indictiones, | 493 | 31 | 1025 | 23 | 1557 | 14 | 23 | 23 | calend. | aprilis | 4 | calend. | aprilis | 21 |

Ogd. End.

Decennouennalis uigelimus septimus,

| Bissexiles anni, | Anni Domini, | Indictiones, | Anni Domini, | Indictiones, | Anni Domini, | Indictiones, | Epactæ, | Concurrentes, | Cycli lunares, | Luna paschæ decimaquarta, | Dominicus dies paschæ, | Luna ipsius, |
|------------------|--------------|--------------|--------------|--------------|--------------|--------------|---------|---------------|----------------|---------------------------|------------------------|--------------|
| | 494 | 2 | 1026 | 9 | 1558 | 1 | 0 | 5 | 17 | nonæ aprilis | 4 iduum aprilis | 19 |
| | 495 | 3 | 1027 | 10 | 1559 | 2 | 11 | 6 | 18 | 8 calend. aprilis | 7 calend. aprilis | 15 |
| b | 496 | 4 | 1028 | 11 | 1560 | 3 | 22 | 1 | 19 | idus aprilis | 18 calend. maij | 15 |
| | 497 | 5 | 1029 | 12 | 1561 | 4 | 3 | 2 | 1 | 4 nonarū aprilis | 8 iduum aprilis | 18 |
| | 498 | 6 | 1030 | 13 | 1562 | 5 | 14 | 3 | 2 | 11 calend. aprilis | 4 iduum aprilis | 21 |
| | 499 | 7 | 1031 | 14 | 1563 | 6 | 25 | 4 | 3 | 4 iduum aprilis | 3 iduum aprilis | 15 |
| b | 500 | 8 | 1032 | 15 | 1564 | 7 | 6 | 6 | 4 | 3 calend. aprilis | 4 nonarū aprilis | 17 |
| | 501 | 9 | 1033 | 1 | 1565 | 8 | 17 | 7 | 5 | 14 calend. maij | 10 calend. maij | 18 |
| | 502 | 10 | 1034 | 2 | 1566 | 9 | 28 | 1 | 6 | 7 iduum aprilis | 18 calend. maij | 21 |
| | 503 | 11 | 1035 | 3 | 1567 | 10 | 9 | 2 | 7 | 6 calend. aprilis | 3 calend. aprilis | 17 |
| b | 504 | 12 | 1036 | 4 | 1568 | 11 | 20 | 4 | 8 | 17 calend. maij | 14 calend. maij | 17 |
| | 505 | 13 | 1037 | 5 | 1569 | 12 | 1 | 5 | 9 | 2 nonarū aprilis | 4 iduum aprilis | 20 |
| | 506 | 14 | 1038 | 6 | 1570 | 13 | 12 | 6 | 10 | 9 calend. aprilis | 7 calend. aprilis | 15 |
| | 507 | 15 | 1039 | 7 | 1571 | 14 | 23 | 7 | 11 | 2 iduum aprilis | 17 calend. maij | 17 |
| b | 508 | 1 | 1040 | 8 | 1572 | 15 | 4 | 2 | 12 | calend. aprilis | 8 iduum aprilis | 19 |
| | 509 | 2 | 1041 | 9 | 1573 | 1 | 15 | 3 | 13 | 12 calend. aprilis | 11 calend. aprilis | 15 |
| | 510 | 3 | 1042 | 10 | 1574 | 2 | 26 | 4 | 14 | 5 iduum aprilis | 3 iduum aprilis | 16 |
| | 511 | 4 | 1043 | 11 | 1575 | 3 | 7 | 5 | 15 | 4 calend. aprilis | 3 nonarū aprilis | 19 |
| b | 512 | 5 | 1044 | 12 | 1576 | 4 | 18 | 7 | 16 | 15 calend. maij | 10 calend. maij | 19 |

Ogd.

End.

| | | | | | | | | | | | | |
|---|-----|----|------|----|------|----|----|---|----|--------------------|-------------------|----|
| | 513 | 6 | 1045 | 13 | 1577 | 5 | 0 | 1 | 17 | nonæ aprilis | 7 iduum aprilis | 16 |
| | 514 | 7 | 1046 | 14 | 1578 | 6 | 11 | 2 | 18 | 8 calend. aprilis | 3 calend. aprilis | 19 |
| | 515 | 8 | 1047 | 15 | 1579 | 7 | 22 | 3 | 19 | idus aprilis | 13 calend. maij | 20 |
| b | 516 | 9 | 1048 | 1 | 1580 | 8 | 3 | 5 | 1 | 4 nonarū aprilis | 3 nonarū aprilis | 15 |
| | 517 | 10 | 1049 | 2 | 1581 | 9 | 14 | 6 | 2 | 11 calend. aprilis | 7 calend. aprilis | 18 |
| | 518 | 11 | 1050 | 3 | 1582 | 10 | 25 | 7 | 3 | 4 iduum aprilis | 17 calend. maij | 19 |
| | 519 | 12 | 1051 | 4 | 1583 | 11 | 6 | 1 | 4 | 3 calend. aprilis | 2 calend. aprilis | 15 |
| b | 520 | 13 | 1052 | 5 | 1584 | 12 | 17 | 3 | 5 | 14 calend. maij | 13 calend. maij | 15 |
| | 521 | 14 | 1053 | 6 | 1585 | 13 | 28 | 4 | 6 | 7 iduum aprilis | 3 iduum aprilis | 18 |
| | 522 | 15 | 1054 | 7 | 1586 | 14 | 9 | 5 | 7 | 6 calend. aprilis | 3 nonarū aprilis | 21 |
| | 523 | 1 | 1055 | 8 | 1587 | 15 | 20 | 6 | 8 | 17 calend. maij | 16 calend. maij | 15 |
| b | 524 | 2 | 1056 | 9 | 1588 | 1 | 1 | 1 | 9 | 2 nonarū aprilis | 7 iduum aprilis | 16 |
| | 525 | 3 | 1057 | 10 | 1589 | 2 | 12 | 2 | 10 | 9 calend. aprilis | 3 calend. aprilis | 20 |
| | 526 | 4 | 1058 | 11 | 1590 | 3 | 23 | 3 | 11 | 2 iduum aprilis | 13 calend. maij | 21 |
| | 527 | 5 | 1059 | 12 | 1591 | 4 | 4 | 4 | 12 | calend. aprilis | 2 nonarū aprilis | 17 |
| b | 528 | 6 | 1060 | 13 | 1592 | 5 | 15 | 6 | 13 | 12 calend. aprilis | 7 calend. aprilis | 19 |
| | 529 | 7 | 1061 | 14 | 1593 | 6 | 26 | 7 | 14 | 5 iduum aprilis | 7 calend. maij | 20 |
| | 530 | 8 | 1062 | 15 | 1594 | 7 | 7 | 1 | 15 | 4 calend. aprilis | 2 calend. aprilis | 16 |
| | 531 | 9 | 1063 | 1 | 1595 | 8 | 18 | 2 | 16 | 15 calend. maij | 12 calend. maij | 18 |

Ogd.

End.

Bissexiles anni,
Anni Domini,
Indictiones,
Anni Domini,
Indictiones,
Anni Domini,
Indictiones,
Epactæ,
Concurrentes,
Cycli lunares,
Luna paschæ decimaquarta,
Dominicus dies paschæ,
Luna ipsius,

Decennouennalis uigelimus octauus.

S. F. I. N. I.

CANONES LVNARIVM DECENNO. V ENALIVM CIRCVLORVM.



I nosse uis quotus sit annus secundum Græcos duntaxat, multiplica 15. per 418. fiunt 6270. adde indictiones anni cuius uolueris, quæ præsentis anni 2. esse comprobatur, & fiunt 6276.

Si nosse uis indictionem quota sit, sume annos ab Adam quos habueris, & eos partire per 15. quot remanent, tanta est indictio: si nihil remanet, 15. est.

Si nosse uis quotus sit circulus solis, sume iam dictos annos, & eos partire per 28. & quot remanent, tantus est circulus solis.

Si uis scire quid sit concurrens, sume circulum solarem, qui nunc 28. esse comprobatur, & quartam eiusdem numeri ipsi adicias, partire per septem, & quot remanent, tantus est concurrens in 9. calendarum Aprilium.

Si nosse uis quotus sit circulus lunæ, sume annos ab Adam, & hos partire per 19. & quot remanent, totus est circulus.

Si uis scire quota est epacta, sume annos decennouenales quot fuerint, & de ipsis subtrahe semper unum, & illos alios multiplica per 11. & postea partire per 30. & quot remanent, tota est epacta.

Si uis scire quotus sit annus ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi, scito quot fuerint ordines indictionum, utputa quinto anno Tyberij principis 46. hos per 15. multiplica, fiunt 690. adde regulares 12. quia quarta indictione secundum Dionysium Dominus natus est: & indictione anni cui uolueris, utputa in præsentem unâ fiunt 703. Isti sunt anni natiuitatis Domini.

Si uis quota sit indictio scire, sume annos ab Incarnatione Domini, id est, 775. his semper adijce 3. fiunt 778. hos partire per 15. remanent 13. terdecima est indictio anni præsentis, si nihil remanet, 15. est.

Si nosse uis quotus sit circulus lunæ, sume annos Domini, utputa 774. & subtrahe semper duo, & remanent 772. hos partire per 10. & 9. remanent duo, secundus circulus lunæ decennouenalis est, quotiens nihil remanet, 19. est.

Si uis scire quotæ sint epactæ, computa à primo anno decennouenali, usque in diem quem uolueris, utputa in quintum annum. Dimitte semper 1. remanent 4. multiplica per 4. annos 11. annuas epactas, & facies quater undecim, 44. 14. est epacta in secundo circulo decennouenalis. Ita per omnes 10. & 9. annos sub hac breuicatione computabis.

Si nosse uis adiectiones, id est, concurrentes septimanæ dies, sume annos ab incarnatione Domini quot fuerint, utputa 764. per indictionem secundam, & annorum qui fuerint quartam partem semper ipsis adde, id est, nunc 190. & 1. fiunt simul 955. his adde regulares 4. & fiunt 959. hos partire per 7. remanent 7. Septem sunt epactæ solis, id est, concurrentes septimanæ dies, per superscriptas indictiones 2.

Si uis scire quotus sit annus cycli 10. & 9. annorum, sume annos domini quot fuerint, utputa 764. & unum semper adijce, & fiunt 765. hos partire per 10. & 9. remanent 5. quintus est annus cycli decennouenalis, quod si nihil remanserit, 19. est.

Si nosse uis quota sit indictio, sume annum Domini, & adijce 3. partire per 15. & quod remanet, ipsa est indictio anni præsentis.

Si uis scire quota sint epactæ lunares, partire annos Domini per 10. & 9. & quod remanet, multiplica per 11. Item partire per 30. & remanent epactæ.

Si nosse uis concurrentes septimanæ dies, sume annum Domini, & eorundem annorum qui fuerint, quartum semper adijce super annum Domini. His quoque 4. adde, quia quinque concurrentes fuerunt natiuitatis Domini: hos partire per 7. & remanent epactæ solis.

Si uis scire quotus sit annus circuli decennouenalis, sume annum Domini, & unum addens: quia secundo eiusdem anno natus est, partire per 10. & 9. & quod remanserit, ipse est annus circuli decennouenalis.

Si nosse uis quotus cycli lunaris est, sume annos Domini & unum, diuide per 9. & quod remanserit, ipse est annus circuli lunaris.

Si uis scire bissexilem annū, partire annum Domini per 4. quantū remanserit, tot anni à bissexto.

Si nosse uis quot punctos unaquæque luna in die luceat secundum Romanos, sume dies à Ianuario, utputa in Non. Martij. 66. Vide quotus sit cycli lunæ, utputa 6. multiplica ipsum circulum lunæ quinquies, fiunt 75. adde ad dies 200. Ianuarij, fiunt 275. de 60. bis 120. remanent 6. ipsi sunt puncti lunæ ipsius quod luxerit, id est, hora & punctus horæ secundæ.

Si ipsam lunam uis inuenire, memento quod habueris in summa, antequam per 40. partieris, & quotiens deduxisti 40. tot asses adicias ad summam eandem & iterum multiplica tuum circulum lunæ sexies, iunges ad summam, deinde per 30. & lunam eiusdem diei inuenies.

Si uis scire initium quadragesimæ quando annus communis est, require à pascha usque in idus Aprilis, quot dies ibidem inuenieris, totidem computa dies à calend. Mart. retr. hoc erit initium quadræ

quadragesimæ. Quando uerò embolismalis annus fuerit computa à pridie iduum April. usque in Pascha, & quot dies ibidem habueris, totidem dies require à calen. Mar. antè, & hoc erit initium quadragesimæ. Et hoc nolo te fallere, quia communibus annis Pascha semper ante pridie idus Aprilis habetur: embolismus semper antea extenditur.

Si uis scire quanta sit epacta anno quo uolueris, computa quanta sit luna in 11. calè. Aprilis, & ipsa luna erit epacta. Verbi gratia, si luna fuerit 9. in 11. calend. April. ipsa erit epacta, uel quo numero lunam inueneris, ipsum numerum epacta habebit. In quali autem articulo uel iunctura in eodem anno epactam habueris, in ipso terminum paschalem & cyclum lunæ ibidem tenebis.

Si uis scire quanta sit luna in initio quadragesimæ, computa in quo uolueris anno, in quota feria euenit terminus paschalis, & in ipsa feria incipe, & computa à secunda luna per singulas ferias, usque in dominicam, & quomodo ibi lunam inueneris, sic erit initio quadragesimæ. Similiter & in Rogationes lunam computa, in ipsa feria à 2. usque in secunda feria post dominicam, & quomodo ibi inueneris, ita erit luna Rogationis. Si in 11. calend. April. fuerit luna 15. seu 14. aut 13. uel minus, in ipsa lunatione poteris pascha celebrare. Sin autè in 11. calen. April. fuerit à 16. aut 17. uel amplius in ipsa lunatione, nullo modo poteris pascha celebrare, nisi peracta ipsa lunatione, & alia subsequente, pascha in illa lunatione sine ulla ambiguitate poteris celebrare. Si uerò in 8. idus Martij fuerit nata luna, aut post 7. idus Mart. usque in nonas April. in ipsa lunatione pascha nullo modo celebrabis.

Si uis scire quanta sit luna in initio quadragesimæ, sume lunam paschæ anni cui uolueris, & tolle inde semper 12. & quot remanent, tota luna erit initio quadragesimæ. Verbi gratia. Si 15. erit luna paschæ, tolle inde 12. remanent 3. tertia erit luna in initio quadragesimæ.

Si uis scire quando bissextus sit, sume annum Domini, ut est annus presens 688. hos partire per 4. si nihil remanserit, bissextus est. Si autem 1. aut 3. aut 2. remanserint, bissextus non est. Et ne tibi forsitan aliqua caligo erroris occurrat per omnem computum quæ ducis, si nihil super fuerit, scias eundem computum esse, per quem ducis, ut puta si per 10. & 9. ducis & nihil super fuerit, scias 10. & 9. esse. si per 15. 15. si per 7. 7.

Quærenda est natiuitas lunæ 14. ab 8. idus Mart. usque in nonas April. quæ primi mensis nouorum initium ostendit, à 12. calen. April. usque ad 14. calen. Maij, in quacunque die luna 14. occurrerit, ipsa te ad celebrationem sancti Paschæ perducet. Si uerò 14. luna ante 12. calen. April. occurrerit, hoc est, aut 13. calen. April. aut 14. aut 15. calen. April. scito quoniam paschalis luna non est, sed cum eandem lunam 30. perduxeris, alia die nata fuerit, in ipsa caute sanctum paschæ celebrabis. Similiter cautus esto, ut 14. calen. Maij, luna 14. non transcendat, aut ad 13. calen. Maij, aut ad 15. calen. Maij. Nam incipies in magnum deduci errorem. Christianorum uerò pascha ab 11. calen. April. usque in 7. calen. Maij, quocunque die dominico luna occurrerit, sanctum pascha modis omnibus celebrabis. Quod ante 11. calen. April. etiam si luna occurrerit, uel post 7. calen. Maij, pascha nullatenus celebrabis.

Tribus ergo locis bissextus intercallatur. Primò 6. idus Februa. Secundò ubi frequentissime ponitur 6. calen. Mart. Tertiò nonas Mart.

Cyclus græcè circulus latinè, ogdoas 8. anni, endecas 11. sunt. Hen græcè, 1. latinè, decas 10. Computus est à natale Domini, usque ad natalem, id est, lunæ cyclus. Item alius computus est à Pascha, usque ad pascha: ubi prima luna erit in Ianuario anno presentis. Ibi iterum in secundo, in eodem loco erit luna 11. Communis annus qui 12. lunationes habet. Embolismus qui 13. lunationes habet. Decenouenalis, ex tribus corruptis compositus est, ex 10. & 9. & annalis. Bissexus in uno mense 20. momenta: in duobus horam, in anno sex horas. & ideo bissextus dicitur: quia bis calen. Mar. habet Salrus lunaris crescit singulis annis horam & 10. momenta, & dimidium momenti, & 19. partem dimidij momenti. Ad complendum uerò lunæ saltum annuatim (ut diximus) hora & punctus, & de eimano pars unius puncti accrescit. Non ergo eisdem articulis temporum uel cœli climatibus luna celebratur accensio, sed semper aliquanto citius quam præcedente mense, ut sit undenus anno 19. decimus transiliebatur dies. 8. calen. Julij longissimus dies & breuissima nox. Totius anni solstitium æstiuale faciunt 8. calen. Ianuar. longissima nox & breuissimus dies totius anni, Solstitium hyemale faciunt.

CANONVM FINIS.

BEDÆ PRES- BYTERI DE MVNDI CELESTIS TERRESTRISQUE constitutione Liber.



Mundus iste sensibilis constat ex quatuor elementis, & eis totis, ita quod nulla pars illorū extra mundū relinquatur: ideoque mundo nihil aliunde accedit, nihil ab eo aliàs recedit. Dico autem, mundum ex eis totis constare, ad differentiam humanarum, seu aliorum corporum, quæ quia non totis constant elementis, aliquid illis accedit & recedit. Similiter arboribus, herbis succus quidam à terra radicibus additur, qui per omnes partes diffusus, & naturali quodam calore induratus, transit in robur. Cum autem accedat aliquid uel re, ab homine si hoc ordine proportionali fiat, integer homo manet, in aliter, corrumpitur. Humores. Sunt enim quatuor humores in homine, qui imitantur diuersa elementa: crescunt in diuersis temporibus, regnant in diuersis ætatibus. Sanguis imitatur aerem, crescit in uere, regnat in pueritia. Cholera imitatur ignem, crescit in æstate, regnat in adolescentia. Melancholia imitatur terram, crescit in autumno, regnat in maturitate. Flegma imitatur aquam, crescit in hyeme: regnat in senectute. Hi cum nec plus nec minus iusto exuberant, uiget homo. Quod autem aliquid homini accedit & recedit, hæc naturalia perhibent instrumenta influxionis & effluxionis, scilicet os & inferiora. Sunt præterea subtilia quædam foramina, quæ poros uocamus, per quæ uentus subintrās, turgidam reddit faciem: qui per sudoris effluxionem magis deprehenduntur. Nihil uerò diximus mundum accidentaliter propter perfectam eius compositionem, sed partium eius recotextio, totius & redintegratio, secundum diuersos auctores. Nam ignis spiritus transit in aerem, aer spiritus in aquam, aqua densatur in terram. Rursus per recontractionem terra diluitur in aquam, aqua tenuatur in aerem, aer transit in ignem. Elementa autem quibus mundus constat, quilibet sibi locum capit, secundum sui naturam, ignis sui leuitate supremum, terra grauitate infimum, huic aqua circumfunditur, his duobus aer. Supra firmamentum autem secundum diuinos sunt supercœlestes aquæ, supra quas sunt spirituales cœli, in quibus angelicæ uirtutes continentur. Terra uerò una ita se mediam locauit, ut æqualiter undique à firmamento distet, præter extantias montium & subsidentias uallium: transitque per medullam eius intellectualis linea de arctico polo ad antarcticum, quæ & aeris circūfusione ita ligatur, ut nusquam deflectatur.

Forma terræ.

Nunc de forma terræ differamus, quam A-

Bedæ tom. 1.

naxagoras rotundam & planam in modum ancilis uolebat. Alij extantias extremarum partium & gremium cauernosum in modum scutellæ, ubi quicquid caderet, ibi uerò recipi uolebant. Sed secundum hos multa sequerentur inconuenientia, nam uicissitudines solis & lunæ tunc omnibus æqualiter apparet, & semper haberent æquinoctium: quia omnes dimidietatem omnium parallelorum uideret, sicque nec noctes, nec dies abbreviarentur, omnibusque esset idem oriens, idem occidens & meridies. Restat autem terram rotundam dici & ob decliue positionem hominū, diuersis modis cœli partes intueri: nam decliui uerò abscondunt. Hyemalis tropici unam partem uidemus, & tres latent, æstiuales tres uidemus, & una latet: & quando sol in illis est, per tantum spacium uidemus quantum ipsorum cyclorum nobis apparet. habemus quoque diuersos ortus, & occasus & meridies secundum firmamenti uolutionem, & terræ globositatem. Nam cum est meridies Orientalibus, ortus est Meridionalibus: & cum occasus Orientalibus, ortus est Occidentalibus.

Zona.

Terra quoque per zonas est diuisa, quarum media perusta est solis frequentia, & aliorum planetarum, secundum hos qui etiam illis calorem attribuunt, duæ extremæ sine caloris beneficio, alia duæ, hinc calore, hinc frigore temperantur. Si latitudinis magnitudinē perpendere uolueris, intellige à Septentrione circulum præcedi in Austrum tam inferiori hemispherio, quam in superiori. Hunc autem per sexagenas diuide, & attribue uicinæ frigida sex, temperata quinque, perusta octo, temperatae ulteriori quinque, frigida sex. Ecce ea proportione qua se numeri isti habent ad inuicem, eadem quoque se habent zonarum dimensioes.

Climata.

Sciendum, quod qui in medio perustæ esset, talem haberet dispositionem, quod semper haberet æquinoctium: omnes enim parallelos uideret dimidios, & in fine sui orientis utrosque polos. Sed quanto magis Septentrioni accederet, tanto magis illi partes eius eleuantur, & Austri deprimerentur: & hoc secundum diuersum climata, id est inclinationes. Sunt enim octo, secundum alios septem: sed qui octo uolebant, quædam tam perustæ quam frigidarum asseriebant. Frequentior autem usus octo uolebant, tria uerò sunt huius habitabiles. Primum quod est inter Meroen & Syenem, in quo dies longissimus est tredecim horarū, breuissimus undecim: ubi duæ horæ faciunt differentiam. Inde etiam clima radiorum, ubi dies longissima est quindecim horarum, breuissima octo, ibi differentiam sex horæ faciunt. Vltimum clima nostræ habitationis dicitur Borestenicum à Borestene lacu, monte, ciuitate Armeniæ, ubi secundum Bedam de Temporibus, longis-

longissimi dies sunt octodecim horarum: ubi sex, ibi differentiam septem horarum faciunt. si aliter ab Astrologis dicitur, forsitan aliter quoque climata disponunt. Si uero aliquis tantum procederet, qui polum supra uerticem haberet, ille dimidium tantum zodiacum uideret, & totum æquinoctiale parallelum, unde habet & per dimidium annum diem continuum, & per dimidium noctem continuam. Videndum quid in primo climate singulis mensibus de sex triens accrescit, & in alijs sex mensibus tantum decrescit. In Rhodiorum clima singulis de sex integra hora accrescit, & in singulis alijs integra decrescit. In Borestenico singulis de sex duarum horarum, & in alijs totidem decrescit. Hæc autem diuisio climatum facta est secundum computistas, sed aliter etiam secundum philosophos, qui naturam ipsam perpendunt: ut in climate Rhodiorum compertum est. Nam in primo sex mensium duodecima pars accedit, id est dimidia hora: in secundo, undecima: in tertio, quarta & dimidia: in quarto, quarta: in quinto, sexta: in sexto, duodecima.

Terræ motus.

Terra quoque mouetur, quod terræ motum uocamus: unde dantur coniecturæ. Terra ad imitationem arteriarum, per quas spiritus discurrunt in homine, habet cauernas, foramina & tracones, per quæ uenti & flumina discurrunt. Nam flumina mare intrant omnia, nec tamen rediunt, quia ad suos alueos per tracones redeunt. In cauernas & foramina etiam quidam uenti intrant, unde dum queruntur erumpere, tanto ruunt impetu, ut terræ partes illis finitimæ inde commoueantur. Alij dicunt quod terra sit concaua in modum fornacis, uel duorum hemisphæriorum, quæ cum aliquando moles montium corruant, inde moueatur. Alij dicunt supra abyssum locatam terram: & mora abyssus, moueatur. Alij dicunt Leuiathan animal terram complecti, tenetque caudam more suo, qui aliquando sole exustus, nititur illum comprehendere: sicque indignationis eius motu terram quoque moueri. Haurit quoque aliquando immensitates fluctuum, ut etiam omnia maria sentiant in reddendo inundationem, & inde terræ moueantur.

Post singulares terræ proprietates, de communibus terræ & aquæ differamus. Sunt enim hæc duo elementa inuicem sibi mixta. Vt enim siquid pateat qui eorum aliud sit superius. Nam in superficie terræ aquas uidemus, & in uenis eius fodiendo inuenimus. Verum autem Oceanum in medio perustæ positum ideo Physici referunt, ut ignis, solis, & aliarum planetarum aquis contemperetur. Calor enim humorē attrahit, & inde pascitur.

Retrusiones.

Oceanus ille uerus & Mediterraneus duas facit refusiones, alteram ab Oriente in Austrum, alteram in Septentrionem, alteram ab Occidente in Austrum & Septentrionem. Sed his duabus, quæ ad Austrum uerguntur, secundum

quosdam nulla est cognitio. Quæ uero in Septentrionem conueniunt, tanto impetu concurrunt, ut impulsionem suam illam famosam accensionem & recessum faciant, terramque modo obruant, modo retegant. Vt sol flammis suis solet aquas attrahere Oceani, quæ dum non ualent in aere diu sustineri, pondere relabuntur: unde inundatione facta, aliquando terræ obruuntur. Alij dicunt, quia uenti aquas impellant, & sic terras obruant: cumque illas remiserint, ad alueum suum reuertantur. Alij dicunt, habitationes nostras uicinas esse ori Leuiathan, qui dum haurit fluctus, terra apparet: & dum remittit, obruitur.

Exustiones.

Sunt præterea æstuationes minores, scilicet malinæ, & ledones. Ledones, à quinta luna, similiter & à uigesima incipiunt: & quot horis accedunt, tot recedunt. Malinæ sunt maiores, quæ à tertiadecima, & uigesima septima luna incipiunt, & sex diebus, & quindecim horis durant, & sunt citiores in accendendo, tardiores in recedendo. Exæstuat quoque mare inter diem & noctem terbis in æstiuo die, & semel in nocte: bis in hyemali nocte, semel in die, & doctantem & semunciam horarum durat: sed siue exstuent, siue uento impellantur, dein & dein fluctus ordinantur: quorum decimus est maximus. Augetur quoque mare secundum lunæ incrementum & detrimentum. Nam incipiente illa crescere, crescit mare per dies septem: & per totidem proximis decrescit. Rursus per sequentes septem recrescit, usque ad uigesimalium primum diem, & inde terra decrescit usque ad uigesimalium octauum diem. Notandum uero licet hoc modo augeatur, non tamen ad proprium statum, nisi post octo annos redeat. Luna quoque quod plus Septentrionales partes attigerit, tanto plus mare crescit: minus uero, quod illa magnis Austrum possidet. Dicunt Physici lunare corpus quasdam influxiones & effluxiones habere, & hoc magis ex dulcibus aquis prouenit, Solaris uero de falsis. Præter has refusiones sunt alia refusionum refusiones, quæ factæ dicuntur per Herculem, qui cum habitationem nostram dulces tamen aquas habere uideret, perfregit radices duorum montium, scilicet Adamantis, & Calpes: quorum alter, id est Atlas, remansit in Mauritania, Calpes in Hispania.

Mediterraneum.

Inter hos montes, id est Calpen & Adamantem fretum immixtum latitudinem habet quinque miliaria, diuiditque Africam ab Europa, facit autem famosos sinus, Galiciam in Narbonensi regione ad montem Pessulanum, facit Corsicam insulam, diciturque Tyrrenum in finibus Italiae: qui Carthaginem respicit, scilicet inter Italiam & Siciliam dicitur Ionium, circa Siciliam Adriaticum, qui in Oriente Italiam aluit: facitque maritima Græciæ loca uersus Austrum

strum plurima, Cyprum, Rhodum, Carpathum, & ubi desinit dare terminum inter Africam & Asiam, incipit Nilus uersus Septentrionem, & dicitur Hellepontus, inter Seston & Abidon, in ulteriori Pontus, inde Propontus, inde Bosphorus, ibique desinit dare terminum. Inter Europam & Asiam dat Tanais, qui de Ripheis montibus oritur, & stagnantes Meotides paludes facit. Similiter & in Oriente Caspium erumpit Erithreum, qui & Rubeum dicitur, nam alluit litus Rubrum: unde aquæ marinæ colorantur, fertque ibi lapides preciosos. Asia magnitudinem Europæ & Africae possidet, & incipit ab hortis Eden, id est à deliciarum hortis: in Oriente & in Austro Nilo terminatur, in Septentrione Atanai. Africa in angulis suis habet Cyrenen ciuitatem, & Catathum uersus Austrum in Occidentem, Mauritaniam & Atlantem, in Septentrionem ciuitates famosas, Adrimetum octo millia, Hippone. Europa habet in Occidente Hispaniam & Calpen, in Septentrionem Meotidem paludem, uersus Austrum Græciam.

Nebulae.

Hæc duo elementa inuicem sibi mixta sunt. Terra enim euanesceret, nisi aquarum humoribus conglutinetur: quæ dum aliquando humores exhalat, ascendentes nebulae dicuntur, dum cœli faciem aperiant nubes, dum uentorum stringuntur, aut solis calore depluunt, & dicuntur pluuia. Pluuia autem sunt, cum iuges sunt & lentæ: imbres sunt, cum salutare ueniunt, ut in uere cum gramina producant: nimbis sunt, cum subito & damnosè ueniunt.

Niues.

Cum humores nebulæ ascendunt, si tereno frigore præueniuntur, in niues conuertuntur: quæ magis in montes cadere solent, quam in loca campestria, uel quia illis magis cellitudo montium obstat, uel quia ibi magis spiracula frigoris abundant. Sunt autem duplices, quæ in mulcebræ aere cadunt, ut grossæ, quæ statim liquefcunt: & alia minutæ, quæ in uedine frigoris cadentes tecti foramina penetrant. Niues etiam in alto mari non cadunt, sed secus litus. nam calida est aqua falsa, & terrenum frigus impedit, ne aer super se attingat. Hinc quoque sententia illa astruitur, quia sol de calidis aquis maris pascatur. Luna uero de dulcibus tantum & frigidis, quæ & proprio calore caret & lumine. Alij dicunt, omnia cœlestia corpora de dulcibus pasci: nam dulces aquæ mare intrantes, feruntur in eius superficie, unde mare sibi attrahere dicuntur planetæ. Fit quæstio, cum calida sit aqua, quare tunc homo contactu illius frigescat magis quam terræ: & soluitur: quia hoc de dulcibus tantum euenit, non de falsis. Vel potest hoc etiam esse tam de falsis quam de dulcibus, & frigescat ex hoc magis homo, quia conglutinatio aqua est, & magis adhæret homini quam terra, si illi imponat, ideo

Bedæ, tom. 1.

que subtilitati aquæ hoc attribuas, quæ magis poros penetrat, aut illis se applicat. Fit quoque quæstio, cum de falsis aquis nebulae proueniunt, cum pluuia dulces ad nos descendant, quia poteris imputare siue immensis tractibus aeris, siue calori solis. Quod autem tantam potestatem habet ignis, uidemus in amaris herbis, quas ad patientiam gustus excoquit, uel in aere dulci amaritudinem amittit humor amarus, sicut dulces aquæ in mare cadunt, & rursum per tracones quosdam ad alueum suum reuertuntur dulces. Hoc autem experiri poteris. nam si dulces aquas per algam maris colaueris, amarescent.

Grando.

Nubes ut diximus, uel uentorum, uel solis calore dissoluuntur: & fit pluuia quasi terreno frigore in cadendo præueniuntur, in grandinam commutantur & dealbantur: quarum duplex est genus. Nam minuta niui admixta uenit in frigore. Alia in uernis & æstiuis diebus & magis quam in nocte. Nubes etiam quanto altius eleuantur, incipiunt attenuari, & per aerem dispergi: & quando sol non potest aquas attactas sibi incorporare, & immensitates aquarum permittit decidere, frequentius cadunt in mare: & sic Deus parcat terræ. quia manubias dicimus compositum à manu, quod est bonum, & nubibus per antithesin, quasi minime bonum nubium.

Aer.

Postquam de terra & aqua diximus, de aere proximo illo differamus, cuius motus causa perhibetur aqua: quæ mota, naturaliter mouet aerem. Sed cum moueatur ab oriente, Eurus dicitur: & cum ab occidente, Zephyrus: cum à meridie, Auster: cum à septentrione, Aquilo. Si quæritur, cur potius naturaliter aqua quam terram moueri dicamus. Respondeo, quia perpetuo aquas moueri uidemus, non semper aerem. Si perfluerit aliquis, dicens: Vbi est efficiens causa alicuius rei, debet esse effectus. Respondeo, uicinum illum aquæ motum, uel dicas non ubique moueri, sed in aliquo. Alij quia leuis crispatio quædam aeris, quam auram uocamus in terris, altanum uero in mari, offenda tur in montibus, ibique tumultuantur, & augentur. Alij dicunt rationabili motu moueri firmamentum, & subiectos planetas qui aerem inferiorem commouent, & omnibus motibus impellunt: id est sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, antè & retrò: & per circulum, qui solus rationalis est, sed in eo non diu persistit, quod etiam aliquando deprehendimus in turbine. Nec turbat quæ planetas irrationabiliter illos moueri dixi, hoc fit comparatione firmamenti, qui ab eodem cursu nunquam desistit. planetæ uero diuersis tractibus labentur.

De fulmine.

Denique cardinales uenti tres conueniunt, & nubes compellunt tanta uel, ut ex collisione illa nascatur sonitus, & claritas quædam. Quod

Z * audi

auditum offendit, tonitruū est: quod uisum, fulgur, uel fulguratio: qui ferit, fulmē dicitur. Nascitur ibi præterea quidam lapis, qui uel nimie compressioni, uel nimio calori, uel nimio frigori potestis attribui: quia expressio possit hoc efficere. Videtur satis ubi lacteus humor coagulatur, qui uetō calor diuersis modis res mulceat aut consolidet, apparet in limo. quod autem frigus duritiem faciat, uidetur in metallis liquefactis, ut etiam in ferro, lapides dissilire facit, lignum findit, aquam constringit. Dicunt alij, quod quidam crassus uentus contineatur in nubibus, qui dum erumpit, sonitum facit, cuius rei probationem dat uentus uelica conceptus, quæ displosa uiolenter intonat. Alij dicunt atomos humoris uaporaliter ascendere, & ignitum caualiter descendere: in quorum conuentu nascitur ille sonitus, daturq; similitudo quædam de fabro ferrum calidum tingente in aqua.

De rore.

Desudat quoq; in aere ros, qui lunæ attri-
buitur, eo quod illa sit cribrum coelestium. Alij attribuit ueneri, eademq; & uespere & mane: qui si frigore præuenitur, pruina efficitur. Causa quoque grossum fit, cadit pruina in frigoris maxima uedine, qui sepibus & ramis arborum inhaeret. Aliud quoq; in autumnali uolitat tempore, quod pueri uocant æstatem: unde araneæ telas faciūt, qui est fex aeris sole desiccati. Præterea uentis imminetibus, inferior iste aer superiori colliditur: unde scintilla profiliunt, quæ stellarum casum imitantur: re uera autem nunquam aliqua stellarum fixa, seu uaga decidit, immo scintilla humido aeri allapfæ extinguuntur, & in agris inuentæ phlegmatis similitudinem expriment. Sunt autem res uenenosæ.

De iride:

Fit præterea arcus in aere, qui oppositam plagam tenera sole: & ut dicunt Physici, sol nubes aquosas & concuas reuerberat, non multum confertas, unde diuersitatis mundanæ colores illis innascuntur, qui tantum ex minima distantia liquide distinguunt non possunt. Bada autem dicit quatuor esse colores diuersos, imitantes quatuor elementa: uiridis uiridem terræ superficiem imitantur: glaucus aqua, hiacynthus aërem, rubeus ignem æthereum. Sunt aliquando etiam duo arcus, quia luna similiter arcum facit, plenum tamen, quia non est ipsa iris, & solet esse imminetibus uentis aut pluuijs. illum quoq; nauæ obseruant. Nam ex ea parte quam primū dissoluitur, uentos aut pluuias uenturas esse prænoscent.

De æthere.

Huic aeri proximo loco æther imminet, in quorum confinio luna proxima loco est, quam Physici terram ætheream uocauerunt: forsitan ideo quia sicut terra à terendo dicitur, ita qui à coelestium corporum purgatione teritur, in lu-

nam recipitur. & hoc à sole ut in speculi similitudine reuerberetur, opponitur. Lunares autem plurimi sunt animæ ascendentes uel descendentes, quæ in singulis sphaeris quid acceperant obuolutionis relinquunt ibi, uel assumunt: siue calidæ mones. Quod autem furui habere uidentur in medio, hoc prædictæ causæ poterit ascribi.

De furuo lunæ.

Luna ex quatuor constat elementis, sed tria illa elementa bene sibi commixta sunt & leuigata. Nam & naturaliter sunt perspicua, & de se lucem reddunt. Terra autem in illo loco non bene alijs admixta est, nec de se lucem effundit, & scabra est in illo loco. Scabrum autem est, quod rubigine obductum est, aut alleuigatum remanet. Habet hæc figuras septem. Nam monoïdos ab unitate dicitur, cum prima est: diatomos, uel diatomos cum media est: dias enim duo dicitur, tomos sectio, amphicirchos, idest circa rotunditatem. Est plenilunium in decrescendo, item est amphicirchos, post diatomos, & inde monoïdos.

De eclipsi solis & lunæ.

Luna quoq; illa semper pleni orbis est, nam ex ea parte qua solē respicit, semper plena est: sed aliquando tota uel ex parte obscuratur. Cum est quartadecima, uel decimaquinta, si sit in ecliptica linea, & per diametrum soli opposita. Diameter est linea, quæ aliquando partitur in duas medietates: dias enim binarius est, metron, mensura: nam tunc terra in medio posita, lumen solis ne lunæ infundatur impedit, & uerbera eius ad lunam usque protenditur, & est eclipsis lunæ, quod deliquium dicimus. Fit autem tam inferiori hemisphaerio, quam in superioris, tam in oriente, quam in occidente. non tamē semper fit, cum est decimaquarta, uel decimaquinta: sed post sex menses semper. Cum autem in eodē signo sit & eodē mense, non nisi post nouemdecim annos. Cum autem in eodē signo, & mense, & signi parte, non nisi post 55 annos euenit. Quod uero in eodē signo, mense, parte reuocatis cunctis planetis ad locum suum, non nisi post quindecim menses annorum fit. Eclipsis solis in trigesima luna fit, sol eclipsim. Nam declinat uel ad Austrum, uel ad Septentrionem. Cum autem sol in eodē signo pariter & mense sit post 55 annos, sed qui in eodē signo, mense & parte sit, reuocatis omnibus stellis ad priorem locum, hoc est post 15 millia annorum.

De ordine planetarum.

Nunc de ordinibus differamus. Plato sequens Ægyptios, qui hoc persuaserunt, in proxima regione post lunam solem asseruit hæc ratione. Luna proprio lumine caret, quia mutatur a sole. Nam si Venus & Mercurius illi & lunæ interponerentur, aliquando solis lumen præriperent. Ratio quidem parua est: nam omnis umbra minoris corporis, a maiori lumine te-

ta, etc.

ta extenuatur nec longè protenditur: sicq; hæc duæ nihil lunæ impedirent. Tullius Chaldaeos sequitur, dicens solem mediū planetarum esse numero, non spacio: nam plus à firmamento quam à terra recessit. Non tamē negamus Venere & Mercurium aliquando superiores, quod etiam historiae probant. Habetur enim in historia Caroli, quod Mercurius per nouem dies in sole tanquam macula appareret. Quando uero intrauerit uel exiuerit, nubes perhibebat uidere. In Romana quoq; historia dicitur, Augusto Cæsare lulio adopriuo patri sinebres exequias faciente, Venere fulsisse, quam eius stellam censuit. Hi duo cum infra solem sunt, clarè uidentur in meridie. Causa uero est, quia sunt uiciniores terræ: & maiores apparent, nec sol illas obscurat. Cum uero supra solem sunt, claritas eius non permittit illas uideri, tãquam iam sint minores: cum directè quoque sol illas reuerberat, ut antè uel retrò positas, similiter aut modicum, aut minime uidentur.

De media lunæ obscuritate.

De luna quoque talis habetur coniectura, quod sit quadam nubecula inter nos & lunam posita, impediens nobis partim claritatem lunæ: nam ipsa administratrix est corpulentiae tam superioribus, quam inferioribus, & cribratur ibi quidam atomi, cuius liquidiores partes sursum dant corpulentiam. Sordidiores autem his inferioribus & caducis infunduntur, & ibi euaporant. Lunam quoque in ea parte aspectibus nostris subtrahit, quemadmodum nebula, quæ ubi de montibus exhalat, oculis illum nostris ibi abscondit.

De epicyclis & interseclis.

Quando Venus & Mercurius solis uicinitate, uel remotioe uideatur, uel non uideatur. Mercurius cum ad 12 partem uenerit, uideatur sicut & luna. Venus uero cum ad 7 partem signi à sole recesserit, uideatur quasi iam maior luna quoq; ibidem uideretur, si proprium lumen haberet. Quod autem superiores & inferiores sole feruntur, tripliciter per coniecturas ostenditur, siue per intersectionem circularū, siue quod sint epicycli, idest supercirculares terram non habendo centrum, solem quasi centrum cursus sui efficiunt, siue altitudinem solis circuli emetiuntur obtusis siue acutis anfractibus: quemadmodum latitudinem zodiaci planetæ euadunt, quæ subiecta oculis pictura demonstrat. Sed quoniam mentionem quomodo zodiacum perambulant fecimus, plenius inde dicamus.

De lineis zodiaci.

Venus & luna ad extremitates zodiaci perlatas, duodecim lineas diuisi perueniunt. Venus tamen in duobus momentis excedit, Mercurius octo lineas eius perambulat. Sol duas medias seruat: nec illas, nisi in libra excedit. unde Ouidius: Expaciantur equi, Mars quatuor perambulat, Iupiter quinque: sed & hi frequen-

Bedæ 1. tom.

tius anomali fiunt. Saturnus tres tantum. Cum sit dubitatio de ordine solis, Mercurij, Venere, nulla tamen est de ceteris: nam tantum à sole, & à se uicem recesserunt, ut quod sol in anno perficit, hoc Mars in duobus, Iupiter in 12, Saturnus in triginta.

De transitorijs.

Ipsorum quoque planetarum alij sunt hippolitici, alij stationarij, alij retrogradi, alij anomali. Hippolitici, idest transitorij, sunt qui de priori signo tendunt in posterius. cumq; hoc omnes alia faciant, præcipue sol & luna, ita enim hi de anterioribus signis ad posteriora tendunt: quod nunquam stent, nunquam retrogradantur. Si aliquis opponat solem subsistere, quia plus in geminis moretur quam in sagittario, dicite q; hoc morari non est subsistere, sed quod maius spaciū ibi habeat complere, quam & alij signis, ubi axis eius tam alta non est, quod pariter in eccentricitate. Stationarij, sunt qui diutius prope aliquam fixam stellam uidentur, quam soleant non quidem stant, sed secundum cursus sui figuram uel ascendunt, uel descendunt, & non multum in naturali cursu procedunt. Sunt autem legitimi termini, in quibus uidentur stationarij: idest cum distant à sole per tria signa, uel per quatuor, quod fit per triangulum, uel quadrangulum: idest in trigono uel tetragono, hoc est in triceto, uel in quadriceto. Causa autem huius stationis perhibetur sol esse. Est autem statio alia matutina, alia uespertina. Matutina est, cum ante ortum solis est in statione. Et notandum, quod in uespertina statione tantum fiunt retrogradè. Verbi gratia: Si Iupiter de geminis procedat in cancerum, & item redeat in geminos, quod cum quidam in quibusdam signis semel tantum faciant. Saturnus tamen semper bis ad quodlibet signum redit, & aliquando tertio peruenit ad idem, quod in eam sui cursus secundum quosdam efficit. Nam secundum alios magnitudo circuli, Pythagoras autem neq; retrogradari, neque stare, neq; anomalam aliquam esse dicebat, sed omnes in æquali spacio temporis æqualiter complere spacium locorum. Quomodo retrogradè uideantur, uel stationariè, cum tamen non sint, figura demonstrat. Anomale, idest irregulares sunt, cum uel diutius uel citius solito morantur, uel oriuntur, aut in ita solito loco apparent, quod cum alijs etiam eueniat, maxime tamen Marti, qui in posterioribus duobus annis nunquam seruat legem priorum. Venus autem & Martius nunquam in triceto uel in quadriceto regulariter distant à sole, nec à chronico ortu oriuntur, aut occidunt, quia non plus à sole distant, quam Venus per signum & dimidium, Martius per signum & duas partes unius, ibiq; suam stationaritatem & retrogradationem partuntur, propius autem uideri possunt aliquando. Sunt etiam hi duo aliquando supra simul & infra, simul retrò, aut antè: unde & duos lu-

Z 3 ciferos

ciferos uideatur nunciamiter duos hesperos: cum uero Mercurius ante est, ueniat sibi nomē luciferi. Venus autem est nomē naturæ, id est naturaliter ubicunq; hæc stella est, Venus appellatur. Cum uero sol præcedit in ortu, Lucifer dicitur: cum sole occidente apparuerit, hesperus uel uesper: & est nomē officij. Dicitur quoque Aristot. & Peripatetici, naturali cursu uolui planetas cum firmamento, sed omnes celeritate ipsius præteriri. Saturnus in tantum cum eius celeritate contēdit, quod infra duos annos & dimidium, illum præcedat firmamentum unius tantum signi longitudine. *De ortu.*

Notandum quoque quod ortus alius matutinus, alius uespertinus. Matutinus, ubi aliqua stella solis ortum præcedit post mediam noctem: uespertinus, ubi post occasum solis aliqua stella apparuerit. Est præterea ortus alius mundanus, alius heliacus, alius acronicus. Mundanus est, cum de inferiori hemisphærio in superius aliqua stella emerferit. Heliacus, est cum sol recedens ab aliqua stella permittit eam uideri. Acronicus, cum aliqua stella uel sidus occidit: & oppositum illius per diametrum oritur. Cronon autem tempus interpretatur.

De occasu.

Occasus quoque alius mundanus, alius heliacus, alius acronicus. Mundanus, est cum superiori hemisphærio in inferiori quælibet stella descendit. Heliacus, cum sol ad aliquam stellam accedens, illam uideri non permittit. Acronicus, est cum aliqua stella uel signum occidit, & oppositum illi per diametrum oritur.

De occultatione stellarum.

Cum occultentur stellæ, siue a sole, siue ab absidibus suis, non tamen omnes pari spacio occultantur. Nam Saturnus 70 diebus ad maius occultatur, ad minus uero 10 tantum. Iupiter 36 ad malus, ad minus 10 similiter. Mars autem anomalus est, unde in gestis Caroli per integrum annum latere perhibetur. Venus autem 58 diebus ad maius, ad minus autem 52. Mercurius ad maius 16 diebus, ad minus 12. Luna accedendo in duodecima parte signi unius contra solem incipit obscurari, & recedendo in duodecima parte illuminari: & duobus diebus tantummodo latet. *De absidibus.*

In interfectionibus quoque absides aut sunt absides quidam tramites, qui ducuntur aut frangendo per spiras, per quas stellaria corpora incedunt, infixe triginta occultantur aut plures, sed minores diutius. Nam maiores citius uidentur. Incipiunt autem obscurari, cum sol ab aliqua illarū ultra quindecim partes destituitur terra, quod iter quindecim diebus perficit, recedensq; ab ea quindecim diebus obscurat. *De consensu planetarum.*

Vt diximus supra in triceto uel quadriceto sole respiciendo planetes sunt stationarios retrogradi, & contra se quoque respiciendo magnum sibi præbent consensum, nam cum salu-

bris salubrem respexerit, augetur salubritas: si aduersa aduersam, augetur aduersitas: si salubris aduersam, uel e conuerso, minuitur utrarumque effectus. Mercurius autem, quia est indifferens, plus tamē bonus quam malus, semper talis efficitur, qualis illa quam respicit: & eiusdem coloris. nam si aduersam respexerit, auget & accelerat illius prosperitatem: si uero prosperam, auget & accedat eius aduersitatē: plus tamen est accommoda prosperitati.

De domicilijs.

Si in singulis domicilijs singuli planetæ accesserint, plurimum sibi obsequuntur. Illud autem domicilium cuiuslibet dico principale, in quo quilibet planeta in origine mundi reperiuntur. Luna quidem & sol singula habent domicilia, sed quilibet de certis quinque, habent duo unum secundarium. In principio itaque mundi luna fuit in cancro, quæ cum constellatione sua semper bona portendat, præcipue tamen cancro. Si solem secum habuerit, incrementum & corpulentiam rebus maxime infundit, quod in florida æstate patet. Sol uero reperiuntur in leone, in quo præcipue potestates suas designat siccitate & seruire, unde & caniculares dies sunt alijs feruidiore: ut sole existente in suo domicilio. Caniculares autem dies dicuntur a canicula, quam tunc ingreditur sol. Mercurius sicut infimus omnium primam obtinuit electionem, elegitq; ab antecedentibus canem, geminos: a consequentibus leonem, uirginē: hac ratione, ut ibi quod uellet, designaret principaliter. tamē si hospitalitatis causa alius planeta illuc fuisset ingressus, dixit se uelle illi obsequi colore & effectu. Venus uti proxima loco proximam fecit electionem, & ab antecedentibus elegit taurum, a consequentibus libram: eadem ratione, ut suos effectus ibi demonstraret. Si uero malus planeta illuc intraret, uellet illi aduersari, & sua prosperitate uires illius minuere, præcipue habens Mercurium, uellet accelerare prospera. Cum uero bonum sua constellatione plurimum designet, præcipue tamen de felici connubio iucundissimum pignus affert. Ea quoque ratione Mars arietem & scorpionem elegit, ut maximam portendat aduersitatem, & præcipue flagrantiam indicat. Iupiter pisces & sagittarium elegit, qui temperatur de aduersis: augetur a prosperis. cū Martio accelerat ad bonitatis suæ indicia, de felici regnorum euentu disponit. Saturnus duo continua obtinuit, scilicet cetuarium & capricornum, cum bonis minor, cum malis maior, cum Mercurio in crudelitate celerior: interq; malas designationes frigore & nimia asperitate abundat.

De frigore Saturni.

Est autem inter omnes planetas Saturnus frigidissimus, cuius plures causæ redduntur fabularum, quia senex fuit quidem uir. Senes autem sunt frigida naturæ, unde & flegma in eis abundat

abundat, quod hyeme crescit. Vel ideo frigidus perhibetur, quia remotissimus sit a sole, uel quia sol in Saturni domicilijs positus, remotissimus est a nobis: tunc quia frigore premimur. Cum uero in suis domicilijs Saturnus cum sole positus fuerit, grauissimam facit frigoris ueridinem, nec aliter est frigidus, nisi per effectum. Mala enim constellatione sua enecat homines, enecat uero sunt frigidi, uel aliter, quia supercoelestibus aquis uicinissimus est: & ideo fit frigidus. de quibus plures dantur coniecturæ, quomodo fertur rotundum, & perpetuo uolubile consistere possint.

De supercoelestibus aquis.

Prima coniectura est, quod sint in exteriori superficie cælesti extantia & subsidentia loca, ut etiam in superficie terræ, in quibus aquas contineri dicunt, cum tanta uero celeritate uoluntur, ut non labantur: qui de pleno uase quolibet probari potest. Nam quo maiori impetu manu circunouoluitur, eo minus effunditur. Secunda est, quod ibi uaporaliter quemadmodum hæc nubes pendent, contineantur. Tertia est, quod propter solis remotionem, a quo præcipuus calor exhibetur, indurato glacialiter cælo cohereatur. Vnde dicunt Saturnum frigidissimum planetarum, quia illis aquis uicinissimum. Est etiam quarta: Firmamentum ut fixum non uolui, sed stellas illi appositas, nec fixas moueri: & hi an quadratum, an rotundum sit, dubitant. Nouissimè quæstio diuina uirtute soluitur, quia ibi teneantur secundum Dei uoluntatem: licet hæc modus homines lateat, quas ibi in usum diuinorum seruauit Deus: uel ut ignem cælesti temperet: super has spirituales cæli sunt, in quibus angelicæ uirtutes continentur. Secundum alios nihil, nisi inane.

Quo tempore cursus perficiant planetæ.

Saturnus pro circuli amplitudine, pro retrogradatione, pro stationaritate, declinatione uel ad Austrum, uel Aquilonem sensum uel uisum annum suum non nisi triginta annis perficit, & duobus annis & dimidio unum signum transit. Iupiter duodecim annis, unde lingualis annis solaribus signum unum peragratur. Mars in duobus annis, unde uno anno sextum signum peragratur, nisi efficiatur anomalus. Habent enim gesta Caroli quod in integro anno non sit uisus. Sol infra 365 diebus & quadrante diei, quæ in primo, secundo & tertio anno non computatur: in quarto uero dies intercalaris componitur, qui bissextus dicitur: eo quod bis in sexta idus Martij computetur, inde annus bissextus: quod uero liquecat, ita disponamus. Sol in principio arietis esse ponatur, idem post 365 dies ad eum uicinus erit eidem parti arietis, quod si adhuc sex horæ restarent, eandem partem attingeret. De reliquo diligenter animaduerte. In toto suo ambitu (ut diximus) tantum spacium ponit. Videamus igitur primum secundum æqualem computatio-

nem, quantum in singulis signis ponat. Nam secundum compositionem in quolibet signo ponit 30 dies, & 10 horas & dimidiam, & ex his ad eandem summam redibis. Nam duodecies 30 sunt 360, duodecies 10 horæ faciunt quinque dies: & duodecies dimidia, facit quadrantem: ecce eadem summa. Philosophi uero reueritatem contemplantes, deprehenderunt solem plus in uno signo, & minus in alio morari: unde in geminis duos dies super 30 & 10 horas & dimidiam moratur. e contra in sagittario duos dies minus quam 30 ponit: & hoc inde euenit, quod axis sua eccentricis est, & uicinissimus est in geminis firmamento, & remotissimus a terra, & e conuerso in sagittario. Si uis ad eundem summam redire, hoc modo poteris deprehendere. In geminis duos dies supra 30 moratur, unde in proximo signo 10 horas minuit, & ita usque ad sagittarium minuet, duos infra 30 relinquit: inde iterum ascendens, in quolibet signo 16 sumit usque ad geminos. Ita quidem deprehenderunt esse, siue hæc sit causa, quod inter radios, qui seruiunt uel finiunt geminos absidibus plus contineatur, siue sol ibi altius ascendens, longius spacium habet in illo signo quam in alio: nec ideo longiores dies facit, quia quantum est altior, tanto magis a raptu firmamenti impellitur ab ortu in occasum. De alijs quoque planetis idem euenit. Nam Saturnus in scorpione uicinissimus est firmamento, luna in tauro, Iupiter in uirgine: cum illo si fuerit Venus, significat bonum coniugium alicui futurum: unde Venus in specie uirginis uenatricis occurrisse dicitur Aeneæ, quæ illi bonum fieri coniugium portendebat. Mars in leone, cum quo si sol fuerit, incedium animorum & aeris designat. Sol (ut dictum est) in geminis uicinus firmamento: Venus in sagittario, Marcus in capricorno. In oppositis autem signis sunt terræ uicinissimi. Venus in 349 diebus cursum complet. Martius, quia otior est, nouem diebus minus: sed cum sæpius efficiuntur retrogradi, plus possunt. Luna secundum Macrobiū ambit zodiacū in 28 diebus: sed hoc dicit ad condemnationem septenarij, qui quater multiplicatus, facit 28. sed reuera infra 27 dies & octo ferè horas totū zodiacum perambulat: sed non illuminatur eo tempore. Verbi gratia: Si sol & luna pariter fuerint in principio arietis, luna procedens in 27 diebus & octo ferè horis peruenit ad idem punctum: sed solem ibi non inuenit, quia iam & ipse sua lege processerat usque circa finem arietis, ad quem consequendum postea luna ponit duos dies & quatuor horas: & tunc reilluminabitur ab illo, neq; de accensione ad accensionem intersunt 29 dies & 12 horæ, quæ non computantur in primo mense. Vnde tantum habet 29 dies, in secundo computantur, & tunc alijs additæ faciunt mensē 30 dies habere, nisi in decem nouenali anno, quando dies subtrahitur unus.

De saltu lune.

Hac autem ratione plus damus lune singulis mensibus, quam ipsa consumat. Illud autem adeo paruum est, quod singulis mensibus computare difficile est: sed in toto anno tantummodo supercrefcit 1 hora & 1 punctum, & decimanona pars puncti, qui singulis annis collectum decimonono anno facit diem integrum, illumque diem transiliendo auferimus, computantes tres lunationes 29 dierum tantum. Punctum autem est quarta pars lunaris horae, quinta uero solaris. Hoc quod diximus est secundum illos, qui dicunt firmamentum rationabili motu uolui ab oriente per occidentem, iterum in orientem. Planetas uero ab occidentem per orientem iterum in occidentem, quod asserunt Platonici. Aristoteles uero & Peripatetici dicunt planetas rationabili motu pariter cum firmamento uolui: sed illas celeritate firmamenti praeteriri & uideantur quasi retrocedere, secundum quam sententiam quantum sunt altiores, tanto sunt celeriores: ut Saturnus uelocissimus contendat cum firmamento tanta sua celeritate, quod infra duos annos & dimidium non nisi uno tantum signo praeterat illud firmamentum. Luna uero ut omnium infima, est tardissima. nam si hodie uisa sit in principio arietis, cras oriente ariete, non ibi lunam inuenies: sed post in duodecima parte illius oritur. Sol quoque si in prima parte arietis hodie fuerit, cras ibidem non apparebit: sed post 15 partem unius horae naturalis sequenti die oritur in secunda parte eiusdem signi, & hi dicunt terram immobilem, & omnia aequaliter circa illam uolui. Ad quam sententiam accedit Tullius, qui dicit acutissimum sonum nimia celeritate firmamenti fieri, grauisimum uero in luna propter nimiam tarditatem eius circunouolutionis. Firmamentum omnibus aequaliter supra uoluitur quinque zonis, quas inuicem paralleli diuidunt, qui ab oriente in occidentem ducuntur. Sonat autem aequaliter distans: non quod omnes aequali spacio distet: sed duo & duo aequaliter sibi inuicem, ita quod nusquam sibi propius, uel remotius distet: quorum duo breuissimi sunt scilicet extremi. Medius uero, qui est equinoctialis maximus, qui ab omnibus uidetur dimidius, nisi his, qui sunt sub polo: nam hi totum uidere poterunt, qui illorum orientem terminat. Tropici uero sunt medioximi. Arcticus dicitur, qui uersas utrasque in se complectitur, cui oppositus est antarcticus. Tropicus aestiuus siue terminus, qui secundum quandam dispositionem cancrum fecit in medio, uel secundum Hyginium in octaua parte, ad quam sol ueniens reuertitur: qui aestiuum solstitium dicitur, secundum alios terminat cancrum & zodiacum. Alter tropicus hyemalis est, unde ad nos sol conuertitur, qui sit in octaua parte capricorni. Sunt quoque duo coluri, quorum unus aequinoctialis (diuidit, qui dicuntur im-

perfecti, quantum ad nostrum usum: quia non uidemus eos) alter solstitialia signa, totos. Sunt tunc, ut reor, integri, & habent distinctionem suorum siderum. Si qui ibi sunt, de his dubium est, an de Austro ducantur in septentrionem, uel extra a signo ad signum. Sed de his dicendum, quia tam zonas quam paralelos diuidunt in quaternas partes.

De lacteo circulo.

Est praeterea ibi lacteus circulus, qui in serenitate uidetur, de eo fabulosa & physica causa dicuntur. Iuno Martium priuignum suum de Maia genitum lactauit, ad cuius facti insignem coelum de lacte eodem resperfit. Alij, Hercules sumens lactis superfluitatem a pluribus nutricibus, ibi tandem euomuit. Physici, Duo hemisphaeria fecit Deus, in quorum conglutinatione maior claritas infulsit. Alij, quod sint ibi breues stellae, & coesertae, de quarum uicinitate splendor ille efficiatur: & ipsarum inter se distinctio obscuretur. Alij, quod stellae zodiaci ibi resplendeant, & iuxta tropica sol sui luminis, & ignis beneficia uersus utrumque polum extendat.

De zodiaco.

Zodiacus quoque duabus extremis lineis terminatur. & media, quae ecliptica dicitur, intersecatur, in qua eclipsis solet fieri. Praeterea zodiacus distinctus est per 12 signa, quorum unumquodque in triginta partes diuisum est, & unamquamque partium sol uno die transit, & ita signum tantum in uno mense, nisi quod tantum inde auferetur quolibet mense, ut tamen in bissextili anno dies naturalis componatur. Sub parallelo illo, quem dixi, secare perustam quicumque maneret, semper haberet aequinoctium 4 solstitia. Solstitium uoco uicinisissimam accessionem, & maximam remotionem. Duo quidem haberet ex uicinitate, ut in ariete & libra, & duo ex remotione, ut in cancro & capricorno. Quod autem in medio perustae positus semper haberet aequinoctium: haec est causa quod utrosque polos, & omnes paralelos uideret dimidius, & omnem uiam solis quam facit ab ortu usque in occasum. Ad similitudinem firmamenti solis sphaera alicubi est diffusior, & alicubi contractior: ut sub aequinoctiali circulo est diffusior, sub tropicis contractior: alioquin oporteret circulum solis in tropicis uiciniorem esse firmamento, quam in aequinoctiali circulo: si non ad similitudinem firmamenti in conuexum diffunderetur, & in tropicis contraheretur. Oppositio. Si in tropicis contractior est circulus solis, facit ibi breuiores dies, ubi breuius habet iter: in aequinoctialem ubi laxiorem habet circulum, & iter longius, facit dies longiores: sicque necesse est non semper ibi habere aequinoctium. Solutio: Quicquid recedit a medio tumore firmamenti, minus impellitur illius impetu: ita sol positus in tropicis minus impellitur quam sub aequinoctiali circulo.

eulo, & tantam circuli latitudinem recompensat impetu, rapacitas maiori celeritate. Quod autem dicit Macrobius esse planetarum celeritatem aequalem, hoc ideo dixit, quia aequaliter nituntur, sed non aequaliter promouentur: ut natantes aequis uiribus contra torrentem, non tamen aequaliter promouentur torrentis imperu diuersi illos impediente. Ita planetarum modo stationariae, modo retrogradae, modo altitudine circuli impediunt ab equali promotione. Itaque qui esset sub perustae medio, semper haberet aequinoctium, & quatuor solstitia. Quantum autem aliquis a medio perustae ad septentrionalem plagam tenderet, tanto illi plaga illa eleuaretur, & Australis deprimeretur: & quod sexagenas septentrionalis assumeret, tot australis amitteret, recipiens statim in aequalitatem dierum & noctium, donec tandem sub polo positus, totum uideret aequinoctialem circulum, & in aestiuis signis dimidium annum haberet continuum diem, & in hyemalibus signis dimidium annum noctem, uideretque dimidium superius hemisphaerium, & dimidium inferius.

De meridiano circulo.

Sunt praeterea duo circuli, meridianus & horizon. Meridionalem suum quaque sibi gens efficit, qui ducitur super caput eorum a septentrione in austrum: & mutatur in quolibet passu, & inde est, quod cum nobis est meridianus, occidentalibus sit oriens, & media nox his qui sunt in medio inferioris hemisphaerii, & sic in ordine computa.

De horizonte.

Horizon est, qui consideratus in aequae planicie uel terrae, terminabitur in anterioribus 120 stadiis, & retro totidem, si ambitum eius comprehendere uolueris, triplica eius diametrum cum adiectione septemae partis diametri, & habebit longitudinem eius ambitus. Horizon autem dicitur proprie terminalis circulus.

De constellationibus.

Sunt praeterea quaedam stellae, quae longo intervallo temporis interposito exoriuntur, & designant morbos: ut canicula, quae post quadriennium oritur, neque in eisdem locis, quia interim aliquid sui cursus expletur: neque continuo malum designat, nam temperatur de adiacentibus bonis signis, uel planetis, in quorum domicilijs aut est, aut respicit. Domiciliu illius perhibetur esse in ore leonis, quod dum sol uenit, caniculares dies esse dicuntur. De principio leonis usque ad medietatem per 15 dies. Si uero canicula cum sole fuerit, ardorem designat. Sirius illa dicitur in Graeco, & est cynicus annus, a cynos, qui est canis. 1160 anni. Aegyptij praeterea Abus uocant quandam stellam, quae eisdem intervallo temporis oritur, cuius timent aduersitatem. Vident enim hi aliquas stellas, quae a nobis tumore terrae interueniente non uidentur: ut canopon in principio

Aegypti. Est & alia, quae semel (ut reor) apparuit, nec ultra forsitan apparebit, scilicet quae incarnationem tribus Magis indicauit.

De planetarum ordine, & designatione.

Solet magnitudo uel qualitas circulorum ex quantitate illa planetarum deprehendi, ut quanto plus temporis in circuatione consumat, illa ampliozem circulum habeat, licet hoc quibusdam non uideatur, cum magnitudo circuli non sit sola causa, sed etiam stationaritates, & retrogradationes. Saturnus, ut uult Macrobius, ex magnitudine circuli 30 annos ponit, Luna uero ex circuli breuitate mensem tantum ponit. Quicumque uero planetarum teneret dimidietatem itineris Saturni, ille medius esset spacio, quia uicinius alijs facit Iupiter: unde prope medius est spacio, non numero. Sol autem numero, non spacio, secundum Tullium, & Chaldaeos inter ternos summos, & ternos imos.

Mars positus in centro mundi, si Saturnum extetragono respexerit, si proximo loco post eum Mercurius cum plena luna idem tetigerit centrum, qui nascuntur in illa diurna generati, efficiuntur homicidae, gladio casuri, sanguinarij consilio uel facto, libidinosi, ebriosi, damoniosi, scrutatores secretorum, necromantia, malefici, sacrilegi, praecipue si nulla prospera impediuerit. Martis effectus est iste, in quolibet signo praecipuus in suis domicilijs. Maxime si in medio domicilijs suorum positus centrum tetigerit. Centrum autem uoco modo meridionalem circulum, in quo dum fuerit sol, dico illu fuisse in centro: distaretque aequaliter ab oriente & ab occidente: raro autem aequaliter ab austro & septentrione, nisi in duobus aequinoctijs.

Venus & luna cum Saturno in Saturni domicilijs, id est capricorno & aquario existentibus, quaecumque mulieres in diurna illa generati nascuntur, uiragines erunt, promptae ad agriculturas, bella, aedium structiones: quae sunt foeminarum negligentes, unguenta, calciamenta, uestes appetent uiris communes, nec a maritis redarguentur. Testimonium uero huius prohibet Mars, siue sit in eisdem domicilijs, siue in triteto uel quadrato respexerit.

Venus cum Marte, in Martis domicilio, id est ariete posita, si Saturnum in tetragono respexerit, si qui uiri tunc nascuntur, effeminati erunt: uirilia negligentes, mulieribus indulgentes. Mars, si Venerem in tetragono respexerit, si nulla salubrium impediuerit, si qui in genere illa nascuntur, adulteri erunt: praecipue in matrimonio matres, filias aut sorores copulantes. Ideoque fingitur Mars cum Venere adulterium perpetrasse. Sphaerae terram habent centrum, sed absides sunt eccentricae, absides sunt circuli, in quibus sunt spirarum diuortia, ubi notantur stationes & retrogradationes. Absides in quibusdam locis sunt terrae uiciniore, in quibus

in quibusdam firmamento. Ipsa uespera etiam quoddam spacium contiguum habens tres dimensiones, longum, latum & altum. Nota, quod sicut stellae faciunt amfractus ratione latitudinis, ita faciunt & ratione altitudinis.

De diuersis æquinoctiis.

Si qui sunt in medio perustae, idem semper habent æquinoctium: quia utrosque polos & omnes parallelos semper uident dimidios: & si qui inde remouentur, uisu illos non dimidiatur, item neque æquinoctialem recte dimidiant, quod si est, nunquam habemus æquinoctium. Solutio: Terrae globositas & firmamenti conuexitas confert dimidietatem æquinoctialis lineae semper uideri cuiuslibet positionis hominibus, nisi solis his qui sub polis recte habitant: illi enim totam uident æquinoctialem in sui horizonte, habentque etiam hoc modo æquinoctium, quod sex signa, idest dimidius annus confert uel diem continuum, & sex signa reliqua, idest dimidius annus continuam noctem.

Cur stellae uidentur.

Sole occidente, cum decima quinta quoque pars signi occiderit post illum, iam tamen sol descendit, qui ut bona terra erigi incipit, cuius gratia signa uidemus: qui nisi essent, nunquam stellas uideremus, solis lumine diurno oculos impediente. Nocte autem illud nobis subtrahit, nec tamen eod minus illud in stellis & superiora dirigit.

Philosophorum sententia est, quod animae solutae a corpore uelint, debent & possint reincorporari. Velint, quia potato Letheo, oblita sunt praeteritorum: uidentesque praemium sibi propositum, si bene meruerint in corpore, desiderant reincorporari. Possunt, quia sunt immortales. Debent per necessitatem, quia cum quotidie noua creent corpora: animae uero semel iam ab origine omnes creatae sunt. Necessesse est uero quae prius erant incorporatae, reincorporentur, sed cum hoc debeat Aeneae (teste Virgilio) pater Anchises ostendere, altius incipit, scilicet ab illo quod Graeci topan, idest totum uocant, quod sub quinario includitur. Sunt enim quatuor elementa, ignis, aer, aqua, terra, & Deus. Mundus enim non potest totum uocari, nisi prius ei infuso diuino spiritu, quem animam uocamus. Ex elementis enim & anima illis infusa, procreantur omnia. Vnde cum duplicem naturam habeamus, uidentur est, quod ab alimentis quodammodo sortiamur. Deprehenderunt enim philosophi, quod spiritum a Deo accepissemus, quia ipse est inuisibilis: unde auctor summus Deus, a quo ducit originem, corpus autem ab elementis: quia sicut elementa sunt uisibilia, sic & corpora nostra, & sicut illa de statu in statum mutantur per contexionem & recontexionem sui, sic corpora nostra diuersis modis uariantur. Item, anima rationalis est, ut Deus a quo ducit originem. Corpus autem irrationabile sicut & elementa absque anima be-

neficio. Item, anima simplex & inuariabilis est in sui natura ut auctor suus, unde etiam seruat eternitatem: corpus autem compositum & corruptibile. Circa haec enim uersatur Anchises intentio, ut animarum immortalitas ostendatur, ad quod quia diuersae occurrunt oppositiones, uidentur sunt diuersi philosophorum errores: omnes enim, sed non eodem modo errabant. Quidam enim dicebant, animas creatas esse ab origine mundi, & positas in compares stellas tanquam in uehicularum, ut discerent rationabilem motum firmamenti. Alij unam tantum esse mundanam animam, quae omnia complet, omnia penetrat, omnia uiuificat. Alij praeter mundanam esse humanas.

Videtur aliquibus sole posito in cancro, quod ultra illos sol occidat sic & de luna, cum in cancro fertur in occasum, quod ex hac parte sicut & luna ultra illos: sed falluntur, neque enim recte uocant orientem uel occidentem.

De solis equorum nominibus.

Sol secundum poetas dicitur in curru uehi, quem trahunt equi, quorum haec sunt nomina secundum Fulgentium. Primus, Erietos, idest rubens: quia mane sol rubet. Secundus, Acteon, idest splendens: quia circa tertiam clarius luceat. Tertius, Lampos, idest ardens: nam in meridie est feruidissimus. Quartus, Philoges, idest amans terram: nam nobis occidendo uidentur appropriare. Sed secundum Ouidium habet alia haec nomina: Eous, idest oriens uel surgens. Eton, idest elatus. Pyrrhois, idest igneus: Phlegeon, idest accliuus: quia primum sol surgit, dehinc eleuatur, postea feruet: in fine autem dici inclinatur ad occasum.

De anima humana.

Qui autem asserunt animas esse ab origine mundi creatas, dicunt illas esse sitas in comparibus stellis, ut discerent rationabilem motum firmamenti, ut cum spe & desiderio summae beatitudinis, etiam incorporarentur, secundum motum firmamenti rationabiliter regeret corpora. Illic autem posita, plenariam habent cognitionem praesentium, praeteritorum, & futurorum, cumque illis subuenit desiderium incorporandi, statim incipiunt grauari, & uersus corpora deduci. Est autem illis descensus a cancro, sicut & ascensus per capricornum, & descendendo per crateram Bachi primam, ibi potant obliuionem prioris status sui, & inde labentibus obueniunt quaedam etheriae & aerae obuolutiones, & hauriunt aliquid in singulis sphaeris, ut in prima Saturni correlationem, idest similitudinem collectionem, ut per unum simile sciat aliud approbare, ut si uelim album aliquid ostendere, dicam album esse niue. Torporem etiam quandam ibi accipit, in loue scientiam & desiderium regnandi, alijque imperandi. In Marte, animositatem ardoris: in sole, uim sentiendi per quinque sensus: in Venere, cupiditatem feruoris: in Martio, uim differendi in lu-

in luna, uim augendi & minuendi. Horum quoque omnium ibi accipit anima uim & scientiam: quorum tamen exercitium non agit ante carnis obuolutionem: post planetarum obuolutiones in inferiori aere uarijs tumultibus pulsatur, scilicet grandinum, niuium, pluuiarum, uentorum, & tandem tenebris corporis obuoluitur, nihilque scitorum recordatur, adeo irrigua mole corporis grauatur, quod patet in stultitia puerorum, qui carbone lucente laesi decipiuntur. Queritur de obuolutionibus aetheris, an illis incorporentur antmae, an non: & dicitur quidam quod illis incorporentur, quidam quod non. Qui autem dicunt eas illis non incorporari, asserunt quod in illis tantum obscuratur eorum claritas, ut imago de fumo. Quidam uero asserunt eas illis uniri, & incorporari: quia teste Macrobio, animae redeuntis a corpore easdem obuolutiones illuc reducant, unde illas assumpserunt. Vnde datur intelligi, quod illas secum in corpora deduxerant: ideo illis animae incorporatae fuerant. Obijciunt: Ergo si incorporatur anima illis obuolutionibus, tunc erat animal antequam perueniret ad hoc mortale corpus: quia anima coniuncta cum corpore facit animal. Sed non est necessarium cum anima iuncta est digito, non faciat animal: quia praeter corpus & animam multa pertinent ad animalis constitutionem, ut sensualitas, &c. Anima itaque incorporata datur uires, ira & concupiscentia, quae & portiones eius abusu siue dicuntur. Ira quidem datur, ut irascatur malis, concupiscentia, ut semper bona cupiat. Cumque his uiribus anima rationabiliter uitur, iusta est uita hominis: cum anima contrarias uias incedit, bonis irascendo, & mala cupiendo, tunc degenerat a naturae suae origine. Sed rursus ad reilluminandam rationem datur doctrina anima, ut discendo, & neglecta relegendendo, redeat ad priorem cognitionem: unde quod apud nos dicitur lectio, apud graecos uocatur repetita cognitio. Reilluminata uero ratione, non tamen aliquando potest facere, quae scit esse necessaria & utilia: quod ut possit, adhibetur ei uirtus, cuius haec est etymologia. Virtus dicitur, quasi proprijs uiribus nitens contra uitia. Diffinitur autem sic: Virtus est habitus animi in modum naturae rationi consentaneus: idest est consentit animae ad id quod nata est, idest ad bonum, & in hoc fauatrix eius est. Cum autem haec anima debeant probari immortales, plures occurrunt quaestiones: quarum haec est prima. Si animae sunt immortales, & omnes eiusdem dignitatis in sui natura, cur plus in uno uiget quam in alio? Quod soluit Virgilius, dicens: Quantum innoxia corpora tradant, id est pro utilitate corporum habet anima suarum uirium exercitium: sicut leo clausus in cauea, omnes quidem uires suas ibidem habet: sed non tam potenter exercet illas in cauea quam in sylua. Inde rursus opponitur, Cur ani-

ma, quae dignior est in sui natura, subiecta sit corpori indigniori? Solutio, Anima uero dignior est in sui natura, sed in hoc quod continentur, indignior est corpore continente, & secundum hanc dignitatem subiecta est corpori. Obijciunt item: Si anima comprimitur in corpore, ut non possit uires suas exercere, tunc corrumpitur, & erit indigna, nec bene. Solutio, In sui natura non corrumpitur, quia naturalem obseruat claritatem, licet clausa in corpore, non possit adeo nitere: sicut lucerna modio supposita, non eod minus claritatis in se habeat, licet eod minus appareat. Rursus opponitur, Si nihil in se sordidum admittunt, cur ergo in inferno puniuntur? Solutio: Quia nouerunt, exutas de corporibus sordes adhuc habere, quae de corporeis & de terrenis rebus illis adhuc ferunt, quae ut auferantur, indiget ad tepus purgatione: sicut gema nouerit de luto leuata adhuc habere sordes sibi inhaerentes, indiget purgatione.

De origine animarum.

De hac animarum origine diuersae diuersorum sunt sententiae. Quidam enim dicebant animam esse constatae ex atomis ignis, imitantes Anaxagoram & Heraclitum, qui uolebant ignem omnium rerum esse originem. Quidam dicebant illam esse sanguinem cordis, imitantes Thalesem Milesum, qui asserbant omnia ex humore constare. Stoici quendam spiritum naturalem, quod probabant tali syllogismo: Quod recedente ab homine, homo desinit esse animal, anima est: sed spiritu naturali recedente, homo desinit esse animal: ergo spiritus naturalis est anima. Plato autem dixit animas humanas compositas esse de reliquijs mundanae animae. Aristoteles uero uocabat eam endelectionem, idest formam animati corporis: & per hoc uolebant illam esse accidens. Sed Plato, cuius autoritas praeponderat, & quem maxime Macrobius imitatur, dicit animam esse substantiam incorpoream se mouentem: & in hoc alij est oppositus, Aristoteli quidem, qui dicebat illam esse accidens, causam primam substantiam. Alij quoque dicebant illam esse corpoream, causam primam incorpoream. Queritur autem secundum quem incorporea substantia utrum sit generata anima, an ingenerata. quod utrunque Plato asserit illam esse, diuersis tamen respectibus. Generatam enim uult illam intelligi in Timeo, ubi dicit: Praestantissima a praestantissimo facta est, uel in secundo, uniuersi generis sementem faciam. Non generatam uero innuit in Phedrone, cum dicit: Anima nec nata, & ideo aeterna. Ne autem possit in hoc uideretur sibi esse oppositus, ideo dicit animam ingeneratam, quod utatur lege generatorum, scilicet ut dissoluatur actualiter siue naturaliter. Nam omnia generata praeter mundum & diuina dissoluntur actualiter, mundus uero naturaliter. Nam licet nunquam dissoluatur, natura tamen si conditor uellet, dissolutione patere. Nam quicquid

quicquid de partibus est compositum, illi naturale est dissolui: tamen uero simplici, nec composita, non est naturale dissolui: unde dicta est ingenerata. Generatam autem Plato ideo innuit, quod secundum multos præiacentem materiam hilen haberit: quod licet nusquam Plato restetur, nusquam tamen contradicit. Hyle quidem in puro suo statu considerata, non differt à materia animæ, in puro suo statu considerata, id est sine ratione, ira, & concupiscentia, quibus informatur, id est quæ in ea funduntur.

De anima mundi.

Dicunt etiam quidam unam tantum esse animam, id est mundanā: quæ omnia in animum & conformes unicuique rei vires pro sua habilitate, sicut stellis rationem, hominibus quos in caducis rebus inuenit habere sphericum caput, & erectam faciem, rationem quoque infundit, & sensualitatem sicut diuinis corporibus, licet præ nimia contemplatione diuina animalia sensualitatem non exerceat. Cæteris animantibus sensum & uegetationem. Arboribus & herbis tantummodo uegetationem: & sicut unus uultus in pluribus speculis: & in uno speculo plures uultus apparent, ita una anima in pluribus rebus: & ubique omnes vires suas habet, licet in diuersis habeat exercitium pro habilitate corporum. Secundum quam sententiam nullus homo uidetur esse peior alio, quia una eademque anima bona & immaculata in sua natura est in omnibus corporibus: sed dicitur magis degenerare in uno quam in alio, utpote consensualitas dominatur rationi, quia in cuiuscunque corpore sit, illud corpus est infernus animæ. secundum hanc quoque sententiam nullus homo moritur, ita quod patiatur separationem animæ, quæquam separatur à quatuor elementis, in quibus omnia corpora resoluntur: sed tunc dicitur mori, cum in illis anima relinquatur priorum uirium exercitium. Præterea dicunt quidam, eandem mundanam animam pariter cum humana anima esse in homine, de qua uermes uiuificantur in homine, sic que hominem duas animas afferunt habere.

Item, de animarum origine secundum alios.

Sed queritur, si anima humana est generata, id est creata, an auctor suus omnes animas in prima mundi constitutione pariter creauerit, an quotidie nouas fecerit? Si testantibus philosophis omnes pariter ab exordio mundi factæ sunt, & in comparis stellis tanquam in uehiculo locatæ, donec quotidie incorporandi desiderio descendant. Huc accedit Hebraica ueritas, quæ dicit: Ecce uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: id est animæ quæ incorporandæ erant natis de sanguine Abel: ideo enim clamabant, quia uolebant perfectam beatitudinem mereri in corporibus, sed superfluum nihil facit Deus, unde feuola est hæc sententia.

Item, de animarum origine secundum alios.

Alij dicunt animam esse partem diuinæ es-

sentia, quam trahunt ab illo loco, Et spirauit in faciem eius spiraculum uitæ. Hæc autem particula non redijt amplius, ita uero uniatum cum Deo, unde & peccare potest. hæc autem agunt de Deo tanquam sit localis. Asserunt alij animas natas de angelicis substantijs. Aiunt alij animas nasci de terra, duce semine: & sicut scilicet sum est corpus filij de patris substantia, ita anima filij de anima patris: trahuntque argumentum de consimilitudine morum.

De certa animæ origine.

Est autem indubitata fidei, nec inde animas nasci, uel creati, uel aliunde adduci, sed similiter cum ipso corpore nasci: & est quoddam determinatum tempus post conceptionem seminis, quod redigitur in corpus humanum, quo nascitur anima cum corpore. Antequam autem, duæ sunt vires, una superior, altera inferior. Superior, cœlestibus & incorruptilibus adhæret, & alia concupiscit, uocaturque rationalitas, spiritus, domina mens, animus. Inferior, est quæ uoluptatibus corporis cõsentit, uocaturque sensualitas, animalitas, famula mens. Superiorque debet regere inferiorem: sed aliquando ex superioris negligentia praualeat inferior, & seducit superiorem. est & in hoc figura Adæ & Eue. Si enim Adam superior se recte rexisset, non illum Eua inferior seduxisset. Cumque eis spiritus esset secundum diuersitates animarum, unus qui nunquam unitur cum corpore, licet aliquando illud assumat æreum, uel æthereum, ut angeli uel demones. Alijs, qui nunquam est sine corpore, ut spiritus brutorum animalium, qui cum ipsis & oritur & interit. Tertius, modo in corpore, modo extra corpus, ut spiritus qui uiuificat homines, id est anima. Quod autem dicitur, Spiritus Domini ferebatur super aquas: hoc quoque dictum puto siue de hoc ære terre, & aque circumsusione, siue de subtiliori, id est æthere, uel de spiritu Trinitatis: de quo si dicit, inuit salutem futuram per aquam.

Nota tres figuras in compositione animæ depictas ad idem penè tadem: interualla enim quæ sunt in primis, cum uellent impleri harmonicis consonantijs, nec proportionibus ipsæ possent discerni, in tam paruis numeris facta est figura, ut in maioribus numeris doceatur, quæ non poterat in minoribus. Ponitur ergo sexto loco unitatis loco binarij 7, & sic nota in cæteris. Sed quia adhuc deerant numeri, in quibus semitoniam discernentur, inuenta tertia figura, & tamē pro suppletionem hemitoniorum quantum ibi per se non ostenduntur: sed in consonantijs, diatessaron & diapente, quarum consonantiarum proportionales numeri distincte ibi reperiuntur. Mundus dicitur, res illæ sensibiles, quasi mundatæ & discretæ ab illa confusione, in qua prius fuerunt in hyle. unde Augustinus: Omne mundo inmundum.

Sciendum quod in quocunque epitheto constitutus duobus epodais, quicquid remanet limma est,

ma est, id est minus semitonium, superatur à minori semitono, ut sagaci inuestigatione calculatoriæ artis repertum est, tertia parte sui ipsius semitonij minoris, & 104 parte, suæ partis tertie.

Si uis scire quomodo de toto possis facere minus semitonium, accipe octauam partem, quæ est qui octaua proportio uincit sub sequio octauæ, & diuide eam in nouem equalis partes, postea relictis 5. nouenis tres nouenas æqualiter diuide in 27 partes. De quibus uicesima septima pars subtrahatur, proculdubio remanebit tibi limma: id est minus semis. Hoc autem non est ignorandum, quominus semis collocatum cum sequis octaua proportione illius sequio octauæ, à cuius nona parte diminuitur, continet totam illam sequio octauam: & insuper eius 24 partem eius uicesimam, 4 partis. & præterea octauam partem eius quartæ partis, & septies 81 partem eius octauæ partis. Verbi gratia, præponamus tales numeri 3, in quibus liquecat qui dicitur, sunt numeri 243 & 253 & 273 & trientem, & semunciam, 243, & subsequio octauus ad 273, & trientem & semunciam. Nam iste est sequio octauus ad illum continet eum totum, & eius octauam partem, quæ est 30, & triens & semunciam, & etiã tonus integer ad illum. Ducenti uero 53, qui numerus est semitonio minus, qui ad 243 comparatur, bene dicitur diminuti à nona parte ducentorum 78 & trientis & semuncie. quorum præter totum etiã potest contineri nona parte sui eius octauam partem, id est ducentorum sexaginta trium, cui confertus, quæ admodum sequio octauus facit. Non enim superat illum, nisi tredecim, continet tamen illum totum, & eius uicesimam quartam partem, quæ etiã 10 asses & 5, & præterea continet huius uicesimam quartam partem, quæ etiã duo asses. Nec non adhuc continet huius quartæ partis 8 partem, quæ etiã quadrans L. 9. §. c. 9. Et omnium continet post superiora huius octauæ partis species octogesima primam partem, quæ est scrupulus & calculus: ergo minus semitonium comparatum cum subles, quam octaua proportione illius sequio octauæ, à cuius nona parte diminuitur, comprehendit totam illam subsequio octauæ, & eius 24 partem, & 24 partis, quartam & quartam, octauam & octauæ species 81 partem. Si autem hoc inuenire desideras in integris his in minoribus, non potens inuenire numeris, quam inter 57. 208 & 65. 536, & ut plenius liquecat probatio, proponantur epiritus & subepiritus numerus, ubi post duos tonos remaneat tibi semitonium: ubi probetur quadrans esse uerum, & ita inclinatur 49. 155 eius octauas partes 6. 100. 11. 4. 50 5. 200. 10. 100. 6. eius octaua pars 7700. 76 65. 536. Iste ergo continet totum superiorem, & eius uicesimam quartam partem, quæ est 648, & huius quartæ partis octauam partem, quæ est 80. & insuper continet species octogesimalam primam partem huius octauæ partis. Inter 3 autem & quatuor sic potest inueniri semito-

nium, à duobus epodais relictum 3 octaua pars est triens & semunciam, sextuli obulus, calculus & dimidius 3 hemitonium minus. Inter hos duos numeros inuenitur minus semitonium, qui sunt 4. 800. 60. 4 & 4. 500. 100. 17. Si igitur uis scire quomodo se habet in omni semitono minori maior numerus ad minorem: sed horum duorum numerorum collectionem firmiter ubique habeas. Continet namque in hac collectione maior numerus, qui est 4. 800. 60. 4 totum minus: scilicet 4. 500. 100. 18, & insuper eius nonam decimam partem, quæ est 200. 10. 50. 3. nec non eius nonam decimam partem, octogesimalam primam partem 1. 3, & præterea continet octogesimalam primam partem, quæ est unitas. Vnus duo. Ideo à minimo hic liber incipit, quia conditor humanæ molis, numerum uoluit habere exemplar in omni opere suo: ubi etiã in his notetur perfectio operis, & ab uno, id est à Deo: quia unus est factor omnium, quæ sunt, à duobus & à tribus, quoniam hi tractant de omni alteritate, quæ ab uno, id est à Deo descendit, sicut à monade omnis alteritas mundi ducitur. Quartus hac ratione subtrahitur numerus, ut senarij numeri perfectius remaneant, qui per huius perfecti notantur in scientia De naturali iustitia. Nam si non subtraheretur, denarius remanet, quem constat esse perfectum: quia diuisus non restituitur, sicut senarius imperfectus resoluitur per partes: quæ coaceruata faciunt imperfectum numerum, id est senarium.

Superest igitur. Sophiste uero nunc suas descendunt rationes, & alienas impugnant, & econuerso. Vnde proborum mores assequuntur non ualent, qui certis & probabilibus utuntur rationibus. Fit enim b. interuallo. Dicit hoc per inuolucrum & integumentum, quasi axes cœli aliquando trini emoluerentur, & facerent ipsam sphaeram mundani corporis subsidere, & ita calor dominaretur humori, & ita proueneret diluuium per ignem, & econuerso. Taliter circumactionem uocat transitionem & retransitionem elementorum, quod non ignis spissatur in aerem, aer in aquam, aqua in terram: uel econuerso, tunc exulat calor, uel humor fit diluuium, uel per ignem, uel per aquam, alteram circumactionem dicit per conuolutionem 7 planetarum, ex quorum natura uel nimis calor uel humor prouenit. est adhuc maior causa cum feruentissimus est, si tunc humor nimium moratus fuerit, stelle circumfusæ soli mittunt ex se feruorem circa solem, & inde minuuntur, calorem mittit terræ, & tunc igne pereunt. Vel ex orbitatio referas ad cursum solis, nam exorbitare uidetur in æstate, cum altior surgit: & tunc magis contra nos uersus est, quam in hyeme, uel dicas quod longo interuallo dicit de magno anno, qui est 15000 annorum. Aliter dicunt quoque philosophi, solem esse talis naturæ, quod omnium in se trahat ignem stellarum, ad quem temperatum attrahit sibi maiorem

illius elemēti, scilicet aquae: & tūc aqua & maxime maria contrahuntur, quam cum remissit, distrahitur mare: sed aliquo tempore magis quam alio. unde Lucanus:

Flāmiger an Titan ut alētes hauriat undas,
Erigat Oceanum, fluctusq; ad sidera tollat.
Nota quod dicit numerum priorem superficiē, nullum enim accidens prius est subiecto suo, & dicit superficiem corpoream propter perpetuam coniunctionem sui cum corpore, quod nunquam deserit, incorporea autem est sui natura. Itaq; corporeum & incorporeum hoc respectu bene patiuntur se, corporeum ut corporis, & incorporeum animae penitus sunt opposita, nec omnino patiuntur se in eodem.

Hyle impressa ideis dicit firmare corpus, cuius praestantissima parte constare diuina dicit, quod non uidetur esse. Hyle enim est res informis, ueram non habet partem in sui natura: quare ex eius parte nihil constat, nec etiam ex eius termino aliquid constat. Si enim hyle in aliquid unum transfret totum, iam alia omnia ex hyle materia non constaret, quod etiam contra auctoritatem, cum nec ex toto, nec ex parte hyle constaret. Dicendum est igitur hyle aduenire formam, & primo in aliquam partem sui, unde dicitur fieri aliquid, deinde alia formam in alia parte sui, & sic per singula. Tradunt physici, quaedam convenienti corpore elementorum ad similitudinem numerorum corpora proportionari, ad hoc ut sint apta uiuificari ab anima, quae compositio uniuersalis dum sum tenorem habet, naturam animalis solidam & quietam, quantum in sui naturam manere dicunt. Si uero ex aliqua parte ex superfluis humoribus, siue diminutis discordia compositio nis euenerit, infirmitatem accidere: si uero perijt, dissolutio fuerit, mori hominē: unde dicit liber, dum mundo superiunt, &c. cum uero deficiunt, mox arcana uis soluitur: quia quantum in natura animae cum semper apta est animae, nisi corpus impediat, unde subiungit, anima ipsa non deficit, &c. Cum adhuc potest esse accessio. Nota hoc esse contra sententiam Platonis, ubi dicitur meritis in fine locatis. Nam secundum beatum Augustinum omnis homo tollitur a uita, cum uel optimus uel pessimus est, non dico quantum ad effectum operis, pensatur ex quantitate amoris, qui autem tunc homo tollitur ex iustitia Dei fit, ex qua homo in incremento uirtutum perficit, & in sordibus uitiorum putrescit. De terra & igne, quia uiuificat spississima & subtilissima. Ex terra & aqua, quia spississima: ex aere & igne, quia tenuissima. Hanc diuidit orrion, hoc non est uerum. Orrion enim in longitudine habet 360 stadia: qua mensura terram esse longiorem constat: sed quod hic liber dicit, intelligendum est de orrhonte caeli, quod est hemisphaerium, sub quo continetur dimidia pars terrae. Vltroque magnam partem. Citro quia non totam con-

tinet, uel uultro citroque, id est ex utraque parte. Tunc propter elusiones & exustiones. Quod Plato testatur, sic dicens. Fit enim longo intervallo mundi circūctionis exorbitato, quam inflammationis uassitas necesse est consequatur. Cum nihil aliud tempora, nisi cursus solis efficiat, cursus solis non efficit tempora, cum etiam aliqui dies fuisse leguntur ante solis originem: sed sol dicitur efficitur tempus, quia per eum discernitur. Nam tempus est perpetuus rerum decursus, per solem notatur. Ideo physici mundum, magnum hominem. Mundum nomine hominis uocauerunt, quia animatus ut homo, hominem uero nomine mundi uocauerunt: quia ex quatuor constat elementis. Aut sphaerico motu. Quod sphaerico motu rotatur, ipsum in se totum locum quem habet, nunquam deserit, sed in eodem ambitu semper manet totum, per partes autem diuersum locum assumit circūuoluendo. Quod autem per lineam mouetur, aliquando penitus priorem locum deserit translatum in alium, aliquando priorem non deserendo porrigitur in ulteriorem, ut arbor crescendo. Nos cauere praestigia. Sicut in praestigijs aliquid uidetur esse, cum nihil sit, ita uerbis illius, qui sophisticē agit, cum tamen nihil ueritatis sit. Intellectus est, per quem animus ea quae sunt perspicit. Prouidentia, per quam aliquid futurum uidetur, antequam fiat. Magnanimitas, est rerum magnarum & excelsarum cum anima ampla & splendida quadam propositione cognitio. Magnificencia, eadem in effectu. Fiducia, est per quam magnis & honestis in rebus multum ipse animus in se fiducia cum certa spe collocatur. Tolerantia, est honestatis aut utilitatis causa rex arduarum ac difficilium, uoluntarium ac diurna perpessio. Constantia, siue perseverantia, est in ratione bene considerata, stabilis & perpetua mansio. Modestia, est per quam pudor honestus charam & stabilem comparat auctoritatem. Amicitia, est uoluntas bonarum rerum, quae aliqua illius ipsius causa quem diligit, contra eius pati uoluntatem. Philosophia, est ueritatis comprehensio: quae diuiditur in tria, scilicet ethicam, logicam, physicam. Ethica autem est scientia moralis uitae, ordinem aperte demonstrans: cui supponuntur tria, scilicet animus, anima, homo. Animus, est res sui curam gerens. Anima, est reipub. curam suscipiens. Homo, est res familiaris, officium dispensans, uel secundum Dialecticos, animal rationale. Animae autem quatuor supponuntur, scilicet prudentia, iusticia, fortitudo, temperantia. Prudentia, est uerae laudis perfectio. Iusticia, est habitus animi. Sapiencia, cum cetera prospiciens, uel habitus animi communi utilitate conseruata. Fortitudo, est quaedam relicta uirtus, ad meliora semper se erigens, uel fortis est periculorum susceptio, & malorum perpessio. Temperantia est, quod amoris grauitate quaeque constituens.

stiuens. Logica, est diligens ratio differendi, & magistra iudicij: sic diffinita strictē accipitur, comprehendens tamen rhetoricam dialecticam. Large uero sic describitur: Logica est sermocinalis scientia, & diuiditur in tria, in dialecticam, rhetoricam, grammaticam. Dialectica, est sagacitas ingenij, stultitiaeque sequester. Supponuntur autem dialecticae quatuor, scilicet probatio, assumptio, confirmatio, conclusio. Rhetorica, coniunctionis honesta, & fanetia eloquij, doctrix argumentosa: cui supponuntur tria, natura, doctrina, risus. Grammatica, est loquendi peritia. Physica, scientia naturalis uigoris, causam recte commemorans. Physica autem alia intellectibilis, ut angelica: alia intelligibilis, ut Deusa: alia naturalis, ut substantia. Naturalis uero diuiditur in sex, scilicet Arithmetica, Geometria, Musicam, Astronomiam, Astrologiam, Medicinam. Arithmetica, est multitudinis, quae per se est sollicita calculatrix. Arithmeticae supponitur perfectio, imperfectio, plusquam perfectio. Geometria, est immobilis magnitudinis doctrina ponderatrix, uel mensuratrix: quae habet lineamenta, interualla, magnitudines, figuras, dimensiones, numeros. Musica, est melodia eiusque instrumentorum artificiosa. Musica autem, alia harmonica, alia rhythmica, alia metrica. Astronomia, est immobilis magnitudinis ascita contemplatrix. Astrologia, est peritia, quae caelis uertiginem conuersione considerat. Altera autem naturalis, altera autem superstitiosa. Naturalis dum exequitur solis & lunae cursum, astrorum, certas temporum stationes: Superstitiosa uero est, quam mathematici sequuntur, quae in stellis augurantur: hoc uero est inter Astronomiam & Astrologiam, quia Astronomia conuersionis, ortus, obitus, motusque siderum continet, & cur sic uocentur. Astrologia uero partim naturalis, & superstitiosa partim. Medicina est ars, quae de morbis & salute corporum tractat. Alia uero methodica, alia autem empirica, alia logica. Aristoteles quaerit, an Deus sit poena dignus est qui colere magis quam inquirere conuenit sapienti. Alexander ad Didymum: Est anima una per se stabilis, unde omnes animae recreantur. Hermogenes, Si Deus non est, unde bonae si est, unde mala?

BEDAE PRESBYTERI MUSICA THEORICA.



Orandum est, quod omnis ars in ratione continetur. Musica quoque in ratione numerorum consistit atque uersatur. Illud autem quod fit ex tonorum instrumentis, mutatorium est. Quinque sunt sensus: ipsorum sensuum duo sunt;

qui iuxta corpus sumuntur, uisus & auditus: & duo sunt qui intra, gustus & tactus, imò uere olfactus. Dubium est, utrum intus an foris sentiat: Est autem sensus, uinculum corporis & animae. Quaedam sunt incorporalia & inuisibilia, ut anima: & quaedam corporalia & uisibilia, ut sunt corpora: quaedam inuisibilia & corporalia, ut sensus corporei. Corporalia sunt, quia corpori administrantur: & inuisibilia, quia illud ut in animis uel uisus, non potest uideri. Unde fit, ut cum quinque corporei sensus alia exteriora sentiant, seipsum non sentiant. Uisus enim seipsum non uidet, gustus seipsum non gustat: quod si faceret, nunquam seipsum esset. Sic de ceteris. Considerandum ergo, quia cum sensus corporis sine labore adhibeamus sensibilibus rebus, quae percipiendae sunt, ab illis non facile potest explicari & definiti, quae natura ipsorum quinque sensuum uel corporis sit, uel quae proprietas sensibilibus rerum percipiuntur. Natura si quid requiritur sensuum, & definitur quod sint corporei & inuisibiles, ut est auditus corporeus & inuisibilis. Res uero sensibilis, quia percipitur ab auditu: id est uox proprietates habet, ut aer esse commodum & percussum quodam ictu: quae ipsa quoque corporea est & inuisibilis. Nam proximiora facilius uisum penetrant, quam ea quae sunt remotiora. Si neque clausis oculis aliquid peruisum demus corporeum. Augustinus in libro de sancta Trinitate dicit: Gignitur ergo ex re uisibili uisio, sed non ex sola, nisi adsit & uidetur. Quocirca ex uisibili & uidente gignitur uisio; ita sane, ut ex uidente sit sensus oculorum, & aspicientis atque intuentis intentio. Illa tamen informatio sensus, quae uisio dicitur, a solo informatur corpore quod uidetur, id est a re aliqua uisibili: quae detracta, nulla remanet forma quae inerat sensui, dum ad esset illud quod uidebatur. Sensus tamen ipse remanet, qui erat & priusquam aliquid sentiretur: uelut in aqua uestigium tam diu est, donec ipsum corpus quo imprimitur inest. Quo ablato, nullum erit; cum remaneat aqua, quae erat, antequam illam formam corporis caperet. Ideoque non possumus quidem dicere, quod sensum gignat res uisibilis: gignit tamen formam nedum similitudinem suam, quae sit in sensu, cum aliquid uidendo sentimus. Si formam corporis quam uidemus, & formam quae ab illa in sensu uidentis fit, per eundem sensum non discernitur, quoniam tanta coniunctio est, ut non pateat discernendi locus: sed ratione colligimus nequaquam nos potuisse sentire, nisi in sensu nostro aliqua similitudo conspectui corporis. Neque enim cum annulus cere imprimitur, ideo nulla imago facta est, quia non discernitur, nisi cum fuerit separata: sed quoniam post ceram separatam manet quod factum est, ut uideri possit. propterea facile persuadetur, quod inerat iam cere forma impressa ex anulo; & antequam ab illa separatur.

tur. Si autem à liquido humori adiungeretur anulus, eo detracto nihil magis appareret. Nec ideo tamen discernere ratio non deberet fuisse in illo humore antequam detraheretur anuli formam fictam ex anulo, quæ distinguenda est ab ea forma, quæ in anulo est, unde ista facta est, quæ detracto anulo non erit: quamuis illa in anulo maneat, unde ista facta est. Sic sensus oculorum non ideo non habet imaginem corporis, quod uideretur, quando uideretur, quia eo detracto non remanet: ac per hoc tardioribus ingenijs difficillimè persuaderi potest formari in nostro sensu imaginem rei uisibilis, cum eam uideamus & eandem formam esse uisionem. Si qui forte animaduertent quod commemorabo, non ita in hac inquisitione laborabunt, plerumque cum diuiculè attenderimus quæque luminaria, & deinde clauerimus oculos, quasi uersantur in conspectu quidam lucidi, colores uariè sese comunicantes, & minus minusque fulgentes, donec omnino desistant: quasi intelligendum est reliquas esse formam illius, quæ facta erat in sensu cum corpus lucidum uideretur, paulatimque & quodammodo gradatim deficiendo uariari. Nam & inferatarum fenestrarum cancelli, si eos fortè intuebamur sæpe in illis apparere coloribus, ut manifestum sit hanc affectionem sensui nostro ex ea re, quæ uidebatur impressa. Erat ergo etiã cum uideremus, & illa erat clarior & expressior, si multum cõiuncta cū specie rei eius quæ cernebatur, ut discerni omnino non posset, & ipsa erat uisio. Quin etiã cum lucernæ flammula modo quodam diuaticis radijs oculorum, quasi geminatur, duæ uisiones fiunt, cum sit res una, quæ uideretur. Sigillatim quippe efficiuntur idem radij de suo quisque oculo emicantes, dum non finiuntur, in illud corpus intuendum pariter, coniuncteque concurrere, ut unus fiat ex utroque contuitu: & ideo si unum oculum clauerimus, non geminum ignem, sed sicuti est, unum uideamus. Sinistro igitur clauso, illa species uideri desinit, quæ ad dextrum erat: uicissimque dextro clauso, illa intermoritur, quæ ad sinistrum erat.

Aduerbialiter. Nam sicut quando augetur dies uel minuitur, non statim presentatur, nisi per multos dies, sic etiã Musica quando augetur & minuitur per hemitoniam, uel dies in continuo percipitur, donec illæ partes superascendant. Isciatici, id est coxarum iniuriaticus dolor. Ut est frigiditas aquæ, humiditas aeris, caliditas ignis, siccitas terræ. Nam duo ex his agunt, ignis & aer: duo patiuntur, aqua & terra. Quatuor autem sunt tempora. *χίμαρον* hyems, *αὐθιγα* uer, *θέρμη* æstas, *καρπὸς* autumnus. Hyems comparatur aquæ, autumnus terræ.

Plinius Secundus in libro secundo Naturalis historię, an sit immensus mundus, & ideo sensum aurium extendens tantæ molis rotatæ uertigine assidua sit motus, non quidem facile

dixerim, non magis quam circumactorum simul tinnitus siderum, suosque uoluentium orbis. An dulcis quidam, & incredibili suauitate conceptus nobis, qui intus agimus iuxta diebus noctibusque tacitus labitur.

Dum musica cœlestis ex subtilioribus conficitur, sine ulla inconuenientia sonorissima comprehenditur: nam latenter ex superioribus ad inferiora usque auditus nostros effunditur, quamuis eam propter cõsuetudinem non consentimus: sicut sunt illi, qui circa *νεκρὰ βαλυστῆρα* habitant, id est descensum Nili. Si autem aliquis in altero mundo nasceretur (si possibile esset) ut sanctus Augustinus affirmat, ut in hunc mundum postea uenisset, eam sine ullo impedimento audiret, eique ultra uires placeret. Musica autem quamuis terrestri, nobis placuerit, tamen quia corpulentioribus elementis efficitur, uix sine aliqua incongruentia inuenitur. Et hoc notandum, quod dicitur multa anima agit, illa ipsa nesciente, ut capilli unguæque crescunt: sic etiã multa in auditu ipsius aguntur, quæ eam propter cõsuetudinem latet, ut sonitus planetarum.

Hæc uiuacitas rationis, est ipsa uis rationis animæ, quæ sub silentio in animo latet. Tunc autem miscetur corpori, quando mirabiliter per sonos foras egreditur.

Cõtemplatio regularum ex mente, quæ Græcè *διδασκαλία* dicitur.

Multiplex igitur ideo maiorem potestatem ad consonantias retinet, quia discretæ quantitati in augmento crescente similatur. Et cur propterea? Quia Arithmetica quæ per se est, & Musica, quæ consonantiarum demonstratrix est, ad discretam quantitatem pertinent.

Geometria uerò & Astrologia, continuæ quantitatis sunt, cui quia superparticularis in decrementibus partibus similis est, non eadem quam multiplex ad consonantias uim retinet, si tamè propter singularitatem partium secundo loco admittitur. Superparticularis etiã consonantias tantum. Multiplex uerò, non tã consonantias quam æquisonantias efficit.

Secundum Pythagoricos & Ptolemæum, natura secundum Aristoxenum in qualitate. Nam quauis in numeris particularitas dicatur, abut siue dicitur: cum proprie quicquid per partes partitur, continua quantitas intelligatur, quæ longitudine, latitudine, altitudineque comprehenditur: & ideo superparticularitas cõtinuè scribitur, quia per partes partitur.

Omnis symphonia multiplex, discretæ quantitatis proprietatem sequitur, non tamen ut infinitam, sed per tres tantum gradus, duplum scilicet, triplum & quadruplum. Omnis autem superparticularis symphonia, quantitatis continue naturam seruat, non quidem in infinitum, sed tantum per tres gradus, sesquialterum, sesquitercium, sesquialterum.

Duplicat namque superparticularis suã proportionem, quæcumque sit, & per dualem numerum denomi-

denominat, atque à duali inchoat, & in eum redigitur, neque peruenit ad unitatem: ideoque seruat continuæ quantitatis proportionem.

Transfreditur namque musicæ consonantia, ideoque quod plures partes excedit, & à simplici discedit.

In nono quinti libri capitulo, octauo, quarto & tertio, ipse quoque Pythagoricus Ptolemæus Philadelphus philosophus.

In omnibus his latet epogdous, id est sesquialtera octaua proportio: ideoque specialiter inter symphonias non connumerabitur. Ex eo namque ceteræ componuntur. Est enim communis omnium mensura.

Est in uocibus similiter, ut tres ad unum tripla, quæ continet in se duas consonantias, ut 3 ad 2, diapente. 2 ad 1, diapason.

Ille nimis acutus est, non reflectitur ad grauem, ut ei conueniat & ille, qui minus est grauis, non uult aliquid erigi. Quia cognouit differentias consonantiarum.

Audiri, & non rationi. Multa enim uarietas est inter sensum & rationem.

Medio itinere feruntur, quia nec ex toto tribuunt discretionem auribus, nec ex toto rationis partem auditus, partim rationi, sonum uel delict acutum uel grauem auditui, differentias autem consonantiarum rationi.

Producta sunt momenta uel motus artium & uitæ, ea quæ discernenda sunt. Primum, sensibus accidit, ac per sensum sentiuntur, ac postremò ratione discernuntur.

Pythagoras indigens interrogatione, uel interrogationis cumulo. Pythos enim interrogatio, agoras cunnulus: inde agora, ecclesia, uel synagoga uocatur.

Quales sonos redderentur primò tales quæ postquam mutæ sunt: quia non erat in ueritate sonus, sed in magnitudine malleorū.

ἔχον nanque habeo, inde *λαβέω*, continuo: *ἀπέχεσθαι*, interuallum uel spacium: inde *ἀναρραπάζω*, spacium uel interualla.

Hic nota *ἀσυσπιδία*, id est custodia omnium sensuum, quæ primò in corde cõmuniter continetur: inde specialiter ad omnes sensus corporis producit, ut est luminosum in oculis quiddam, quod igneam habet naturam, quoddam mobile aerium & serenum in auribus, quod recipit formas colorabiles, quæcumque sunt ex superiori elemento igneo aere tenuissimo quoddam, olfactum in naribus, quod ex inferiori & crassiori aere conficitur: gustus aqua, tactus ad terram pertinet, quia nullum genus musicæ inuenitur ante illam disciplinã tetra chordarum. Id est quemadmodum peruenit neruorum numerus ad pluralitatem, in qua non est.

Quid sit tonus.

Tonus, est quando uocula uoculam tota sui quantitate superauerit, & insuper ipsius superata uocula octaua parte, uel in intensione a-

acuminis, uel in remissione grauitatis. Semitonium est, quando tonus in duas non æquas, sed inæquales partes secatur. Alterum semitonium maius, alterum semitonium minus dici maluerunt. Diesis est semitonium minus, in duas partes diuisum, id est minus semitonium diefin dixerunt musici. Melodia dicitur, quæ & antiquior, quamuis subasperor, quando consonantia ex duobus tonis & semitonio, uel hemitonio & duobus tonis compleuit. Chromatica est quæ & posterior, & ad delectationem aurium sua uarietate permulcet animos & nimis minutis tinnule fertur, constatque ex tono & tribus semitonij, uel tribus semitonij & tono; Enharmonium totam possidet harmoniam, & sui dignitate alias præcellit: & constat ex duobus diesis, & duobus tonis, uel duobus tonis & duobus diesis. Consonantia diatessaron est, quando uocula intensione sui acuminis uoculam in remissione grauitatis totã possidet: insuper & tertiam partem superatæ uoculæ. Diapente consonantia est, quando uocula uoculam tota sui quantitate superat, uidelicet & superatæ uocis: insuper & eius medietate uel in intensione acuminis, uel in remissione grauitatis. Diapason non cõsonantia, sed æquisonantia est, quoties uocula uoculam sui acuminis si fuerit in intensione, aut sui grauitate si fuerit in remissione tota sui quantitate superatæ uocis, quantitatem bis occupat. Et ut aperte aduertat, quid sit intensio, quid remissio, quæ in omnibus consonantijs uidentur: ita noueris quando primam uocem ex ore, uel corde, uel aliqua materia organi emisseris: fige metam, & quicquid per illam primam uocem in altum sui gerit, aut tonum, aut diapason, aut diapente, aut diatessaron, noueris illas omnes consonantias in intensione acuminis esse factas. Quicquid uerò per illam primam uocem ubi minimum diximus figendum esse, deorsum remittendum fluxerit, siue tonus, siue diatessaron, siue cetera; scito omnes illas consonantias in remissione grauitatis fieri. Si autem toni sonum uel diatessaron ac reliquarum consonantiarum nosse cupis, talem cape coniecturam. Accipe regulam ligneam manibus magistri formatam, & præparatis tribus articulis uel arcibus, ex omni parte æquè libratis & cautis, extende neruum super regulam in duobus capitibus suppositis articulis, & non incidendo, sed in meriendo totam cordã in tres partes æquales diuide, & ubi tertia pars fuerit, pone arculum, & tange tertiam partem ipsius cordæ, tange & alteram partem, & uidebis consonantiam diapason. Tertia enim pars bis acutior duarum partium, & duæ partes bis grauiore in sono. Ad consonantiam uerò diapente, deinde totum neruum in quintam quæ æquales partes: id est ubi tres fuerunt finitæ partes, pone articulum, & tange utraq; partem, & erit altera pars tota quantitate minoris grauior insuper & eius medietatis, altera uer-

ro pars acutior tota quātitate, maioris in super & eius medietatis. Consonantia diatessaron erit, si diuidas totā chordā in septem partes, pone arcum, & tange utraq; partes. Item diuide ipsam chordā in septem, id est decem partes, ubi nona pars fuerit pone arcum, & tange utraq; partes: & inuenies minorem partem acutorem uno tono: maiorem uero grauiorem uno tono in tota. Queritur, quare prius posuit diatessaron, diapente, diatessaron: & nunc aliter incipit in ordine ipsorum consonantiarum uertere. Quod sic soluitur, quia in quantum ad proportionalitatem Arithmetica pertinet, antecedit dupla sesquialtera, antecedit sesquialtera sesquitercia, quae postremo ponitur. E contra uero Musicae consonantia uero speculatur. Nam prima consonantia est Musicae artis sesquitercia, hoc est diatessaron: inde peruenitur ad sesquialteram, hoc est diapente, inde ad duplam, quae est diatessaron. Nichos uictor, machia pugna, orea Graecē pulchra, phone uox, inde orphæus pulchra uox dicitur. Similitudo nominum in omnibus, differentia uero in lycanos hypaten chromaticē, enharmonios diatonicos. Similiter in lycanos meson, & paranete sinemenon, & paranete hyperboleon. Nam cum sint decem & octo uerui, & in diatonico, & in chromatico, & in enharmonio: reliqui similiter sunt, exceptis quinque. Dissimiles ergo de chromatico quinque, & de enharmonio quinque, sumpta ad decem & octo, si adiciuntur, qui sunt in diatonico, sunt 10 & 8. Ambrosius in expositione Psalmi 118, capitulo 2 ita dicit: Puto Pythagorā philosophū imitatorē prophetum, instituisse sectam, ut discipuli sui quinque nō loquentes, tanto silentio loqui discerent. Axiomata, id est admiratione digna, quae & proloquia dicuntur, id est obnoxia ueritati uel falsitati. A duplo namq; sesquialter, a triplo sesquitercius denominatur: & reliqui secundū suum ordinem. Si illa denominatio quantum ad sensum in contrariam partem sit, quia cum in primitiuis sit in augmentum, in deriuatiuis in diminutione est. In multiplicibus quippe quanto maior est numerus, tātō maior sit proportio. Insuper particularibus uero crescente numero, decrescunt proportiones. Queritur quomodo minor proportio est in quinquaginta tribus, & quinquaginta octo, quam in quinquaginta & quinquaginta quinque: & quomodo iterum maior proportio est in quadraginta octo, & quinquaginta tribus, quam quinquaginta & quinquaginta quinque: Sic respondendum est, Quod si philologus iste Boetius iterū adderet super quinquaginta tres duos, essent 55, & ipsum numerum mensuraret quinaris undecies: & si adderet super 58, alia duo, essent sexaginta: & mensuraret idem numerus illū duodecies, & esset sesqui undecima proportio, id est quinquaginta quinque, & sexaginta, quae est minor ex sesquidecima. Sed quamuis ad illam

proportionem nō peruenit in 53 & 58, tamen apparet ex hoc, quod minor proportio est in maioribus numeris, maior in minoribus. Item, si demeret tres ex quadraginta octo, essent 45, & mensuraret illum quinaris nouies. Esset si militer, si tres tolleret de quinquaginta tribus iure remaneret quinquaginta, & mensuraret quinaris illum decies, esset sesquidecima proportio, quae maior est sesquidecima: & est iste numerus 48 & 53, medius inter maiorem & minorem. Et hic iterum queritur tres quantitates utriusque numeri addit, ut maiores efficiat numeros, & quare duos minuit ex eadem quantitate, ut minores faceret. Sic soluendū est, quod quantitatē quinaris, quae est differentia praedictorum numerorum, diuisit in duas partes, hoc est in tria & duo: & maiorem partem addit quantitati praedictae, ut essent maiores numeri, & minor proportio & minorem dempsit ex eadem quantitate, ut essent minores numeri & maior proportio. Duodecimus numerus ad 8 sesquialter est, ad 9 uero sesquitercius. Sed si duodenarium, qui est ad 9 sesquitercius subtraxeris, remanet 9 ad 8 in sesquioctaua proportione, quae exinde non esse media subtrahit sesquitercius colligitur: quia si duas continuas sesquioctauas perquisieris, ut in his numeris 192, 216, 243 tertius terminus, id est 243 nō poterit sesquitercius ad primum: sed 256, maior uidelicet sesquioctauo secundo. Quid si simplex sesquioctauus medietas esset sesquitercius, geminatus utique redderet integrum. Vigessimus numerus ad 15 sesquitercius est, ad 13 uero sesquiquartus. Sed si eundē 20 numerū, qui est ad 16 sesquiquartus dempsieris, remanent 16 ad 15, in sesqui quintadecima proportione, quae non esse medietas ablati sesquiquartus ex hoc deprehenditur, quasi duas continuas sesqui quintadecimas habitudines adinuenis: ut in his numeris 909, 900, 60, 10, 23, tertius terminus, id est uigessimus quartus non poterit esse sesquiquartus ad primū. Nam si 900 quartam partem sumpsieris, quae est 225, & eiusdem adposueris, erit numerus 1125, maior scilicet 1024, secundo sesqui quod decimo. Quod si simplex sesqui quintadecima medietas esset sesqui quarti: duplicata sine dubio ad integra esset. Hoc in omnibus deinceps superparticularibus euenit, & si continua minor proportio dematur, quod relinquitur, non possit subtractae constare medietas. Duodenarius ad 8 sesquialterā, ad 6 uero duplum retinet proportionem. Sed si minorem continuam, uel sesquialteram subtraxeris, remanent 8 ad 6 in sesquitercia habitudine: quae plusquam medietas dempsit sesquialteri ex hoc esse colligitur: quia si duas sesquitercias adinuenis, ut in his numeris 18, 24, 32 maiores sunt 27 numero, qui est ad 18 sesquialter. Vbi dictum est multiplices tantum & superparticulares notam communem mensuram habere posse. Nam quaternarius ad binarium

rium duplus est, 6 uero ad 2 triplus. Subtrahere 2, ad quem 6 triplus est, remanet 4 in sesquialtera proportione. Duae sesquialterae proportionēs sunt 6 ad 4, 8 ad 6: sed 4 duplus 8, minor scilicet 9 secundo sesquialtero. Nam si unitatem detrahas, ad quam uidelicet 3 triplus, 4 uero quadruplus est, remanet 4, ad 3 sesquitercius. Tres sesquitercij sunt 27, 36, 48, 54, sed 27 numeri triplus est 81, cui scilicet minores sunt tres sesquitercij. Duo sesquitercij sunt 18, 27, 36 ampliores numero 27, qui est sesquialter ad 18, 12 ad 9 sesquitercius est, 9 ad 6 sesquialter: sed 12 ad sex duplex. Si 12 qui ad 14 sesquitercius ad 8, sesquialter est, detrahas, remanet 9 ad 8 in sesquioctaua habitudine. Differentia quinquaginta nouem millium quadraginta nouem, ad sexaginta duo millia ducentos octo, & tria millia centum quinquaginta nouem, quae ex ducentis quadraginta tribus ter decies multiplicatis excreuit, & minus quam minoris octauamdecimam obtinet partem. Similiter differentia, sexaginta duorum millium ducentorum octo ad sexaginta quinque millia, quingentos triginta sex, & tria millia trecenti uigintiocto, quae ex ducentis quinquaginta sex ter decies multiplicatis excreuit, & sexaginta duorum millium, ducentorum octo minus quam octauamdecimam, plus uero quam nonamdecimam obtinet partem. Quinquaginta nouem millium, quadraginta nouem octaua pars est, septem millia, trecenti octoginta quatuor, & octaua pars unitatis, quae eisdem quinquaginta nouem millibus quadraginta nouem addita efficit sexaginta sex millia, quadringentos triginta & octauam, qui superant sexaginta quinque millia quingentos triginta, 6. octingentis nonaginta quatuor unitatibus & octaua parte unitatis. Si 243 octaua requiritur, erit 30 & triū unitatum octaua pars, quae eisdem addita efficit 273 cum triū unitatum octauis. Sunt ergo in semitonij proportione 256 ad ducentos 44, quorum differentia 13 minus quam minoris octaua, decimam plus uero quam nonamdecimam partem obtinet. Si enim octies decies 13 dicas, efficiet 233, qui sunt minores 243 quaternario. In apotomes uero proportione constant 273 cum triū unitatum octauis ad 256, quorum differentia 17 cum triū octauis minus quam minoris quartamdecimam, plus uero quam quintamdecimam obtinet partem, quia si quater decies 17 ducas, erunt 239. Et si triū unitatum octauas ducas, quater & decies efficiet 5 unitates & quadrantem unitatis: hos 238 seingenas, fient 243, & quadras minores scilicet 256, duodecim unitatibus, & tribus quartis partibus unitatis. Si uero quinquies & decies 17 ducas, fient 256: at si triū unitatum octauas per 15 minores, reddent integras quinque unitates & quinque octauas: hos iunge 255, facies 260 & quinque octauas, qui superant 256 quatuor unitatibus & 5 octauis. In-

gitur si numeris integris haec omnia uideri consideras tam suprascriptos terminos quam differentias, per octonarium numerum, & nihil molestum te reperire gaudebis. Duc ergo 243 octies, fient tibi 1943, octies 256, 2048, octies 273 sunt 2184, octies tres octauas tres integras unitates efficiet: quae iunge 2183 in sesquioctaua se continentes habitudine ad 1944, quorum differentia est 243, quae ex 30 & triū unitatum octauis distantia scilicet 243 & 273 unitatum octauis, sic octies aucta concreuit. Octies triū octauas, 3, integras unitates. Inde haec differentia 243 summa est. In semitonij uero minoris habitudine consistat 2048 ad 1944, quorum differentia est 104 ex 13 distantia 243 & ducentorum 56 octuplicata obtinet minoris minus quam octauamdecimam, plus uero quam nonamdecimam: quia octies decies 104 sunt 1872, scilicet ex 234 octuplicatis facti, & sunt minores 1944, septuaginta duabus unitatibus, quae ex nouenario, quo 243, 234 superabant 8 aucto creuerunt. Si uero noues decies 104 augeas, habebis 1976, scilicet ex 247 in octo ductis, qui sunt maiores, 1944 his 32 unitatibus, quae ex 4, quo ducenti 43 actis 47 uincubantur, octies aucto creuerunt. At in apotomes proportione consistunt 2187, quorum differentia est 139 ex 17 & triū unitatum octauis sic aucta octies 17 sunt 136. Octies octauas triū integras tres unitates iunctas & 136 reddunt 139. Obtinet minus quam minoris quartamdecimam, plus uero quam quintamdecimam, quia sequatur decies 139 ducas, habebis 1946 ex 243 & quadrantem unitatis si auctos octies 243, 1944. Quadras quoque octies auctus, duas integras unitates, iunge 1944, erunt tibi 1946 & in sunt minores 2049, 102 unitatibus, quae ex 12, & tribus quartis unitatum partibus, qui 260 cum quadrante & 256 distabant, sic uenerunt. Octies 12, 96 sunt, octies 3 quartam integram iunge, & tene 102. Quod si quinquies & decies 139 facias, erunt 2085 ex 260 & quinque octauis octuplicatis sic. Octies 260, 2080 octies 5 octauas unitatis partes integras quinque efficiunt: iunge superioribus, & habe 2805, qui sunt maiores 2048 his 37 monadibus, qui ex quaternario & quinque octauis 260 uincubant, sic pullulabunt. Octies 4, 32, octies 5, octauas integre 5 sunt, iunge & habe 37. Si quis in integris numeris habitudines peruidere uoluerit, oportet ut hac ratione consideret. Si 16 in se ipsos multiplicet, fient 256. Si uero per 8 & 9, fient 272. Quod si 7 & 9 per se ipsos ducat, fient 289. Erunt igitur duae sesquiflexae decimae proportionēs 256, 272, 289 quas habet dubio constat sesquioctauum excedere: quia si 200 ex 56 octaua perquiratur, quae 32 unitatibus colligitur, eisdemque quorum etiam octaua apponatur, fient 288: qui nimium ab 289 unitate superantur. Rursus 10 & 7 in se ipsos multiplicet, fient 289. Si uero eosdem 7 & 10

per 10 & 8 ducat, fient 306. Quod si 10 & 8 per se ipsos colligantur, fiunt 324. quæ nimirum duæ sesquiseptimæ decimæ, id est 289. 306. 324 sesquioctauum non implent, quia si 289 octaua perquiratur, quæ 36 unitatibus & octa parte unitatis efficitur, ac eisdem quorum est octaua, copuletur, erunt 325 & octaua, qui superat 323 unitate & octaua parte unitatis. Quod si hæc fortasse octaua pars unitatis molesta uidebitur, superiores numeri per 8 multiplicentur, & in integerrimis numeris decem habitudines reperiuntur. Multiplicatis ergo 256 per octauum, sunt 2048. 272 uerò octies ducti, 2176 complent. Similiter 289 octies facti, 2312 reddunt: & sunt iterum duæ sesquiseptimæ decimæ, 2048. 2176. 2312, quæ constant sesquioctauum superare: quia si duobus millibus quadraginta octo pars eorundem octaua, id est 246 copuletur, fient 2304. qui certe superantur à 2312 octo unitatibus. Rursus 289 per octauum ducti, faciunt 2362. Trecensifex quoque octies augmentati faciunt 2648. Eodem modo 324 octuplicati 2522 complent, & erunt iterum duæ sesquiseptimæ decimæ, 2312. 2448. 2592. Quæ in hoc peruidetur sesquioctauum non implere, quia si 2312 octaua ipsorum, id est 289 apponatur, fient 2601, qui pro certo superant 2592 octo unitatibus: in prioribus ergo numeris unitas differentiam inter sesquioctauum, & sesquiseptimas decimas habitudines fecit, quæ eodem numero quo & ipsæ summæ, quarum differentia fuit augmentata in posterioribus numeris, octo unitatum pluralitatem succreuit. Similiter inter sesquioctauum & sesquiseptimas decimas proportionem, unitas & octaua pars unitatis distantiã fecit. Unitas ergo per octonarium sicut & illæ summæ, quarum differentia fuit multiplicata in posterioribus, ad octo unitates excreuit. Octaua uerò pars unitatis eodem octonario ducta, in integram unitatem profecit. Et ideo in posterioribus terminis intra sesquioctauam & sesquiseptimas decimas octonarius, inter sesquiseptimas uerò & sesquioctauum nouenarius differentia est. Ducentorum sexaginta duorum millium 144 tertia pars est 80. 7381, & tertia pars unitatis. Si nonã partem nete diezeugmenon, uel nonam partem paramese, uel nonam utriusque hypate sumptis rectissimam utriusque paranete chromatice, uel utriusque licanos chromatice mensuram in monochordo habere poteris, ubi quoque apotomos mensuram nullatenus effugiet. Si commatis quoque mensuram uerissimam habere quaesieris inter licanon hypaton chromatice hypodori modi. & parhypatemeson chromatice hypodori proculdubio reperies. Inter 134 & 247 sesquioctaua decima proportio est, quia differentia eorum quæ est 13, in minori est octies & decies: & in maiore, nouies & decies. Quibus si addideris medietatem differentia, quæ est 13, id est 6, & medium unitatis fiunt nu-

meri 240 semis & 233 semis. Inter quos est proportio sesquioctaua decima semis. His adde duo & semis, efficies 243, & 256, qui semitonij retinent proportionem, scilicet unitatibus maiores, quam illi qui retinebant sesquioctaua decimam proportionem. Et ideo minoris proportionis sunt, quam sesquioctaua decima, uel sesquioctaua decima semis. His si addideris 4, fient 247 & 260, inter quos sesquidecima proportio, qua Musici semitonij proportio maior est. Differentia qua semitonium minus tria comata superat, est 5165, quæ uerò 4 comatibus superatur, est 1988, quæ simul iuncta, efficiunt 7153, id est comatis proportionem. Eadem differentia apotome superat 4 comata, quæ minus semitonium tria, & eadem superatur à quinque comatibus, quæ semitonium minus à quatuor. Differentia qua toni proportio superat octo comata, est 1925, quæ uerò superatur à nouem, est 5328, quæ iuncta reddunt coma, id est 7153. Scilicet ut à sexto octuplo incipiatur inquiri sesquioctaua portiones. Si h literam tritelinemenon assumpseris, erit ea species quam dicit, scilicet mobilibus terminata: cum inter parhypate meson & paramese plusquam diatessaron sit, & paramese minimum mobilis sit. Descriptio incipit à proslambanomenon hypermixolidij, & finitur in nete hyperboleon hypodori: sed consideratio uocum diatonici generis, quod in diatessaron tono & tono semitonioque pariter à nete hyperboleon hypodori exoritur, atque in proslambanomenon hypermixolidu completur. Miro quoque modo qua habitudine diatonica in longitudine descriptionis singulorum modorum à se uerui differunt, eadem habitudine nerui troporum in ordine distinguuntur. Acute hic inspiciendum, quod meson non ideo dicit consonare ad nete diezeugmenon, quod ad illam teneri uerallu diapente symphonias: sed quia per diapason consonantiam hypate meson, idem sonat quod nete diezeugmenon. Mese quoque per diapason idem sonat, quod nete hyperboleon. Nete hyperboleon autem resonat ad nete diezeugmenon diatessaron symphoniam. Mese quoque, quod per diapason idem sonat, quod nete hyperboleon, ad nete diezeugmenon diatessaron consonat, idem argumentandum, ubi dicit ad grauiorem partem parameson consonare ad hypatemeson. Non enim propter diapente hoc dicit, sed quia per diapason paramese idem sonat quod hypateipaton, consonat eadem paramese ad hypatemeson diatessaron sicut hypateipaton. Quoniam hic primus numerus potest in 2, & 3, & 4 diuidi, in quæ diuidit Aristoxenus tonum 243 septies ducti 1701 numerum efficiunt 256 uerò septies numerati 1792 complent. Similiter 13 quæ est differentia 256, & 243 septuplicata efficit 98 differentiam 1792, & 1702. &c.

FINIS.

BEDA

BEDA PRESBYTERI MUSICA QUADRATA SEU mensurata.



Voniam circa artem Musicam necessaria quædam ad utilitatem cantantium tractare proponimus, necesse est ut secundum authoris intentionem subtilissimas regulas summo per se subiectas intelligere studeamus. Quum enim humana natura naturaliter omnia scire desiderat, & à primis hominis peccato quatuor sunt mala, quæ naturam impediunt humanam, scilicet ignorantia, uitium, imperitia loquendi, & indigentia: quibus tamen quatuor bono sunt opposita, scilicet ignorantia sapientia, uitio uirtus, imperitia loquendi eloquentia, indigentia necessitas. Ideo quoque diuina clementia Philosophis peritiam artes inueniendi concessit, ut per eam quisque notitiam ualeat prædicta bona comprehendere, & faciendo, his lapsam naturam & ad meliorem consistentiam sublimare. Cumque unum discere ualde sit difficile, de multis non est dubium, cum sit quali impossibile: in omnibus tamen ualde plura sunt, quæ nostro sensu agnoscimus, quam ea quæ à magistro didiscimus. Nam sicut in arbore unam naturam uirtutem multarum regitiam propagationem complantauit: sic in homine, ratio ex unitis scientia, esse multarum docuit inuenire. Hic etiam illud intuendum est, quod omnis ars, omnisque disciplina honorabiliorē naturaliter habeat rationem, quam artificium quod manu atque opera exercetur. Multo enim maius atque aptius est scire, quod quisque faciat, quam ipsum illud efficere, quod sciat. Etenim artificium illud corporale, quod seruiens famulatur: ratio uerò, quod domina imperat: & nisi manus, secundum quod ratio canit operatur, frustra fit. In tanto igitur præclarior est scientia musicæ in cognitione rationis, quam in opere efficiendi atque actu, in quanto corpus mente superatur: quod scilicet rationis expertus sine ratione degit, illa uerò imperat atque ad rectum deducit, quod nisi eius pareatur imperio, expertus opus rationis titubabit. Vnde fit, ut speculatio rationis operandi actu non egeat, manuum uerò nulla sint opera, nisi ratione ducantur. Iam uerò quanta sit gloria multumque rationis, hinc intelligi potest, quia ceteri (ut ita dicam) corporales artifices, non ex disciplina, sed ex ipsis potius instrumentis cepere uocabula. Nam citharædus ex cithara, tibicen uel aulædus ex tibia, cæterisque suorum instrumentorum uocabulis nuncupantur. Ratio uerò non ab instrumentis, sed à speculatione & scientia denominare uoluit Musica professores. Si quis ergo ex improbitate discit cantare, qualitates & quantitates, simi-

litudines & dissimilitudines, diuersorum sonorum proportionem, tempora & mensuram, nec non & distinctiones longarum breuiumque figurarum & semibreuium discernere uoluit, sonum iubilationis huius scientiæ hauriat, & eius suauitatem experietur. Nam qui uineam plantare uult, unam arbutusculam inserere, uel unum alium onerare cognouit: sicut in uno, ita in omnibus facere uel melius, non dubitabit.

In principio autem huius scientiæ scire optantur quid sit Musica, uel quis musicus, & unde dicatur, quod genus, quæ materia, quæ partes, quæ species, quod instrumentum, quæ utilitas, quod officium. Vnde scire debemus, quod Musica est liberalis scientia, peritē cantandū copiam subministrans. Sed hæc diuiditur, quia alia instrumentalis, alia humana, alia rhythmica. Instrumentalis uerò est dignoscendis & discernendis cantibus attributa. Et hæc etiam diuiditur, quia alia harmonica, alia rhythmica, alia metrica. Harmonica uerò, est illa quæ discernit inter sonos grauem & acutum. Vel harmonica, est illa quæ consistit in numeris dupliciter, & mensuris: una localis secundum proportionem sonorum uocumque, alia temporalis secundum proportionem longarum breuiumque figurarum. Alia, id est harmonica, quod discretio modulationis & uarietatis canendi scientia: & facilis ad perfectionem canendi uia, plurimumque uerò dissimilium proportionalis consonantia, & scientia de numero relato ad sonum. Rhythmica uerò, est illa quæ in scansione uerborum requirit, utrum bene uel male cohereant dictiones: quia cantando uitandum est, tanquam legendo. Metrica uerò, est illa quæ mensuram diuersorum metrorum ostendit probabili ratione, ut patet in heroico, jambico & elegiaco metro.

Musicus uerò est ille, qui ratione propensa non solum operis seruitio, sed etiam speculationis imperio canendi scientiam ministrat. Quod si in ædificiorum bellorumque opere uidemus, in contraria scilicet nuncupatione uocabuli, eorum namque nominibus uelut ædificia inscribuntur, uel dicuntur triumphi, quorum imperio ac ratione sunt instituta: non quorum opere seruitioque perfecta, unde metricæ diffinitio sequitur. Musicorum & cantorum magna est distantia. Isti dicunt, illi sciunt quæ componit musica. Nam qui canit quod non sapit, diffinitur bestia: unde uersus, Bestia non cantor, qui non canit arte, sed usu. Non uerum cantorem facit ars, sed documentum.

Musica dicitur à Musis, quæ secundum fabulam dicitur filia Iouis: & habet duplicem considerationem, scilicet secundum modum, & secundum non modum. Secundum modum, ut hic sumitur, est longitudo seu breuitas cantus, quæ organum (quantum ad nos) generaliter appellatur per certam mensuram, de qua nunc superius inueniuntur. Secundum non modum, sumitur se-

zur siue respectiue, ut ubi nulla materiae proprietas est inuenta.

Genus uero huius scientie, est peritia modulationis harmonice, que ex concordantia plurimorum sonorum, uel ex compositione longarum breuiumque figurarum perficitur.

Materia huius est, sonus ordinatus secundum modum. Sonus sumitur pro melodia & concordia differentia, ordinatur pro numeris temporum in figuris consistentium ante perfectam pauam, secundum modum pro quantitate longarum breuiumque figurarum, que in uocis, accentu & tenore consistit.

Partes uero ipsius alias habet theoretica, alias practica partes. Practica tres, scientia de graui sono, & scientia de medio, & scientia de acuto: & de his tractat, ostendendo utilitates & comparationes eorum inter se, & quomodo ex his componuntur motelli, seu conducti uel organa: Partes theoreticae sunt tres, scilicet de dispositionibus huius artis inueniendi neumata, & cognoscendi numeros eorum, & quot sunt species eorum, & declarandi proportionales quarundam, ad alias demonstrationes de omnibus illis, & docere species ordinum & situm eorum quibus preparantur: ut accipiat ex eis quod uult, & componat ex eis harmonias.

Species quoque huius, sunt diuersitates subiectorum, ex quibus fiunt neumata: nam aliquando uoce, aliquando flatu, aliquando tactu exercentur. Voce uero, ut hominis flatu, ut tibia tactu, ut psalterio uel cithara, & similia.

Instrumenta uero aliud habet practice, aliud theoretice. Theoretica uero instrumentum est inquisitio, & demonstratio proportionum, sonorum & uocum. Practica uero, aliud naturale, aliud artificiale. Naturale uero est pulmo, guttur, lingua, palatum, &c. membra spiritalia scilicet principaliter sunt uocis & epiglottis. Artificiale uero instrumentum est, ut organum, uiola, & cithara, atola, psalterium, &c.

Utilitas autem eius magna est, & mirabilis, & uirtuosa ualde, que fores ecclesie aua est subintrare. Nulla enim scientia aua est subintrare fores ecclesie, nisi ipsa tantummodo musica: per eam rerum plasmatores mundi collaudare debemus & benedicere, psallendo ei cantum nouum, sicut sancti patres nostri prophetae docuerunt. Nam diuina officia, que ad sempiternam conuocamus gloriam, per eam quotidie celebrantur. Et testante Boetio, quod inter septem artes liberales Musica obtinet principatum: nihil enim sine illa manet. Etenim ipse mundus quadam harmonia sonorum dicitur esse constitutus, & ipsum coelum sub harmonie reuolui modulatione. Inter omnes enim scientias ipsa laudabilior, curialior, iucundior, laetior, amabilior esse probatur: nam reddit hominem liberalem, iucundum, curialem, laetum, amabilem: mouet enim affectus hominum, pro uocat in diuersum habitum sicut in preliis. Est

enim tubarum concentus pugnares accendit, quia quanto uehementior fuerit clangor, tanto fit animus uelocior ad certamen. Quid multa? uerum Musica mortales horrat ad labores tolerandos, & singulorum operum fatigationem uocis modulo consolatur. Turbaros animos Musica recreat, quoniam dolorem capitis & tristitiam tollit, immundos spiritus humoresque prauos & langores depellit. Vnde & utilitas ad salutem corporis & anime inuenitur, eod quod quandoque corpus infirmatur languente anima, & impeditur ipsa existente impedita: unde & causa ratio corporis fit saepe per curationem anime, & per aptationem uirium suarum, & temperatiam suae substantiae locis conuenientibus agentibus: sicut legitur de Dauid, qui regem solauit Saulem a spiritu maligno arte modulationis. Ipsa quoque reptilia, necnon & aquatilia, uerum & uolatilia sua dulcedine musica consolatur: sed & quicquid loquimur, & uenarum pulsibus commouemur, harmonia probatur esse, uilibus sociatum.

Officium uero aliud habet practica, aliud theoretica. Practica uero est harmonias componere, & artem que humanos possunt mouere affectus. Theoretica uero est, in summa comprehendere cognitionem specierum, harmoniarum, & id ex quo componuntur, & ad id quod componuntur, & qualiter componantur: uel est etiam officium figurarum longas & breues, necnon corpora & mensuras eorundem, qualitates & quantitates, similitudines & dissimilitudines proportionum, sonorum & uocum, & orthographiam cognoscere, & conseruare, & regulariter eam describere: ita quod omnis cantus qualiscumque fuerit diuersificatus, congrue per ilam possit declarare.

Cum igitur illa & alia multa in hac arte secundum ordinem declaratur, primo specialiter uidendum est & sciendum, quod tria tantummodo sunt genera, per que tota mensurabilis musica transcurrit, scilicet discantus, hoc cetus & organum. Discantus uero est aliquorum diuersorum generum cantus duarum uocum seu trium, in quo termino consonantia scilicet diatessaron, diapente, diapasen, per compositionem longarum breuiumque figurarum, secundum dulcem mensuram naturaliter proportionata manet. Vnde notandum est, quod tres generalissimae sunt species, per quas omnes modi, id est omnes cantus, in quo consistit manent, dignoscuntur & discernuntur, ac etiam moderantur per figuram, tempus & mensura: & quoniam huius discantus per dictam compositionem sub certa dimensione temporis seu temporum, per diuersa capitula declaratur: ideo primo de representatione & forma figurarum simplicium, secundo de figuris similiter pariterque ligatis seu iunctis, que tempora quaelibet figura pro sua parte continet in se, ac etiam de proprietatibus & distinctionibus earum uideamus,

deamus, & quomodo per huius figuras denotatur longitudo seu breuitas cantus, deinde quid sit tempus, quid mensura. Vnde figuras representationis soni secundum suum modum, & secundum equipollentiam sui equipollentis, sed huiusmodi figure aliquando ponuntur cum litera, aliquando sine. Cum litera uero, ut in motellis & similib. sine litera, ut in neumis conductorum & similia. Inter enim figuras que sunt cum litera, uel sine, talis datur differentia: quoniam illae que sunt sine litera, debent prout possunt amplius adiuuicem ligari. Sed huiusmodi proprietates aliquando obmittitur supra literam his figuris associatam, & huius figurarum proprietates, tam litera sociatam, quam non, dantur diuisiones ac etiam regulae sequentes. Quapropter ad omnia discenda prolata scire debemus, quod sex tantummodo figurae sunt adiuuicem: quarum binarum & binarum semper sunt affines, in forma & quantitate consimiles, scilicet in potestate, arte, regula different & natura. Quarum & prima super omnes fons est & origo ipsius scientiae atque finis, que perfecta longa manura uocatur: nam a perfectione circa aequalitatem aliquid habere sumpsit, eo quod sub certa dimensione longitudinis unius, per uocis accidentiam in mora circa ipsum equaliter proportionata manet, seipsamque in noue partes diuidentu dupliciter partiens, cuius forma quadrangularis efficitur, comam semper in eius latere dextro fixam, per quam etiam nomen longitudinis habere meretur, ut patet in praesenti.

Secunda uero imperfecta longa aliquando etiam non est perfecta: quod non perfecta dicitur, eo quod nisi duo tempora continet in se, affinitatem in forma & proprietate perfectae figurae tenens, ut patet.

Tertia recta breuis dicitur, ab eo quod unum rectum & integrum continet in se tempus, tempus ipsamque in duas diuidentem partes non aequales, uel in tres tantummodo aequales & indiuisibiles: cuius forma quadrangularis est, omni carens proprietate, ut hic,

Quarta, altera breuis appellatur, eo quod duas rectas breues tenet, atque semper alterum occupat locum, affinitatem rectae breuis tam in forma quam in proprietate & societate tenens, ut hic.

Quinta uero semibreuis maior dicitur, & habet a se minus magnum, quod etiam imperfectum, & breuis, quia imperfecta scientia breuis & maior est, quoniam maiorem partem retinet rectae breuis, ut praedictum est, cuius forma

ma talis est.

Sexta semibreuis minor consimili modo dicitur & minore, eo quod minorem in se continet partem rectae breuis, tenens affinitatem in forma & quantitate praecedens, ut hic.

Cum igitur perfecta figura manens in unitate, sic fons & origo ipsius scientiae & finis, propterea quod omnis cantus ab eadem procedit, & in eadem replicatur: & ipsa in numeris consistit, temporibus & mensuris, & trinitatem in se continet aequalitatem, uidere sequitur, quod ipsa prior ceteris esse uideatur: eo quod mundi conditor Deus omnia in numero, pondere & mensura constituit, & hoc principale exitit exemplar in animo conditoris. Nam quaecumque a prima uia orbis origine formata sunt, numero uariatione uniuersa esse constituta. Et ideo numerus omnem creaturam natura praecedat, & in singulis ternarius inuenitur: quia ab ineffabili Trinitate, que cuncta condidit, essentialiter non recedit. Vnde illud in auctoribus legitur, quomodo Deus imperare gaudet ternario, ita hic numerus inest rebus omnibus, cuius principium unitas est, que Graece monos dicitur. Ipsa uero non numerus, sed fons & origo numerorum, principium & finis omnium: & ideo non immerito ad summam refertur trinitatem, quia res quaelibet naturalis ad similitudinem diuinae naturae ex tribus constare annuitur. In uocibus & sonis, & rebus omnibus trinitatem consistit consonantia, scilicet diatessaron, diapente & diapasen. Hanc igitur trinitatem omnia naturaliter formata consequitur, quoniam rebus omnibus ab origine prima naturaliter inherentem, in summo & primo artifice, uel se imperitos necessario credere oportet: cum nihil prius sit factum, nisi prius sit in artifice factum endi potentia, uel sapienter sine sapientia, &c. nullae indigeat, nihil ab eo fiat nisi ex gratia. Cum igitur ab eo fiant omnia, maximum est sapientibus, quod haec tria, scilicet sapientia, potentia, gratia, sunt in diuina ecclesia, quia ad summum perfectumque bonum plura non sunt necessaria. Et tunc omnium prima principia tantum sunt tria. Principium immobile, Deus principium principiorum: principium mobile coelestis, super cuius motu mouentur omnia. Et ut breuiter dicamus, Omnis cantus mensurabilis, ab ipsa figura procedit & diuiditur, & in eadem replicatur, & omnes figurae subsequentes ad eandem, propter equipollentiam retinendam, recurrit. Cuius regula talis est, & natura, quod quandoque reperta est ante longam, semper tria tempora tenet. Verbi gratia,

Affinitas autem eius, que in forma sibi consimilis


similis efficitur, sequitur: cuius regula talis est & natura, quod semper ante breuem uel post, stare debet, quæ sibi collateralis esse refertur. Verbi gratia,



In qua non nisi duo tempora communicari tenentur ratione collateralis, quæ ab eodem sumitur à parte finis. Vnde uersus,


Ante uero longam, minima longa faciunt.

Sibreuis addatur, duo tempora longa meretur. Vnde notandum est, quod quoadcumque inter duas longas sola breuis euenerit, semper ad imperfectam reducitur precedentem, & merito cum ab eadem procreatur, consimili modo fit econuerso. Vnde considerandum est, quando perfecta fieri nequit, nisi mediante breui sequente, seu precedente, quoniam longa & breuis, & econuerso, semper unam perfectionem faciunt. Vnde si quærat aliquis, utrum possit fieri modulus siue cantus naturalis de omnibus imperfectis, sicut fit de omnibus perfectis. Responsio cum probatione, quod non: cum puras imperfectas nemo pronunciare possit. Veruntamen quidam in artibus suis referunt, perfectam figuram se habere per ultramensuram: & quosdam etiam modos, sicut primum & quartum esse per ultramensurales, id est non rectam mensuram habentes, quod faciendum est: quia si uerum esset, tunc posset fieri cantus naturalis de omnibus imperfectis, quoniam imperfectum, dicitur esse perfectum. Sicut enim res quælibet naturalis ad similitudinem diuinæ naturæ, ex tribus constare inuenitur, & in uocibus & sonis trina tantum consistat consonantia: sic omnis cantus mensurabilis ad similitudinem diuinæ naturæ, ex tribus constare inuenitur: cuius probatio patet in mensura, ubi ternarius numerus reducitur ad perfectam. Et ne in ambiguum procedamus, sciendum est, quod perfecta figura multiplici cognoscitur regula. Prima, sicut præfati canunt uersiculi. Secunda, quando cumque inter duas longas duæ breues omni proprietate carentes euenerunt, affinitatem in forma carentes. Verbi gratia,




O Maria beata genitrix.


Prima, profert unum tempus, quæ recta breuis dicitur, faciens duo, quæ altera breuis appellatur, & sumitur à parte finis figuræ precedentis: & quoniam in tali binario, tria tempora commemorari reperiuntur, ideo longarum quæuis prædictarum à Deo perfectione retinere meretur, nisi tantummodo sola breuis primam præcesserit longam, sicut per hæc clausulam patet.




Tunc duo tempora longa tenebit: & sic perfectio ante perfectionem cõiunctam siue disiunctam, nunquam diminui potest: quoniam longa perfecta nequit habere perfectionem, nisi mediante aliqua perfectione sequente. Tertia, si tres inter prædictas quandoque reperiantur, & in forma consimiles, ut hic,




Et licet unum tempus cõseruat, & tum nihilominus nulla longarum uirtutem siue gratiam suæ perfectionis amittet, nisi ut prædictum est. Quarta, si quatuor inter prædictas euenerint, omnes breues putantur, & æquales: sed ultima oriatur à subsequenti. Et etiam unum paruum tractum in forma & longitudine semisuspirij obtineat præcedens longa iuxta latus suum à parte finis, quid differentiam modorum seu perfectorum significat, ut hic,



Et tunc longa subsequens tempora, nisi duo tenebant. Et hoc etiam secundum ordinem quarti & quinti modi imperfecti. Nam si tractus ille deficeret, tunc prima breuium procederet à precedenti per ordinem secundi imperfecti. Verbi gratia,



Quinta uero, si quandoque in forma consimilis euenerit, tres primæ dabant unam perfectam: & binarius subsequens non æqualis, utnam: & quælibet longarum, prout superius dictum est, tenebit. Verbi gratia,




Et si plures euenerint secundum imparum numerum, consimili modo non fiat. Et sic de facili quis poterit habere differentiam inter longam perfectam & imperfectam, si bene consideratur.

Propterea notandum est, quod perfecta figura in uno corpore quandoque duplicare uideatur, quæ tunc latitudo eius transit longitudinem sic O quæ non ad aliarum figurarum spectat originem, nisi ex gratia: quoniam nunquam duplicaretur, nisi quod ne in compositione, siue ordinatione tenoris, plana musica frãgatur: super quam, omnes motelli, & omne organum fundari

fundari tenentur.


Recta breuis, aut quæ superius pluries cum pluribus denominatur, adhuc in forma propria describitur in hunc modum,



Continens igitur unum in se tempus, seipsam in duas diminuens partes non æquales, uel in tres tantummodo æquales & indiuisibiles: quarum prima pars duarum, semibreuis minor appellatur, secunda uero maior: & econuerso, tres autem semibreues, minores æquales, & indiuisibiles nuncupari tenentur. Vnde notandum est, quod nulla semibreuis sola reperitur: quoniam per se sola significare nequit, sed binæ & binæ, non æquales: ut hic,




Vel tres & tres æquales numerari debentur: ut hic,




Et sic, binarius non æqualis, seu ternarius æqualis, semibreuium figurarum, semper ad rectam breuem æquipollere debet. Recta breuis ad imperfectam, uel ad alteram breuem imperfectam cum breui, seu breuis cum altera breui ad perfectam.

Iam dictum est de simplicibus figuris, nunc autem dicendum uidetur de simul ligatis seu coniunctis, qualiter inter se differant: & rursus incipiendo ab unitate, & sic distinguendo longitudinem & breuitatem, secundum quod multiplicatur, innuere. Vnde notandum est quod quædam sunt species, quibus omnis cantus euphoniae causa decatur, quæ etiam in diuisione quinque partium diuiduntur, quarum quælibet diuisio multas continet differentias, & diuersas. Prima igitur differentia primæ partis, est quædam figura, quam plicam cõmuniter appellamus. Vnde notandum, quod plica nihil aliud est, quam signum diuidens sonum in sono diuerso per diuersas uocum distancias, tam ascendendo quam descendendo, uidelicet per semitonium & tonum, per semiditonus, & ditonus, & per diatessaron & diapente: quæ plica quatuor differentijs explicatur: nam quædam perfecta dicitur, & quædam imperfecta: quædam recta breuis, & quædam altera breuis.

Prima differentia plicæ, perfectæ descendendo, est quædam figura habens tractus, quorum ultimus longior est primo, ut patet,




Ascendendo uero unum solū retinet tractum, ut patet,




Omnem igitur habens potestatem, regulam & naturam, quasi habet perfectam figuram, excepto quod si longam præcesserit in corpore, duo tempora


pora tenebit: reliquum autem in membris, fit autem tem plica in uoce per compositionem epiglottis cum percussione gutturis subtiliter inclusam. Secunda differentia est, plica imperfecta, quæ etiam cum præmissa proprietate consimilem retinet formam, sed regulam imperfectæ figuræ tenet, & naturam scilicet in corpore, unum tempus reliquum in membris: ut patet descendendo,




Patet & ascendendo, ut



Tertia differentia est illa, quæ habet duos tractus, quorum primus longior est ultimo, descendendo: sicut patet,



Sed ascendendo, duos habet diuersos: unum in dextra parte ascendendo, significans plicam aliam in sinistra parte descendendo, significans breuitatem: ut hic,





Observantes igitur potestatem, regulam & naturam rectæ breuis, & ipsius, quæ uocatur altera breuis,

Secunda diuisio partis secundæ, est quædam ligatura duarum figurarum, quæ etiam binaria uocatur, quatuor habens differentias: quarum quælibet duplicem habet figuram, ascendendo uidelicet & descendendo. Vnde notandum est, quod si aliqua istarum in descendendo proprietatem habuerit, in ascendendo uero carebit: & econuerso, excepte tantummodo semibreuis. Ascensus autem intelligitur, quando secunda figura alicuius ligaturæ fuerit altior prima. Descensus autem econuerso: prima igitur differentia talis est, quod quandoque duæ figuræ simul ligatæ descendendo cum proprietate, uel sine proprietate ascendendo reperiuntur: ut hic,



Prima recta breuis, fit longa imperfecta, ut manifestè patet in quarto, quinto & sexto modo, tam supra literam, quam sine litera: nam in secundo modo, 3 & 7, tales omnes sunt æquales tantummodo supra literam, secundum usum.


Secunda differentia, tam ascendens quam descendens, per contrarium primæ differentie constat: ut hic,



tam in proportione, quam in proprietate.


Tertia differentia, tam ascendens quam descendens, sub tali forma sequitur, quod secundum

dum æqualitatem proferuntur.




Ernotandum est, quod talis ligatura uocatur æqualitas, quoniam reddit æqualitatem: omnes aliæ, quarum prima fuerit longior seu breuior, sunt non æquales.

Quarta differentia tam ascendens quam descendens retinet proportionem non propriam, sub tali forma,




Quæ semibreues appellantur, non æquales etiam proferuntur, ut prædictum est, quod duæ semibreues: quarum prima minor est, & e converso constituunt unam longam, & quandoq; pro altera breui ponuntur.


Tertia diuisio tertiæ partis, est quædam ligatura, cui coniunctura trium figurarum, nouem habet differentias: quarum quælibet fit dupliciter, ascendens uidelicet & descendens. Prima autem differentia, tam sine litera quam cum litera, talis est, quod quandoq; ternaria ligatura tam descendendo cum proprietate, quam ascendendo sine proprietate, reperta fuerit in primo gradu de binaligatura sequente.



Prima fiet longa imperfecta, secunda recta, breuis tertia: sicut prima, si ante longa sequatur, tunc tria tempora tertia donat. Secunda differentia tam in proportione quam in proprietate, omnino per oppositum primæ differentiæ, tam supra literam, quam sine litera regnatur hic,




Tertia differentia, tam supra literam quam sine, talis est, quod quandoq; ternariæ ligaturæ adiuicem contineantur, quamuis longa præcedat, seu sequatur, sicut hic, tam ascendendo quam descendendo.




Prima proferit unum tempus, secunda duo, tertia tria. Et hoc est secundum ordinem quarti, dum tamen longa in primo gradu consistat.


Quarta differentia est, quod quoadocumq; binaria ligatura præcedit ternariam prima binaria proferit unum tempus, secunda duo, ternaria, ut supra continetur in proxima. Verbi gratia,




Et hoc secundum ordinem quinti modi. Quinta differentia ascendit & descendit tam supra literam quam sine litera, talis est, quandoq; ternaria ligatura cum æqualitate confecta reperta fuerit: ut hic,




Omnes proferuntur æquales, secundum ordinationem septimi. Sexta differentia tam supra literam quam sine, talis est, quod quandoq; ternariæ ligaturæ contineantur proprietates non proprias, habentes tam ascensum quam descensum: ut hic,




Duæ primæ semibreuiabuntur, ultima longa duorum temporum proferitur, si breuis sequatur: si ante longam, tria tempora donat. Septima differentia ascendens & descendens tam supra literam quam sine, talis est: quod quandoq; ternaria tam coniuncte quam ligate reperitur: ut hic,



Duæ primæ semibreuiabuntur. Ultima proferit unum tempus, si breuis sequatur: si autem longa, tunc duo tempora donat. Octaua differentia, tam ascendens quam descendens, omnino per oppositum tenet præcedentia, tam scriptura quam proprietate.




Nona differentia, tam ascendens quam descendens, talis est, quod quandoq; ternariæ ligaturæ tam coniunctæ quam compositæ reperiantur.




Omnes semibreues æquales & indiuisibiles proferuntur in tertio loco quarti modi, quod altera breui repertatur: nam sicut altera breuis tenet affinitatem rectæ breuis, sic etiam tales affinitatem inter se tam in forma quam proprietate tenent.

Quarta diuisio quartæ partis est, quædam ligatura seu coniunctura quatuor figurarum, nouem habens differentias, quarum quælibet dupliciter


dupliciter habet figuram, descendente uide licet & ascendente. Sed notandum, quod plures descendendo inueniuntur quam ascendendo, propter grauem ascensum: quoniam leuius est descendere, quam ascendere. Prima differentia talis est, quod quandoq; aliqua iunctura descendit, seu ligatura ascendit, quatuor figurarum alicubi reperitur: quarum proprietates primæ figuræ tangit longitudinem trium sequentium figurarum. Verbi gratia,




Prima erit longa, perfecta subsequentiū duæ primæ semibreues, & ultima duo tempora debet. Secunda differentia ex talibus, talis est, quod si prædicta longitudine dictæ proprietatis abbreviatur ad distantiam secundæ figuræ illorum quatuor subsequentiū, Verbi gratia,




Prima, duo tempora dabit, reliquæ semibreues erunt indiuisibiles & æquales. Tertia differentia talis est, quod si tales creuerint, quarum prima cum proprietate per se, & alia cum proprietate simul compositæ fuerint, prima longa imperfecta erit, & duæ primæ subsequentes semibreues: ultima duo tempora dabit, si breuis sequatur: si longa, tunc tria tempora donat. Verbi gratia,




Quarta differentia talis est, quod si in fronte primæ quatuor figurarum descendentiū, uel in fronte secundæ ascendentiū. Verbi gratia,




Prima dabit unum tempus, duæ mediæ semibreuiabuntur, & ultima dabit unum tempus. Quinta differentia talis est, quod si proprietates in fronte primæ figuræ quatuor coniunctarum reperiantur: ut hic,




Tres primæ semibreuiabuntur æquales: ultima breuis, si breuis sequatur: si autem longa, tunc duo tempora donat. Sexta differentia talis est, quod si prima quadrangulatur, & aliæ syncopantur. Verbi gratia,




Prima recta breuis, reliquæ semibreues efficiuntur. Septima differentia, quaternæ ligaturæ tam descendenti causa & proprietate, quam ascendenti scientiæ: ut hic,




Tres primæ breues & æquales, quarta longa imperfecta, si breuis sequatur: si autem longa, tunc erit perfecta. Octaua differentia de eisdem talis est, quod si ultima uult breuiari, uarietur hoc modo,




Nona differentia talis est, quod si duæ primæ uolunt semibreuiari, habeant proprietatem semibreuitatis.




Et si ultima longa fuerit, tunc penultima duo tempora tenebit. Verbi gratia,



Quinta diuisio quintæ partis, est quædam ligatura quinque figurarum, duas habens differentias, quæ duas habent figurarum, ascendentes uidelicet & descendentes: quarum prima differentia tam ascendit quam descendit, talis est, quasi proprietates in fronte primæ quaternæ ligaturæ extiterit. Verbi gratia,



Duæ primæ non æquales semibreuiabuntur, & duæ sequentes breues æquales, ultima longa si imperfecta fuerit, sequatur: si autem longa, tunc erit perfecta. Secunda differentia talis est, quod si sexta apponatur figura, etiam similem habeant proprietatem: ut hic,




Tres primæ æqualiter semibreuiabuntur, & duæ sequentes breues æquales: ultima uero longa, ut declaratum est.

Quum dictum sit de figuris uel ligaturis & coniunctis, qualiter inter se differant: nunc autem dicendum est de plicis in eisdem figuris existētibis: quoniam sicut in qualibet scientia speculatiua sunt quædam quæ debent supponi, ita in hac scientia necessarium est, quod diuersa tempora per diuersas figuraciones des-

signentur, & quod plica uariantur, secundum uariationem temporis & mensuræ. Quum igitur primò declaratū sit de singulis plicis, in prima diuisione primæ partis, quæ adhuc manifestè se representat.

Quoniam fieri posset quæstio, quid sit tempus, ad quod respondendum, quod tempus (ut hîc sumitur) est quædā proportio iusta, in qua recta breuis habet figurā in tali uidelicet proportionē, quod possit diuidi in duas partes non æquales, uel in tres tantummodo æquales & indiuisibiles, ita quod uox non alterius in tempore discretionum habere possit. Etiam sciendum est, quod tempus habet figuram triplā, aliquando enim uoce recta, aliquando cassa, aliquando demissa. Voce uerò recta, ut uox humana procedens à pulmone. Cassa uerò, est sonus, non uox, id est uox non articulata: quæ fit secundum aliquod instrumentum, & ideo dicitur cassa, quoniam natura non hîc dicitur facta esse. Etiam uox parua, non mutata, dicitur etiam cassa, quia cum recta uoce rectam nō potest dare concordantiam. Demissa uerò uox, est illa proportio siue mora, qua qualibet figura superius prænomina, secundum magis & minus proportionaliter habet figuram hîc tacite rectā mēsuram excogitando, secundū quod qualibet figura pro sua parte continet in se. Vnde notandū est, quod huiusmodi tacita mensura est per quinque uirgulas longas & breues, de quibus patent quinque differentiæ: quarum prima, perfecta pausa uocatur, continēs in longitudine quinque lineas, à summo usque deorsum habens omnem potestatem, regulam & mensuram, quam habet longa perfecta. Secūda uerò pausa, imperfecta nominatur, quæ summitatem continet quatuor linearum, habens potestatem imperfectæ figuræ, & illius, quæ uocatur altera basis. Tertia uerò, suspirium breue nuncupatur, continēs summitatem trium linearum: & ponitur pro breui recta. Quarta est semisuspirium maius, continēs summitatem duarum linearum, & ponitur pro semibreui maiore. Quinta, est semisuspirium minus, quod inter duas lineas medium tenet, & ponitur pro semibreui minore, quod est indiuisibile: de quorum maiestate, formulæ patent.



Notandum etiam, quod perfecta pausa nunquam ponitur nisi in pari loco post minorem figuram & perfectam: cum tamē naturalis extiterit cantus, & ponitur per eadem. Pausula uerò in loco ponitur perfectæ figuræ. Suspirium, in loco breui, cuius probatio est in, O quam sancta, & in cæteris hymnis, aut aliter compositis: & fit tempus in tempore propter equipollentiam donatā: quoniā nec post propriā quantitatē possit obtinere: nam licet uox obmuta-


tur, tempus tamen non. Vnde uersus, Tempora prætereunt more fluentis aquæ, Sequitur de mensura, quæ per totam musicam locum obtinet necessarium: quæ etiā non solum in musica, sed etiam in omnibus perutilis inuenitur. Vnde uersus, Ut in omne quod est, musicā ponere prodest, Sic sine mensura, deperit omne quod est.

Vnde uidendum est, quod mensura dupliciter in hac arte continetur, scilicet localis & temporalis: & idem est, quod ars ista, Mensurabilis musica nuncupatur, ad differentiam plenę musicæ: quia cum ipsa plena musica locali mensura, quæ est ad distantiam uocū mensurandarum solummodo mensuretur, isti non solum localis sufficit, sed etiam requirit eam & temporalem. Temporalis, ut hîc, uel mutatio est duarum, trium uel plurium figurarum: secundum quod sunt in numero ad aliquam perfectionem relata æqualitas: ut si quis aliquam proportionem iustam, seu consonantiam duorum cantantium siue triū diuersorum uocum, alicuius loci destinati scire desiderat, ab aliquo sibi noto, principaliter ad locum usque deputatum, per tria tempora uel per æquipollentiam, aut semper ad perfectam figuram diligenter studeat computando referre. Vnde notandum est, quod per eandem, omnes modi diuersimodè originem prosequuntur.

Quum superius declaratū sit de omnigenere figurarum, & de temporibus & mensura, & etiam de plicis, & nihilominus consistit modus seu maneries, & modus consistat in sonorum modulatione & uocum discretionem: nunc autem dicendum est quid sit modus, & quot sint, & qualiter à principali figura omnes numeri constare uidentur.


Modus uerò maneries, ut hîc sumitur, est quicquid per debitam mēsuram temporaliter longarum breuiumque figurarum & semibreuium transcurrent. Vnde notandum, quod ad constitutionem naturalium instrumentorum nouem modos damus. Ad quorum cognitionem discernendam, & multorum etiam errorem destruendum, tres liberales excipiuntur: scilicet primus, quartus & septimus: à quibus alij sex, quasi clientes, bini & bini à quolibet exoriuntur: quorum etiam quilibet perfectus dicitur, aut imperfectus. Perfectus uerò est ille, qui habet figuram recto moderamine finitam, & per talem quantitatem, numerum & mensurā, sicut per qualitatem incipit. Imperfectus uerò est ille, qui in diuersis locis uariatur.

Primus modus dicitur, qui tantum componitur perfectis figuris.




Sācti spiritus adsit, &c. Ex hoc patet igitur, quod hoc nunquam componitur in ligaturis, sed li-

sed liberè excipitur, & solus non patitur unquā à pressuris: regit, & non regitur: imperans non utitur aliarum iure.




Iste primus dicitur, & iuste præponitur alijs uenturis: nam ad hūc reducit, & in hunc resoluitur quicquid ex figuris. In hoc si pausabitur, longæ pauis dabuntur per locos in figuris, aliter errabitur, necessariū syncopabitur multum sui iuris.


Secundus modus tunc sequitur, in quo primò ponitur longa imperfecta: cui mox subiungitur ab ea quæ sumitur quædam breuis recta.




Ista si ligabitur, ei primò dabitur, tria adiecta. Veni sancte spiritus, &c. Collecta quam comitabitur dualitas.




Tertius modus perficietur, leuius addicitur eius uel perfecta, hîc post primum igitur esse, ex hoc arguitur. Secundus hîc infecta. Tertius contrariatur ipsa præcedentia. Ex hoc tertius dicitur, ex causa dicente: huic primò breuis datur longa subsequenti, atque breuis comitatur hunc incontinenti.




Maria præconio, deuotio, &c. Iste modus colligatur, bina præcedenti ligatura consociatur, trina finienti.



Quartus quaternarium tenet figurarum: & ob hoc post tertium collocatur parum: finis & principium, perfectæ sunt harum, mediæ sunt finitimi, non adæquatarum.




O Maria, beata genitrix, &c. Quædam per se stantia, atque perfectarum semper sit initium: hîc ligaturarū sumet ligatarum, unum & post alium, totum erit clarum.




Sācti spiritus adsit, &c. Ex hoc patet igitur, quod hoc nunquam componitur in ligaturis, sed li-


Quintus modus nuncupatur, qui ex quinque congregatur, & completur uocibus, cuius prima breuiatur, & figura prolongatur ex binis temporibus, propterea corripit: quarta breuis appellatur, non de certis breuibus, quinta trium temporum datur, ergo longa teneatur illa modis omnibus.




Demenant grand' ioye, &c. Iste modus colligatur, tunc ex binis proponatur ligatura uocibus, & ternaria subdatur, quam bis bina cōsequatur, necnon trina proponatur istis præcedentibus.




Sextus modus figurarum non caret senario, si perfectæ sunt earum duæ, sine dubio: necnon quatuor illarū ponuntur in medio, duas quoque primas harum semibreues facio, si quarumcunque sequendarum rectam breuem nuncio.




Suauit uoile dont tans vnd, &c. Huiusmodi ligaturarū pones in principio illam per se perfectarum, quæ est de consortio, quatuorque ligatarum sequantur confinio, sicut etiam in collegio scripturarum notatum.




Septimus modus ex uocibus septē componitur, necnō rectis breuibus, hîc ergo locetur,




O maria, uirgo Daudica, &c. Sese colit gantibus quatuor, ligetur binis concurrentibus, iste finietur: est earum finibus, semper plica detur.




Et sic iste septimus merito dicitur. Octauus modus, inæqualibus, binis semibreuibus semper patietur.



O ma dame, que l'auoye, &c. Binis coeuntibus cum proprietatibus ipse copuletur.




Nonus modus semibreuibus tribus, & aequalibus, sic perficitur.



Domine, Domine, rex gloriae, &c. Ex quibus tribus omnibus unum de temporibus aequale ducetur.

BEDÆ PRESBYTERI DE CIRCVLIS SPHÆRÆ ET POLO.



Sphæra, est species quædam in rotundo cõformata, omnibus ex partibus æqualis apparēs: unde reliqui circuli finiuntur. Huius autem neq; exitus, neque initium potest diffiniri, ideo quod in rotundo omnes tactus & initia & exitus significare possunt.

Centrum est, cuius ab initio circunductio sphæræ terminatur, ac terræ positio constituta declaratur.

Dimensio quæ totius ostēditur sphæræ, cum ex utrisq; partibus eius ad extremam circunductionem rectæ ac virgulæ perducuntur: quæ dimensio à compluribus est axis appellata. Huius autem cacumina, quibus maximè sphæra nititur, poli appellantur. Quorū alter ad Aquilonem spectans, Boreus: alter oppositus, Australis, Notus etiam dicitur.

Quæ sint significationes.

Significationes quædam in circunductione sphæræ circuli appellantur, e quibus parallelos dicuntur, qui ad eundem polum constituti finiuntur. Maximi autem sunt, qui eodem centro, quo sphæra continentur. Horizon autem appellatur is, qui terminat ea, quæ perspicia aut uideri non possunt. Hic autem incerta ratione diffinitur, quod modò polo subiectus & circulis his, qui paralleli dicuntur, modò duobus extremis & æqualibus nixus, modò alijs partibus adiectus terræ peruidetur: ita utcumque fuerit sphæra collocata.

Polus, is qui boreus appellatur, peruideri potest semper: notus autē ratione dissimilis semper est à conspectu remotus. Naturalis mundi statio physicè dicitur, ea esse in boreo polo finitas: ut omnia e dextris partibus exoriri, in sinistris occidere uideatur. Exortus, est enim subita quædam

quædam species obiecta nostro conspectui. Occasus autem pari de causa, ut erepta ab oculis uisa in finitione mundi. Circuli sunt paralleli quinque: in quibus tota ratio sphæræ consistat, præter eum qui zodiacus appellatur. Qui quod non ut cæteri circuli certa dimensione finitur, & inclinatione alijs uideatur, loxos à Græcis est dicitur. Quinque autem, quos supra diximus, sic in sphæra metiuntur. In initio supremo à polo, qui boreus appellatur, ad eum qui Notus & Antarcticus uocatur, in triginta partes unumquodq; hemisphærium diuiditur: ita uti dimensio significari uideatur, in tota sphæra 60 partes factas. Deinde ab eodē principio boreo sex partibus ex utraque finitione sumptis, circulus ducitur, cuius centrum ipse finitur. Circulus Arcticus appellatur, quod intra eum arcturum simulacra ut inclusa perspicuntur. Quæ signa à nostris uicium specie ficta, Septentriones appellantur. Ab hoc circulo de reliquis partibus quinque sumptis, eodem centro, quo supra diximus, circulus ducitur, qui therinos tropicos appellatur: ideo quod sol cum ad eum circumlum peruenit, æstatem efficit eis, qui in Aquilonis finibus sunt: hyemem autē eis, quos Austri finibus oppositos ante diximus. Propterea quod ultra eum circulum sol non transit, sed statim reuertitur, tropicus est appellatus. Ab hac circuli significatione quatuor de reliquis partibus sumptis, ducitur circulus æquinoctialis, à Græcis isemerinos appellatus, ideo quod sol cum ad eum orbem peruenit, æquinoctium conficit. Hoc circulo facto, dimidia sphæræ pars constituta perspicitur. Econtrario item simili ratione à Noto polo sex partibus sumptis, ut supra de Boreo diximus, circulus ductus Antarcticus uocatur, quod contrarius est circulo, quæ Arcticum supra diffiniuimus. Hac diffinitione sphæræ, centroq; polo, qui Notus dicitur, quinque partibus sumptis, circulus imerinos tropicos instituitur, à nobis hyemalis, à nonnullis etiã brumalis appellatur: ideo quod sol cum ad eum circulum peruenit, hyemem efficit his, qui ad Aquilonem expectant: æstatem autē his, qui in Austri partibus domicilia constituerunt. Quando autē abest longius ab his, qui in Aquilonis habitant finibus, hoc maiore hyeme conflantur: æstatem autem hi, quibus sol appositus peruidetur. Itaq; Æthiopes sub utroq; orbe necessariò fiunt. Ab hoc circulo ad æquinoctialem circulum reliquæ sunt partes quatuor, ita uti sol per octo partes sphæræ currere uideatur. Zodiacus autem circulus sic uel optime diffiniri poterit, ut signis factis, sicut postea dicemus, ex ordine circulus perducatur. Qui autem Lacteus uocatur, contrarius æquinoctiali, uel ita ibi oportet constitueri, ut eum medium diuidere, & bis ad eum peruenire uideatur, semel in eo loco, ubi Aquilo constituitur: iterum autem ad eius signi regionem, quod Procion uocatur. Duodecim si-

gnorum partes sic diuidentur. Quinque circuli, de quibus supra diximus, ita finiuntur: ut unusquisq; eorum diuidatur in partes 12, & ita ex eorum punctis lineæ perducantur, quæ circulos significant factos, in quibus signa 12 describantur. Sed à nonnullis imperitoribus queritur, quare non æquis partibus circuli finiuntur: hoc est, ut de triginta partibus quinque partes diuidantur, & ita circuli pari ratione ductantur, id facillimè defendi posse confidimus. Cum enim media sphæra diuisa est, circulorum nullus potest equalis esse: qui quauis proximè eum accedat, tamen minor esse uideatur. Itaq; qui primum sphæram fecerit, cum uellent omnium circulorum æquas rationes esse, pro rata parte uoluerunt significare: ut quanto magis à polo discederetur, hoc minorem numerum partium sumerent in circulis metiendis, quo necesse his erat maiorem circulum definire. Quod etiam ex ipsa sphæra licet intelligere: quanto magis à polo discedes, hoc maiores circulos fieri, & hac re minorem duci numerum, ut pares eorum uideantur effectus: & si non in triginta partes unumquodq; hemisphærium diuidatur, sed in alias quodlibet finitiones, tamen eò ratio peruenit eius, ac si triginta partes fecisset. Zodiacus circulus tribus his subiectus, de quibus supra diximus, ex quadam parte contingit æstiuum & hyemalē, æquinoctialem autem medium diuidit. Itaq; sol per zodiacum circumlum currens, neq; extra eum transiens, necessariò cum signis his, quibus innixus iter conficere uideatur, peruenit ad eos, quos supra diximus orbis, & ita quatuor tēpora definit. Nam ab ariete incipiens, uer ostendit, & taurum, & geminos transiens, idem significat: sed iam capitibus geminorum circulum æstiuum tangere uideatur. Et per cancrum & leonem transiens & uirginem, æstatem efficit. Et rursus à uirginis extrema parte transire ad æquinoctialem circulum perspicitur. In libra autem æquinoctium conficit, & autumnum significare incipit. Ab hoc signo transiens ad scorpionem & sagittarium, deinde protinus incurrit in hyemalē circulum: & capricorno, aquario, piscibus hyemem transigit. Itaq; ostenditur nō per tres ipsos circulos currere, sed zodiacum transiens ad eos peruenire.

Item.




Inuentis in sphæra rotunda coloris, & ipsa sphæra in sexaginta diuisa, ad inueniendum nostri almucantarati, hæc est ratio. Ab arctici centro in meridiano coluro assumas septem sexagesimas, & ibi nostri summum habeas. In quo quidem summo uno circini pede posito, 15 sexagesimas assumas ante æpede cum altero, & primum almucantarati, id est stabilem nostri horizonem circunuoluas. Deinde interius ad decimam quartam ponas, & iterum circunuoluas. Deinde 13, & ita ad singulas interiores sexagesimas ponas & circunducas, dum ad ca-

bb 4 cumca

cumen uentias. Ad erigendam sphaeram rotundam sic facias. Ad arcticum subius duas sexagesimas, in nostram habitabilem sumas, & id loci ad summum uasis, terre uicem obtinentis sustentaculo erigas. Hoc uni facias, alioquin eueniet, ut signa plurima orta non uideas: & contra plurima sublapsa uideas. Hanc quidem positionem edocet status, in equinoctio inuentus. Eclipsis solis & lunae huiusmodi est natura. Constat quidem reuidentibus in zodiaci regione amborum esse currere, sed non aequaliter. Sol enim nunquam ab ecliptica, quae media est, aberrat linea. Luna uero non est in eapisa zodiaci medietate, sed in hoc uel illo la-

tere. Quo fit, ut cum ambo in ecliptica sint, quae ab eclipsi dicitur, utrunque ab altero terrae umbra interueniente obscuretur, quominus apud nos tunc alterius lateat defectus. Nec id mirum. Cum enim ambo (ut dictum est) in eadem sint linea, sed unum supra terram, alterum infra, contingit ut insimul superius ab inferiori: & e contra inferius a superiori per terrae umbram lumine deficiat, & ita superioris uitium notatur, inferioris uero ignoratur. Quare nostri climatis altitudo quadraginta octo sit, haec est ratio, quod per tot gradus a terra polus apud nos est erectus. Propterea & nos eum in sphaera sic erigimus.

BEDÆ PRESBYTERI
DE PLANETARVM ET SIGNORVM RATIONE.



L.V.



Inquisitiones aliquot planetarum.

Saturnus in quo signo moretur, si nosse desideras, annos ab initio mundi per 30 diuide, sumpto a libra initio: quicquid infra 30 remanserit, per duos annos & dimidium partire, dato unicuique signo totidem. Cui autem signo defuerint 2 annis & dimidio, in illo uere Saturnus moratur.

Iupiter, indubitate si uis scire in quo signo moretur, supradictos annos per duodecim diuide: & quod infra remanserit, initio suo ab ariete sumpto, unicuique signo unum annum tribue. Cui autem defuerit annus, ibi se recepat Iupiter.

Si autem in quo signo sit Mars diligenter inquiris, saepe fatos annos per annum & dimidium diuide, & capricorno sumpto initio: & quod supererit per signa partire, unicuique datis quadragintaquinque diebus. Cui quadragintaquinque defuerunt dies, ibi Martem habebas.

Si quis scire curat, in quo signo Venus splendida roretur, supputationem longissimam, & multo errore inuolutam, nunc solerti indagatione abbreviata sic colligat. Annos ab initio mundi per octo computatos semper eiciat, donec ad octo peruenire queat, & quicquid infra remanserit, per trecentos dies diuidat: & ubi hic numerus defuerit, quadraginta addat, & cuilibet signo uiginti quinque distribuat, & a libra incipiat: & cui hic numerus defuerit, ibi Venerem se receptare cognoscat. Ad haec sciat Venerem, Soli semper esse uicinam, sic quidem ut in longiorem nunquam ab eo recedat regionem, quin uel praecedat, uel regenda subsequatur plus quatuor aut tribus signis.

De Mercurio autem, quia nec difficilis habebatur quaestio, non duxi necessarium ut longa subsequeretur descriptio, quia sic uicinus semper uidetur & habetur Soli, ut nunquam uel praecedat uel subsequatur tantum, quin aut in praecedenti signo, aut in subsequenti, uel certe in eodem facillime possit inueniri.

Item de eodem alio modo.

Anno ab initio mundi summam, per triginta

ta quoties potuerit, metiatur: quumque transgressi fuerint numerum, qui consentit menses agnoscantur atque ex his primo capricornus, deinde caetera signa sortiatur triginta, ubi consistunt, Saturnum nonnulli colligendum existimant: deinde ubi triginta defuerint, ibi Saturnum uersari.

Ab exordio mundi annis per octodecim separatis, menses exuberantium annorum, si de nouo per eandem partem diuiseris octodecim, primum sagittario, deinde signis caeteris totidem tribuantur, ubi nam Iupiter domicilium habeat, indicabit. Si quidem cui signo octodecim tribuendi defuerint, Iouem in eodem morari dicunt.

Annis ab initio mundi per senarium diuisis, & annorum numerum excedentium mensibus item per senarium separatis, atque unicuique signo sex assignatis, a scorpione duntaxat sumpto initio, Mars traditur manifestari. Namque in eo signo Martem inueniendum, cui sex defuerint partes, dicunt.

Annos ab initio mundi per uigintiquatuor separare partem iubemur, & hinc summam non congruentium annorum menses consideratos applicare signis, exordio sumpto a Libra: ita ut unumquodque, uigintiquatuor semper accipiat: etenim sic expensis, patefacit stationem Veneris.

Anni saepe praefati, duodenarii parte separati, annorumque superfluentium cogniti, menses duodecim, Virginis sumpto ordine, reliquis totidem attributis, ubi se ceptet Mercurius iudicabunt. Namque cuiusque duodecim assignandi defuerint, in eo uersari Mercurium, curiosi talium rerum opinantur. Sin autem prima partitio duodenaria concludatur, inueniri planetam memoratam in Virgine semper putant.

Planetae, hoc est Errantes, sunt in numero certo tantum septem: qui etsi respondeant septem diebus siue feriis totius septimanae uel hebdomadae: tamen eundem ordinem minime seruant. Quoniam Sol hic habetur quartus, & tandem est primus in hebdomada nostra: nam dicitur & Dies Solis, & Dies Dominicus. Item Luna, est hic ultima & septima: & in septimana est pro secundo die. Solus Mars concordat in situ caeli, & in numero hebdomatico. At Mercurius hic habetur sextus, & apud nos quartus dies septimanarius. Iupiter postea, qui & Iouis, est hic secundus. Saturnus senex loripes, est hic primus, & apud nos ultimus. Ita se longe aliter habent res infernae & humanae, quam res supernae & caelestes. Nec est in homine posse omnium quae supra sunt, ad infallibilem & exquisitam normam scire, dicere, aut scribere. Verum sapiat unusquisque ad sobrietatem, & timeat.

Finis.

ORDO PLANETARVM
IUXTA NATURAM ET NV-
merum earum secundum
Hebræos.

SOL, qui dicitur iuxta Hebræos Hama, prima est planetarum, secunda Venus, quæ dicitur Noga. Tertia Mercurius, idest Cocaph. Quarta luna, quæ & Libala. Quinta Saturnus, uidelicet Sabbai. Sexta Iupiter, idest Sedech. Septima Mars, qui & Madei. Ad hunc ordinem fortuntur horas dierum & noctium totius se primanæ, idest à prima hora diei primæ feriæ solis: unde & dies solis dicitur, secunda hora Veneris, tertia Mercurij, quarta lunæ, quinta Saturni, sexta Iouis, septima Martis, octaua iterum solis: & sic per ordinem, ut diximus. Vnde fit, ut secundum nomina planetarum, quæ præfunt primis horis singulorum dierum, fortiantur ipsi dies nomina: idest dies Solis, dies Lunæ, dies Martis, dies Mercurij, dies Iouis, dies Veneris, dies Saturni. Primis autem horis noctium totius septimanæ, hæc præfunt planeta. Primæ horæ noctis, quæ sequitur diem primæ feriæ, præest Iupiter, secundæ Venus, tertiæ Saturnus, quartæ Sol, quintæ Luna, sextæ Mars, septimæ Mercurius.

Sol creatus est in Leonis decimaquinta parte: Luna in Cancri decimaquinta parte.

Mars creatus est in scorpionis decimaquinta parte, remotus à Sole nonaginta partibus.

Mercurius in septima parte Virginis, remotus à sole 22 partibus.

Iupiter creatus est in Sagittarij quinta parte, remotus à sole 120 partibus.

Venus creata in decimaquarta parte libræ, remota à sole 59 partibus.

Saturnus creatus est in capricorni decimaquinta parte, remotus à sole centum & quinquaginta partibus. Et hæc sententia uiuuierorum Ægyptiorum, Israelitæ uerò & Chaldaei alio modo sentiunt. Dicunt quidem solem in prima parte arietis creatum. Saturnum in prima parte capricorni, remotum à sole nonaginta partibus. Iouem in prima parte sagittarij, remotum à sole centum & uiginti partibus. Martem in prima parte scorpionis, remotum à sole centum & quinquaginta partibus. Venerem in prima parte Tauri, remotam à sole triginta partibus.

Summa quidem absidis Saturni est in libra, Iouis in cancro, Martis in capricorno, Solis in ariete, Veneris in piscibus, Mercurij in uirgine, Lunæ in tauro. Sol in ariete erigitur, in libra subuertitur. Saturnus in libra erigitur, in ariete subuertitur. Mercurius in uirgine erectus, subuertitur in piscibus. Venus in piscibus erecta, in uirgine est subuerfa. Mars erectus in capricorno, subuertitur in cancro. Iupiter erectus in cancro, subuertitur in capricorno.

no. Luna in Tauro erigitur, in scorpione subuertitur. Sol præsidet calori, Mercurius siccitati, Iupiter uentis, Venus imbribus Luna frigoris, Saturnus potior frigiditate, Mars calori nimio sole. Sal calidæ naturæ, coloris aurei. Luna frigidæ naturæ, coloris argentei. Iupiter frigidæ naturæ, coloris electri. Mars calidæ naturæ, coloris ærei. Venus naturæ tepidæ, coloris stannei. Mercurius naturæ siccæ, coloris plumbei. Saturnus naturæ frigidæ, coloris ferrei.


De ortu & occasu duodecim signorum.

Temporum, quibus duodecim signa oriuntur aut occidunt, habenda est distantia. Nam quæ obliquè oriuntur, & recta occidunt, celeriores ortus habent quam occasus: contra, quæ recta oriuntur, & obliqua occidunt, tardius oriuntur, & celerius occidunt. Cancer, qui rectè oritur inclinaturq; , mersatur, oritur duabus horis & duodecima parte horæ: occidit autem hora ac deince horæ. Leo oritur duabus horis & tertia parte horæ: occidit autem hora semis, & sexta parte horæ. Virgo oritur duabus horis & dimidia, & sexta parte horæ: similiterq; libra, occiditq; hora & tertia parte horæ. Scorpius oritur duabus horis & tertia parte horæ. Sagittarius oritur horis duabus & duodecima parte horæ: occidit autem hora ac deince horæ. At contra, quæ obliquè oriuntur, & recta occidunt, breuiore ortus occupant quam occasus. Denique ex his est signum capricorni, quod oritur hora & deince horæ, occidit duabus horis & duodecima parte horæ. Deinde, quod sequitur unumquodque ex oppositis habet in occasu.

Hec habent ista. Aries cum Libra, in ortu & occasu concordat.

Taurus & Scorpius, Gemini & Sagittarius, Cancer & Capricornus, Aquarius & Leo, Pisces & Virgo.

DE SIGNIS COELI.




Helice, idest arcturus maior, habet in capite stellas obscuras septem, in singulis auribus singulas super pectus 1, in spatula 1, in pede 1, in dorso 1, in tibia anteriore 2, super eandem tres: sunt omnes 18. Cynosura, siue Fenix, qui & Arcturus minor, & à quibusdã canis cauda uocatur, habet autem per unumquemque angulum in humero splendidam 1, in cauda tres. Sunt autem inter ambos arctos stellæ 24. Superfunt autem aliæ stellæ 10, quæ præcedunt, & dicuntur Lucentes: & minima una, quæ uocatur Polus, ubi dicunt totum mundum reuolui. Draco qui continet utrosq; Arcturos, helice superuoluit caput, fenicis circuncingit caudam. Habet autem in capite stellas splendas tres, & per totum corpus 12 ab inuicem distantes. Sunt omnes quindecim.




Serpentarius, qui & Asclepius uocatur, stans uerò supra scorpionem tenet serpẽtem in manibus. Habet autem in capite stellam splendidam 1, in sinistra manu 3, in dextra 4, in utroq; humero 1 splendidam. In utrisque lumbis 1, in utroq; genu 1, in dextra tibia 1, in utroq; pede 1. Sunt omnes 17. Serpens, quem tenet in manibus, habet stellas in capite 2, per reliquũ corpus 4. fiunt insimul 23.



Hercules, qui stas genua flectit, habet autem in capite stellam unam, in utroq; humero splendidam 1, in cito sinistro 1, in dextra coxa 2, in genu dextro 1, in eadem tibia 1, in dextra manu 1, & in ropulo quem tenet eadem manu 1, in sinistro genu 1, in eadem tibia 1. Sunt omnes duodecim.



Scorpio habet stellas in utrisq; labijs 2, quarum priores sunt magnæ, secundæ obscuræ. In fronte uerò 3, media autem ex ipsis splendidior est cæteris. In spina splendas tres, in uentre 2, in cauda 5, super aculeum 2. Sunt omnes 19.



Corona uerò habet stellas nouem in circuitu positas, sed ex ipsis sunt tres splendoriores ad caput serpentis arcti.




Arcas, qui & Bootes, custos plaustris feitur esse. Habet autem stellas in dextera manu, quæ non


non occidunt, quatuor: in capite splendidam unam, in utroq; humero unam, in utrisq; mamillis unam, in dextro cubito quatuor, in sinistro unam, in utroq; genu . 3. Sunt omnes 16.



Virgo, quae & iusticia appellatur, habet stellam in capite obscuram ualde unam, in unaquaque ala duas, in singulis humeris singulas, in uno quoq; cubito unam, in singulis manibus singulas, in penula uelamenti sex, in unoquoque pede unam.




Ex geminis prior qui excedit ex cancro, habet stellam in capite splendidam unam, in utroq; humero splendidam unam. Sunt omnes 5. Alter uero habet in capite stellam splendidam, in humero sinistro unam, per singula femora unam, in dorso tres, Sunt omnes 7, inter utrosq; uero duodecim.



Cancer habet stellas splendas in testa 4, in dextris pedibus per singulos unam, in sinistro primo 2, & in sinistro tertio 1, in quarto 1, in ore unam, in dextro labio 3, in sinistro duas. Sunt omnes 18.



Leo habet stellas in capite 3, in ceruice 2, in 20 pectore unam, in dorso tres, in summitate caudae splendidam 1, sub pectore 2, in anteriori pede splendidam 1. Sunt omnes 13.



Agitator habet stellam in capite 1, in utroq; humero 1, sed ea est clarior, quae in sinistro humero est. In utroque cubito 1, in dextera manu 1, in summitate manus sinistrae 2, & super ipso 40 brachio edulos 2, & in utroq; hedulo stellam unam. Sunt omnes 10.




Taurus habet stellas in utroque cornu 1, in fronte 2, per singulos oculos 1, in nare 1. Haec autem stellae Pleiades & Virgiliae, necnon & subuculae dicuntur: in utroq; genu 1, in paleario 2, in collo 2, in dorso tres, ex quibus nouissima 60 splendida est: in uentre unam, in pectore unam. Sunt omnes 18.

Cepheus



Cepheus habet in capite stellas splendas 2, & in dextera manu splendidam 1, in utroque humero 1, in zona 3, in dextro latere ex transuerso super ilium 7, in sinistro genu 2, in summitate pedum quatuor. Sunt omnes 21. Hic autem in Septentrionis incisione constituitur inter medium Septentrionalis circuli & aestiuali solstitio.



Cassiopeia habet in capite stellam splendidam 1, in utroq; humero splendidam 1, in dextera parte pectoris splendidam 1, in dextro cubito 1, in utraque manuum summitate splendidam 1, in umbilico splendidam & magnam 1, in sinistro femore 2, in genu splendidam 1, & per singulos angulos in summitate sellulae 1. Sunt omnes 13.

Beda, tom. 1.



Andromeda habet stellam splendidam in capite 1, in utroq; humero 1, in cubito dextro 1, in sinistro 1, in summitate manus splendidam 1, in pedali summitate splendidas 2, in zona 3, super zonam 4, in unoquoque genu splendidam 1, in dextro pede 2, in sinistro unam. Sunt omnes 21.




Equus, qui bellorum fons & Belloforeus dicitur, habet stellas in rostro 2 obscuras, in capite splendidam 1, in maxilla 1, in utrisq; auribus splendidam 1, in ceruice 4, in humero 1, in pectore 1, in spina 1, in umbilico 1 nitidam, in utroq; genu 1, per singulos ungues anteriores unam. Sunt omnes 19.




Aries habet stellam in capite unam, in nare tres, in collo duas, in summitate anterioris pedis unam, in dorso quatuor, in cauda unam, in uentre tres, in lumbo unam, in summo pedis 1. Sunt omnes 17.

cc Trian




Triangulus, qui iacet supra caput arietis, habet stellas per singulos angulos: nitidam, ex quibus una est splendidior ceteris.



Piscis Aquilonius habet stellas 12. Australis 15. Linteum eorum in quo continentur, habet stellas ad Aquilonem 3, ad occasum 3, ad orientem 3, in connexu 3. Sunt omnes 39.



Perseus, qui fertur tenere caput Gorgonis, habet stellas in utroque humero splendidam 1, in summitate manus dextrae unam, in eiusdem cubito unam, in summitate manus sinistrae unam, in ventre unam, in dextro lumbo nitidam unam, in dextro femore splendidam unam, in utroque genu unam, in tibia 2. Gorgonius autem dicitur habere in capite stellam 1, & in crinibus 3. Sunt omnes 16.



Lira habet stellas in utroque pectine 1, in singulis pedales 1, in modulo 1, in utroque humero 1, in iugo 1, in tympano splendidam atque candidam 1. Sunt omnes 9.



Cygnus habet stellam in capite splendidam 1, in collo splendidam 1, in dextra ala 5, unam nitidam, quae est circa collum: in sinistra ala 5, in corpore unam, in genitali suo magnam unam. Sunt omnes 14.



Aquarius habet stellas in capite 2 obscuras, in utroque humero splendidam 1, in summis manibus 1, per singulas mammillas 1, subtus mammillas ex utraque parte 1, in sinistro lumbo unam, in utroque genu 1, in dextra tibia 1, in singulis pedibus 1. Sunt omnes 18. Effusio autem sit dextra laevaque, in qua 2 sunt splendidae: ceterae uero obscurae.


Capitulum




Capricornus habet in utroque cornu stellas 2, in naribus splendidam 1, in capite 2, in collo splendidam 1, in pectore 2, in anteriori pede 1, in summitate ipsius pedis 1, in dorso 7, in ventre 5, in cauda 2. Sunt omnes 26.



Sagittarius habet in capite stellas 2, in caput la unam nitidam, in dorso 3, in cauda 2, in anteriori genu 1, in utroque pede 1, in arcu 2, & in iaculo quatuor: una uero in summo, alia in medio obscura, & 2 in pennis iaculi, ex quibus clarior est una. Sunt omnes 19.



Aquila habet in pede stellam 1, in medio corpore obscuram 1, in rostro superiori 1, in subtiori 1. Sunt omnes 4.




Canicula, quae oritur post Orionem, habet stellam splendidam in lingua unam, quam Syrii canem uocant rutilantem multum, & per interualla colores mutantem: habet in utroque humero obscuram 1, in pectore 2, in anteriori pede sinistro tres, in dextro unam, supra dorsum tres, in ventre tres, in sinistro lumbo unam, in


Delphinus non multum supercurrit capri cornu, habet in ore stellam 1, in uertice 2, in ala secus uentrem 3, supra dorsum 1, in cauda 2. Sunt omnes 9.



Orion obliquus quidem Tauro, habet in capite stellas splendidas 3, ex quibus una est splendidior ceteris. In utroque humero splendidam unam, in cubito 1 obscuram, in summitate manus 1, in zona 3, in matili 3 obscuras, in utroque genu 1, in utrisque pedibus 1. Sunt omnes 17.




Lepus habet stellas in utrisque auribus 1, in corpore 2, in dorso nitidam 1, in posterioribus pedibus per singulos 1. Sunt omnes 7.




et 2 poster

posteriori sinistro pede unā, in summitate caudæ 1. Sunt omnes 17.




Nauis, quæ apud Argiuos argo uocatur, habet stellas in anteriori parte nauis 4, & in puppi 4, in utroq; humero 5, in uelo tres, in costa 5. Sunt omnes 27.



Cetus sub ariete & piscibus gradiens, habet stellas in cauda 2 obscuras: à cauda usq; ad gibbum 6, in uentre 6. Sunt omnes 14.




Eurus, qui & Eridanus, & à quibusdam Nilus, qui & Geon, è meridianis partibus habens initium ad Orionis pedem tendens: subiacet ei stella, quæ uocatur Canopus, quæ tægit splendens temonem. Nauis spacium paruum patet, eo quod circa terram esse uidetur: habet stellas in prima acie 3, in secunda 3, in tertia 3, usque ad nouissimas sex.



Piscis magnus & Auster dicitur, à Capricorno usq; pisces eius longitudo prouoluitur, qui subiacet Aquario, & suscipit eius effusionem. Habet stellas 12, ex quibus esse fertur sub pedibus Aquarij, & tres in brancijs eius: ipsæ autem clariiores cæteris esse noscuntur.




Sacrarium, quod & Fanum accipitur, hoc signum sequitur caudam magni Scorpij, circumdat Septentrionem & quædam pars obtusior arcturi quædam autem citò sub uespere desinit. Habet autem stellas super craticulam 2, in uasile 2. Sunt omnes 4.



Centaurus fertur habere bestiam in manu iuxta Sacrarium, in quo uidetur offerre. Habet stellas in capite obscuras 3, in utroque humero splendidam 1, in sinistro cubito unam, in summa manu 1, in medio pectore 1, in spina 2, in uentre splendidas 2, in lumbo splendidam 1, in cauda 3, in utrisq; genibus retorsis 2, in utroq; armo 1, in utroq; pede anteriori 1. Sunt omnes 24. Ferunt tenere, sicut superius significauimus, in fl.


in sinistra manu arma & leporem, in dextra uero bestiam, & à quibusdam hydriam aceri, quæ habet stellas in cauda duas, in summo pede anteriore nitidam unam, & in spina nitidam unam, & in anteriore pede splendidam unam, & subter ipsum pedem unam, in capite tres. Sunt omnes nouem, in totum uero 33.



Serpens, super cuius caudam coruum sedere dicunt, & in medio urnam asserunt. Ferunt enim, quod caput summitatis Cancro, & caudam ad Centaurum tendat, qui habet stellas tres, in ceruice unam, in pectore unam, in uentre unam.


Coruus uero habet stellas tres, in rostro unam, in ala unam, in genitali unam. Vrna autem habet stellas tres obscuras in medio labiorum. Sunt omnes decem.

Sunt qui eam aliter pingunt, nempe serpentes supinum, urnam gestantem in dorso, & coruum caudam serpentis mordentem.




In sagitta, una est quartæ magnitudinis, tres quintæ, & una sextæ.

Sagitta inter duos circulos æstiuum & æquinoctialem, signo Aquilæ superposita, diuiditur ab eo circulo, qui utroq; polo subiectus, ad Cancrum & Capricornum peruenit. Huius cacumen ad equipedium regionem spectat, altera pars ad humeros Ophiuchi tendit. hæc occidit Virginis ortu. Oritur autem cum Scorpione. Habet omnino stellas quatuor: quarum una in principio materiæ, altera in medio, dicitur in loco quo ferrum solet affigi, diuersa uidentur. Hæc Hyginus.



Anticanis dicitur sub Geminis bene parere, habet stellas tres, quarum una splendidior est cæteris: & ideo Anticanis uocatur, eo quod sit contrarius Cani.

SIGNORVM COELESTIUM FINIS.

Ianuarius.
Poto.Februarius.
Ligna cremo.Martius.
De uite superflua demo.Aprilis.
Do germen gratum.Maius.
Mihî flos feruit.Iunius.
Mihî pratam.Iulius.
Spicas declino.Augustus.
Messis meto.September.
Vina propino.October.
Semen humi iacto.November.
Mihî pasco sues.December.
Mihî macto.

BEDÆ PRES- BYTERI LIBELLVS DE TONITRUIS,

AD HERENFRIDVM.

Literas dilectionis uestræ desideratas (uenerande pater Herenfride) accepi, quibus me ualde laboriosum atque periculofum opusculum certe obtractatorum inuidorumq; latratibus atque blasphemijs patens, qui me fortasse diabolico (quod absit) spiritu, aut iniqua magicæ excogitatione artis afflatum, & non sancti Spiritus gratia illuminatum, aut rhetorico spiritu imbutum, hæc fecisse & excogitasse afferat, noua uidelicet præfagia rerum, quasi ore prophetico prædicere subire iussisti. Obsecrantes scilicet, firmiterq; sapissimè præcipientes, ut de sermone aliquid utrobique deesse constat, quid mysticè tonitrua præsignant, iuxta ingeniosi mei igniculum, in Latinum uertere sermonem. Vestræ autem præceptis obtemperans, idcirco hoc opusculum perficere maxime studui, ne uestra uenerabilis petitio apud me floccipendi ab ullo uideretur. Verumtamen subnixis precibus flagito, ut contra inuidos, qui uel canino dente hoc opusculum corrodere aut subannare conaturi sunt, uel quasi latrantes canes aduersum me, rabido ore desæuiant, quicq; in eo se doctos esse arbitrantur, si alijs detrahant, orationum uestrarum clipeos opponatis, & anchora sancti sermonis uestri, fideliumq; uestrorum, hoc opusculum ex sermone, à fidei uestro in Latinum translato, omnimodis ab inuidorum inimicorum uel detractionibus, stabilitum atque illæsum permanere faciatis. Precor etiam uos (pater charissime) ut qui tantum opus me subire fecistis, in sanctarum uestrarum uictimis, in conspectu altissimi, pro me misero peccatore fideliter intercedatis.

De tonitruis in quatuor orbis partes.

Ab Oriente.

Ab orientali igitur plaga si exorta fuerint tonitrua, secundum subtilium philosophorum traditiones in anni ipsius circulo, humani sanguinis copiosam effusionem ipsa præsignant tonitrua.

Ab Occidente.

Ab Occidentali quoq; climate quum surrexerint tonitrua, sapientes secundum nimiam subtilitatem indagantes, rerumq; præfagia agiliter inuestigantes, mortalitatem proles Adæ, pessimamq; pestilentiam ipso in anno imminere significare tonitrua dixerunt.

A Meridie.

Meridiana (ut sagacis ingenij philosophi, qui

intellectuali consideratione, indagabilisq; prudentia rerum præfagia notauerunt, aiunt) tonitrua, incolas pelagi magna clade, anni illius curriculo esse morituros, præfigurant.

A Septentrione.

Boreæ nanque, iuxta subtilitatem eorum qui inuestigare rerum causas conati sunt, quando intonant tonitrua, pessimorum peccatorum, paganorum uidelicet atq; peruerforum Christianorum, mortalitatem significant.

Præfagia pro mensibus.

De Ianuario.

Si in mense Ianuario (prout agilitas philosophorum reperit) tonitrua percipiant, in anni ipsius ambitu multos homines ac pecora, oues uidelicet, esse morituros, syluarumq; ac nemorum sterilitatem, uel infructuositatem præfigurant.

De Februario.

In mense Februario si tonitrua fuerint exorta, ualde (ut aiunt) auribus audientium nocent, & ad aurem pertinent, qui ipsam perturbant.

De Maio.

Martij quoq; mensis tonitrua, iuxta sagacis ingenij nobilium philosophorum inuestigationem, periculosa delignant præfagia (sicuti nanque dicunt) mortalitatem, uel diem tremendi iudicii præfigurant.

De Aprili.

Mensis etiam Aprilis tonitrua, seminibus (ut aiunt) ac frugibus, in anni ipsius curriculo periculum imminere significant, & inter undas uasti pelagi nauigare, ualde esse periculofum prænotant.

De Maio.

Si autem aliquo in anno tonitrua maio in mense tenuerint, illi qui rerum præfagia subtiliter notauerunt: ipsa tonitrua pluuiam copiosam frugumq; ac fœni nimiam fertilitatem anno in ipso esse uenturam significare dixerunt.

De Iunio.

Iunio quoq; in mense si in curriculo anni illius tonitrua surrexerint (prout philosophi testantur) piscium diuersi generis multifariam diuersamq; multitudinem inter glauciconas undas fluminum anno in ipso uenturas esse, ipsa tonitrua declarant.

De Iulio.

Philosophi etiam qui intellectuali consideratione agiliq; studio rerum præfagia indagare conati sunt, Iulij mensis tonitrua quocumque in anno, hominibus anni in illius curriculo magnum imminere mortis periculū, arboribusq; nimiam infructuositatem præsignare dixerunt.

De Augusto.

Repertores quoq; magnarum subtilitatum autores egregia prudentia philosophiæ considerationis, in rebus pertractandis in spectaculi laetibus locupletati: mensis Augusti tonitrua in cuiuslibet anni ambitu si intonuerint, pelagi pisces per turmas atque generationes suas, no-

eiūmque serpentini generis exercitum anno in ipso esse fortiter morituros præfigurare dixerunt.

De Septembri.

Si aliquo in anno (prout sagacis ingenij philosophi subtiliter inuestigauerunt) Septembri in mense tonitrua fuerint exorta, anni in ipsius curriculo copiosam multitudinē laicorum, de hoc seculo cateruatim migraturam esse, ipsa tonitrua mysticē designant.

De Octobri.

Auctores, qui mirabili speculatione quid tonitrua temporum significant inuestigauerunt, asserunt tonitrua mensis Octobris, infra anni illius circulum ualidissimas aëris procellas, atque ingentissimos uentos esse uenturos, significare.

De Nouembri.

Nouembris quoque tonitrua in quocunque anno sonuerint, iuxta subtiliū philosophorum physicam speculationem, in anni ipsius curriculo nimiam omnium infœcunditatem sterilitatemque imminere designant.

De Decembri.

Fœlici etiam artificiosaque consideratione nobilissimi ingenij doctores, in speculo rerum spiritali cernere conati sunt: quia tonitruum mensis Decembris nihil nocuum malum uel hominibus seu cæteris animalibus, aut omnibus frugibus præfigurant: sed prospera atque saluberrima ab illis uidentur esse.

De septem ferijs.

De Dominico die.

Si quolibet in anno tonitrua in die Dominico tonuerint, prout philosophi, qui rerum præfagia agili consideratione inuestigauerunt, asserunt clericorum atque sanctimonialium foeminarum ingentem mortalitatem imminere ipsa tonitrua designant.

De Lunæ die.

Auctores quoque præclari ingenij, qui perutili speculatione secundum humanę intelligentiæ capacitatem, omnia ac præfigurationes rerum his, qui eam agnoscere desiderant, scripserunt, si aliquo in anno in die Lunæ tonitrua fuerint exorta, turmas coniugum esse morituros, frugesque eclipsim passuras esse, ipsa tonitrua præfigurare aiunt.

De Martis die.

Secundum etiam nimie sagacitatis florulentam scientiam ac philosophicæ contemplationis subtilitatem philosophi, qui physica consideratione quasi prophetico ore quid rerum mysticē præfagia significant, declarant. Inter cætera sic aiunt, Martis in die, in cuius libetanni circulo, si surrexerint tonitrua, magnificā, copiosissimamque abundantiam frugum terræ superflue esse uenturam, mysticē tonitrua significare nemo dubitet.

De Mercurij die.

Solerti cura cognoscendarum rerum ama-

tores sapientiæ subducti, de tonitruū diei Mercurij præfigurationibus inter diuersas ac uarias rerum subtilitates se ita reperisse testantur, Nam (ut dicunt) si fortē contigerit, ut in die Mercurij se eleuent tonitrua, scorta ac meretrices fatuasque foeminas per agmina sua cateruatim de ergastulo carnis esse migraturas: aut humani sanguinis copiosam effusionem ipsa tonitrua præsignare, nulli est dubitandum.

De Iouis die.

Efficacis prudentissimamque scientiæ mentis suæ fibris cati inuentores, qui indesinenter sanctæ philosophicæ præfagia rerum rimare ac perscrutari non cessant de præfigurationibus tonitruum diei Iouis, prudenti inuestigatione ita asserunt. Festantur namque, quod quotienscunque Iupiter suo in die insonat, multiplicē abundantiam frugum terræ esse uenturam, uberrimamque incolarum pelagi superbam multitudinem per cunctos aëtos, ac turmas suas fluminum multipliciter impleturam, ipsa tonitrua præfigurant.

De Veneris die.

Nobilium didascalorum, qui penē a cunabulis inter matris philosophiæ ubera sunt lactati atque nutriti, prudentissima contemplatione, acutissima, uariisque flore philosophicæque subtilitatis ornata ingenia, de præfagijs tonitruum diei Veneris ita statuunt. Testantur etenim omnimodis Veneris in die tonitrua si contigerint, quia uel regis interfectionē, aut ualidissimum bellum, multorumque stragem ociter immineret, uel multa pecoramortura esse, ipsa tonitrua præsignant.

De Sabbati die.

Philosophi, qui artificiali scientia rerum naturas atque præfagia intellectuall speculatione subtiliter cernere iuxta sagacissimi eorum ingenij nimiam flagrantiam conati sunt, de Saturni diei tonitruum omnibus præfigurationibus, quæ taliter inuestigare, atque exponere dicuntur. Si enim (ut aiunt) in die Saturni tonitrua surrexerint, tonueritque, haud longē exinde aut ingentem pestilentiam humani generis esse uenturam, uel ualidissimum bellum uenturum, ipsa tonitrua designant.

BEDÆ PRES-

BYTERI PRONOSTICA TEMPORVM.



I 1 feria fuerint cal, Ianuarij, hyems bona erit, uer uentuosum, aestas sicca, uindemia bona, boves crescent, mel abundabit, uetule morientur, abundantia & pax erit.

Si 2 feria hyems mixta erit, uer bonum, aestas sicca, & uentiosa tempestas, & uindemia non bona

+ bona, & ualetudo hominum, apes morientur, & prodigia, quæ dabit hominibus Deus.

Si tertia feria, hyems umbrosa erit, uer tempestuosum, & uentuosum & pluuiosum, aestas sicca, uindemia laborabit, & uisa erit, & mulieres morientur, naues periclitabuntur, & reges peribunt.

Si quarta feria, hyems dura & aspera erit, uer malum & uentuosum, aestas bona, uindemia bona & laboriosa, & frumentum bonum, iuuenes morietur: & qui nauigabunt, satis laborabunt.

Si quinta feria, hyems bona, uer uentuosum, aestas sicca, uindemia bona: abundantia erit, & principes siue reges peribunt.

Si sexta feria, hyems mutabilis, & uer bonum, aestas sicca & bona, dolor oculorum, uindemia bona, & copia magna erit, & oues peribunt.

Si septima feria, hyems turbidiosa, uer uentuosum, & fructus laboriosus erit: oues peribunt, homines uetuli morietur, & calæ cremabuntur.

De præcognitione copiarum aut paupertatis futuræ.

+ Si quis est, qui ignoret aut copiam aut paupertatem futuri anni, animaduertat in prima nocte mensis Ianuarij, qui caput probatur totius anni, & inspiciat primam horam primę noctis eiusdem mensis: & sicut hora Solis præualebit, eodem anno siccitas in terra erit. At si est Veneris hora, regnabit eo anno magna hominum rixa, & mulierum pestilentia, & erunt sex menses pluuiæ temperatæ, & residui sex calidi.

Quod si autem Mercurij hora primitus effulserit, erunt quatuor menses pluuiæ: sed Aprilis & Maius præcipue. Si autem surrexerit luna prima hora Ianuarij, & in capite arteris, præualebunt pluuiæ, & eradicabunt segetes pluuiarum inundationes, & pluet sex mensibus, & bellorum erunt uariæ perturbationes, & uilescet mercatorum merces, & erit multa hominum strages. Quod si in uentre arietis inuenitur, periclitabuntur nauæ, & præliabuntur

in Occidente, Corduba præliabitur inter se: & lugebit sex menses. Quod si prima hora Ianuarij inuenitur in capite Tauri, florebit segetes cum ubertate multa, & septem anni carissima carebit, & reges peribunt. Quod si in uentre Tauri prima nocte Ianuarij luna emiserit, Orientalis plaga multa affligetur pluuiæ: & regum erit pestilentia. At si in cauda Tauri inuenitur, erit annus mediocris. Si autem inuenitur in capite Geminorum, regnabit Cordu-

benis pestilentia, & in Seraguga & eis citra. Quod si eadem nocte emiserit in Geminorum cauda, erit fames in media terra: & principum eius nouem mensibus præualebit pestilentia. Si autem erit in capite Cancri, erunt pluuiæ & segetes multæ. Et si erit in uentre uel cauda Cancri, erit annus pacificus cum ubertate magna sex annis. Quod si erit in Leone prima hora noctis Ianuarij, erit iudicij perturbatio, multiplicabitur latronum exaggeratio, annus mediocris. Si autem inuenitur in

uentre Leonis, erit mortalitas multa hominum. Si autem in cauda Leonis, quadrupedum & paruulorum mors eo anno regnabit, & pauperes ditabuntur. Cum autem in Virgine emiserit, Corduba fame peribit. Si autem in fine Virginis, copia eodem anno frugum erit. At si in capite Librę effulserit, paucitas denuo redibit. Cum autem in uentre Librę, erit mutua regum perturbatio. Si autem in capite Scorpij prima nocte Ianuarij fuerit, multus tumultus hominum erit. Quod si in uentre Scorpij, 40 diebus non cessabit pluuiæ. At si in cauda, erit omnium bonorum copia. Si uero in capite Sagittarij prima hora Ianuarij luna uenerit, iterum perturbatio regum redibit, & 9 annis fames præualebit. Quod si in cauda Sagittarij effulserit, Christianorum maximè pestilentia regnabit, & Saracenorum terram fames urget. Si autem in capite Capricorni, uel in cauda uenerit, fames erit in tota terra. At si in capite Aquarij, erit siccitas in Oriente: si est in uentre, erit pestilentia gladij: si autem in cauda, erit perturbatio illius anni. Quod si in capite Piscium erit luna, præualebit malitia. Si uero in cauda luna erit prima hora noctis in calēdis Ianuarij, multi peribunt fame.

BEDÆ PRES-

BYTERI LIBELLVS

DE MENSURA HOROLOGII.



I quem delectat horologium componere siue metallinum, siue ligneum, quod ad instar perpendicularis uideatur formari: præter quod illud rotundum est, istud uero sena latera

habet, in quibus ordo horarum totius anni binis mensibus insignitur. Longitudo nanque quinque digitorum creditur sufficiens esse, plus minus uel. Grositudo quoque, si unumquodque latus sufficit ad gnomonem & inscriptionem calendarum, satis uideatur. Prima linea quæ ascribitur 12 cal. Ianuarij atque Iulij, secundum placitum habeat initium: ipsum tamē spacium sex a quis spacijs diuidatur, uel partibus, à primo puncto quod in una regione habetur, usque ad umbilicum. Secunda uero, quæ 12 cal. Augusti & Maij assignatur, à medio sextæ horæ spacio primi ordinis fortiat terminum. Tertia, quæ Aprilis & Septembris iisdē (ut supra titulatur) calēdis, relicto do drante penultimæ secundū ordinis horæ, quadrantem sumit exordium. Quarta penultimi spacij tertie seriei, uendicat trientem. Quinta penultimi spacij quartū ordinis, quintam arripit partem. Sextæ lineæ terminus, quartæ horæ confinio quinti ordinis coæquatur.


Ad

Ad meridiem inueniendum.

Circumscribe in plana tabula circulum, cuius centro rectissimè insige gnomonem tantæ longitudinis, ut umbra eius prædictum circulum excedat: & diligenter uide, quando prædicta umbra incipiat recipi infra ipsius circuli ambitum, & uestigia eiusdem umbræ se cõtrahentis punctis cautissimè nota. Simili obseruantia uide, quãdo iterum circuli limitem exierit (quod fiet trãfacto meridie, cum rursus declinãs umbra inferiora receperit) & ibi similiter puncta affige. Postea spacium, quod est inter

hæc puncta, à centro per medium recta linea diuide, Postera uerò die causa probationis explorans cautè intuere, quando umbra gnomonis prædictam lineam operuerit, & tunc certò meridiem esse non dubites. Et ut hæc cautius perficiantur, tabulam lapideam diligenter politam tibi sume, & eam in loco secreto huic operi congruo pone. Quo facto, eandem tabulam tali libramine, taliq; diligentia tandiu ponderando æquare non desistas, quousq; aqua supereffusa, aut æqualiter huic superiaceat, aut undiq; orbem æqualiter excedat.

HOROLOGIVM QD' CONTRA VNVMQVENQ. MENSEM HABET ADVMBRÀ HVMANI CORPORIS PEDE SINGVLARVM HORARVM DIEI.



CONCORDIA XII MENSIVM.

Ianuarius & postea December.

Hora prima & undecima, pedes uigintinouè: hora secunda & decima, pedes nouèdecim. Hora tertia & nona, pedes septemdecim: hora quarta & octaua, pedes quindecim. Hora quinta & septima, pedes tredecim: hora sexta, pedes undecim.

Februarius & Nouember.

Hora prima & undecima, pedes uigintiseptè: hora secunda & decima, pedes septèdecim. Hora tertia & nona, pedes quindecim: hora quarta & octaua, pedes tredecim. Hora quinta & septima, pedes undecim: hora sexta, pedes nouem.

Martius & October.

Hora prima & undecima, pedes uiginti quinque: hora secunda & decima, pedes quindecim. Hora tertia & nona, pedes tredecim: hora quarta & octaua, pedes undecim. Hora quinta & septima, pedes nouem: hora sexta, pedes septem.

Aprilis & September.

Hora prima & undecima, pedes uigintitres. hora secunda & decima, pedes tredecim. Hora tertia & nona, pedes undecim: hora quarta & octaua, pedes nouem. Hora quinta & septima, pedes septem: hora sexta, pedes quinque.

Maius & Augustus.

Hora prima & undecima, pedes uiginti & unum: hora secunda & decima, pedes undecim. Hora tertia & nona, pedes nouem: hora quarta & octaua, pedes septem. Hora quinta & septima, pedes quinque: hora sexta, pedes tres.

Iunius & Iulius.

Hora prima & undecima, pedes nouemdecim: hora secunda & decima, pedes nouem. Hora tertia & nona, pedes septem: hora quarta & octaua, pedes quinque. Hora quinta & septima, pedes tres: hora sexta, pedem unum.

De tribus diebus periculosis.

Sunt 3 dies in anno, qui per omnia obseruandi sunt. 8 idus april, ille dies lunis, intrate august, ille dies lunis obseruandus est, in quibus omnes uenè in homine & in pecude plenè sunt. Qui in his hominè aut pecus percusserit, aut statim, aut 3 die morietur, aut 7 die periclitabitur. Et si potionè acceperit, intra 15 dies morietur. Et si masculus aut femina in his dieb, nascitur, mala morte morietur. Et si de auca in his diebus aliquis manducauerit, intra 15 uel 40 dies morietur.

De Aegyptiacis diebus.

Si tenebræ Aegyptus Graio sermone uocantur, Inde dies mortis, tenebrosos iure uocamus. Bis deni, biniq; dies scribuntur in anno, In quibus una solet mortalibus hora timeri:

Mensis quisque duos captiuos possidet horum, Nec simul hos iuctos, homines ne peste trucidet. Iani prima dies, & septima fine timeretur. Ast Februari quarta est, præcedit tertia finem. Martis prima necat, cuius sic cuspe quarta est. Aprilis decima est, undeno & fine timeretur. Tertius est Maio, lupus est, & septimus anguis. Iunius in decimo, quindenum à fine salutat. Tredecimus Iulij decimo innuit ante calendas. Augusti nepa prima fugat de fine secundam. Tertiam Septembris uulpis ferit è pede denam. Tertius Octobris gladius decè in ordine necat. Quinta Nouèbris acus uix tertia mansit in urna. Dat duodena cohors septem, decemq; Decèbris. His caueas, ne quid proprio de sanguine demas, Nullum opus inicipias, nisi forte ad gaudia iedat, Et caput & finem mensis in corde teneto, Ne medio ima ruas, sed clara per æthera uiuas.

BEDÆ PRESBYTERI


LIBELLVS DE ASTROLABIO.



In compositione astrolabij tres primū circuli scribuntur, primus & maior capricorni, secundus libræ & carnarij, tertius cæcri, quorum mediū primitus intenerit sapientes, & per 4 partes diuidebāt, ducētes lineas quas nomina bant alcotum, de a usq; c, & de b usq; d singulis partib, 90 donātes, & totū circulū in 360 diuidebant. Postea de c b, idest 90 partib, 24 abstrahebāt, quod est c e, & de ipso termino, idest e, æquanimiter lineā ducebāt usq; d, quæ rāsies, truncat alcotū ex parte c, ubi est i. Quo facto, ponebāt circinū in h i, & sic circūducentes, cir


DE SIGNIS XII

ET HORIS MSIV.



culū inferiorē, idest i k l m exarabāt. deinde ex parte c d, similiter 24 abstrahebāt, quod est c f, & de ipso termino i f ducebant lineā æqualem usq; d e, extēdentes alcotū de c usq; g, & ibi alcotum & lineā coniūgebant. Post circinum ponētes in h g, circinū g n o p posteriorē cõstruebant. Circulū casarū, idest o d i b cõstruebāt, diuidētes alcotū l o per mediū, ubi est k, & ponētes circuitū in medietatis puncto, & in o & in l circū ducebant. His constructis aggrediebatur primū cõstruere almucātarat, accipiebāt circulum a b c d, qui diuisus est in 360 gradus, & ex parte b a abstrahebāt latitudinē ipsius climatis cuius astrolabiū quærebāt cõstruere, ut de clima 6. in qua est supina Roma, Germania, abstrahebāt 42, cuius terminus est g, & de g ducebāt lineā per h usq; i. de hinc ducebāt lineā de c per l, & almeret h d, & ipsam lineā c i extēdebant foris circulos simul, quousq; ambæ se rectissimè iungebant, ubi stat k. Fecerūt etiā aliā rectā de c usq; g, quæ transiēs diuidat ipsum almeret ubi est l, postea lineā l k, quæ est almeret, diuiserunt per mediū, & est medietas d, & ponebant aldebit, idest circinū in d l, & sic circūducebāt. & ecce primū almucātarat de n per c l a usq; m ceteros almucātarat per singulas diuisiões 360 partū cõstrue, circūducens regulā, incipiēs ab altitudine ipsius terræ, quali de c d e f, iacēte regula immobili in puncto z, quousq; peruenias ad punctū deforis astrolabus, ubi se cõiungūt lineæ: ut puta, pone regulā in c in circulo deforis aut intus, & extēde usq; z, & ubi rāgit regula lineā mediā, ibi fac signū, postea pone regulā in d, ut nō se moueat in z: & iterū fac signū in medianā lineā. & deinceps, & per ipsa signa lineæ careant aldebit, & cõstrue almucātarat: Si quæris

Si quæris totum astrolabium construere, intermitte de 360 partibus, si uis, quartariam, quatuor gradus: si quinariam, quinque. Similiter facias ex altera parte astrolabij Si quæris & in intimo almucantarar, si est totum astrolabium, unus in medio circulo remanet uinculus. Si quartaria, quatuor: si quinque, quinque puncti.



Ad circulos in astrolabio inueniendos. Figura inueniendorum circularum, medius qui equinoctialis dicitur, ex arbitrio artificis componatur. Hinc eundem duabus lineis ex transuerso ductis per centrum, in 4 partes æqualiter diuide: & has partes quaternis signata literis a b c d, & lineam quæ de a & c transit ultra circulum longè utrobique porrige. his ita dispositis, unam quartam, id est a d, in 90 partes diuide: quo facto, in 24 parte uersus a, i literam pone, immotoque uno pede circini uertit in aliam partem a, & ubi circulum tangat e literam insige. Postea duc lineam de d in l. & uide diligenter ubi diametrum idem quæ de a, uadit ad c tangat, ibique signum pone, positoque pede uno circini in centro quod est h, alio ubi linea lineam tangit, circulo uolue, & habebis circulum minorem. rursus duc lineam de d, per c, donec diametrum tangat, & ibi punctum imprime, & ut prius pone unum circini pedem in centro supra dicto, alium ubi linea lineam tangit, circulo uolues habebis circulum maiorem.

De dispositione climatum. Nostrum uolens disponere clima c b, in 90 diuide, & in 49 gradu pone literam e, & ex alia parte quod est a b, raturam spacij tolle, ibique h mitte: deinde quod est inter h & e, in 18 partibus ita hoc diuiso diligenter obserua, ut unum caput regulæ a, semper subiacet: aliud de nouula in nouula, quas medio circulo inscripsimus, mouet: ubiqueque meridianam tangat lineam, punctum pone, usque uel ultima linea de a incipies, per medium h transitens, supra dictam meridianam lineam longè extra maximum circulum tangat. quæ dum sub oculis habetas, spacium quod in extremos est punctos per medium diuide, fixoque uno pede circini in medio, alium infra circulos dum circulo uoluis, primum almucantarar te inuenisse lataberis. aliud inuenire dum quæris, idem fac de punctis qui aliter secus positi sunt sub extremis. quod si caute de punctis omnibus feceris, omnia tibi almucantarar succedere uidebis. Post hæc spacium maximum & minimum circuli, quod primum almucantarar superia cet, in 12 ordines diuide, extensoque circino ad primum almucantarar mensuram, eius unum pedem alicubi pone & eundem de loco ad locum tantum moue, usque dum alter pes primos punctos de 12 maximum minimumque circuli tangat. Quod dum fit de puncto ad punctum circini uolens, primam horam inuenies. Eadem circini mensura seruata, de puncto ad punctum lineam trahens, duodenas horas reperies.

De reticuli mensura. Restat de reticuli mensura dicere, quod scriptis exequi nimis est difficile, ipsum zodiacum sic inuenies. ad superiorē respiciēs figuram, meridianam lineam de n in o, per medium diuide. hacque medietate unum circini pedem pone: alium, dum circulum ducis, signiferi lineam habebis, hinc eundem signiferum in 12 partes diuide, non per seipsum, sed per exteriorē

umbonem: quartum partium quandoque secundum quinque partita interualla, quæ græcæ tabulæ sculpta uides partire. BEDÆ

BEDÆ PRESBYTERI DE NATIUITATE INFANTIVM LIBELLVS.



Qui in septem nascitur mensibus, si sit masculus, triginta diebus formatur, in quadraginta mouetur, Fœmina, in trigintaquinque formatur, in septuaginta mouetur, ducentis decem diebus completur.

Decem mensium masculus, quadragintaquinque formatur diebus, & nonaginta mouetur. Fœmina, in quinquaginta formatur, in centum mouetur, in trecentis nascitur.

Nouem mensium masculus in quadraginta formatur, in octoginta mouetur. Fœmina, in quadragintaquinque formam suscipit, in nonaginta motum, ducentis septuaginta diebus nascitura. Masculus ideo citius completur, quia sperma unde nascitur, fortius atque calidius est.

De ossibus.

Omnia corporis ossa, sunt quadraginta unum & ducuntur: septem capitis, quatuor paria, quatuor decem maxillaria, dentium sedecim, unum palatum, duo menti, dentium suorum sedecim, spondiles uiginti quatuor, coxarum tres, antri tres, costæ uiginti tres, teneritudines octo, spatulæ duæ, capitulum spatularum duo, fercularum duo, armorum duo, cubitorum superiorum duo, inferiorum duo, raschæ manuum sedecim, pectinis in manibus octo, digitorum triginta, ancharum duo, calcaneorum duo, nauicularum duo, raschæ pedum decem, pectinis in pedibus octo, digitorum triginta.

De neruis, & dentibus.

Omnes nerui pares atque impares sunt triginta. Dentes sunt quasi quedam plantaria, ossibus & mento insita, qui sunt triginta duo, sedecim enim in maxillaribus sunt positi, quorum quatuor in parte anteriori, pares uocantur & quadrupli, lati & acuti, incisores dicti a medicis, sunt enim necessarii ad incisionem cuiuslibet cibi. Duo uocantur canini collaterales quadrupli, in summitate acuti, in radice uero lati, duris cibis commolendis apti. Sunt & decem alij utrinque quini collaterales quadrupli, lati atque grossi: hi molares sunt uocati, ad molendum enim & frangendum cibum fuerunt necessarii. Iste idem dentium numerus in mento, est intelligendus: hi omnes sunt furcati, sed in eis sunt quidam diuersi, alij enim quatuor, alij tres, alij duos, alij enim habent furculam, quadrupli atque pares idem molares tres, posteriores quatuor, primi molares infra positi, duas habent, ultimi tres.

Tres dies & noctes sunt, in quibus si uir natus fuerit, corpus eius sine dubio integrum manebit. Bedæ, tom. 1.

net usque in diem iudicij: hoc est in 6 calend. Februarij, & 3 cal. & idus Febr. & sicut mysticum mirabile est ualde.

Die Dominica hora diurna, siue nocturna qui natus fuerit, magnus erit & splendidus. Feria secunda, fortis erit. Feria tertia, cupidus erit, & de ferro moritur. Feria quarta, tractator regni erit. Feria quinta, affabilis erit & honorificus. Feria sexta, riuialis erit & multum luxuriosus. Sabbato, raro utilis erit.

BEDÆ PRESBYTERI DE MINVTIONE SANGVINIS LIBELLVS.



Mini tempore, die ac nocte si necessitas urget, in acutis passionibus, oportet phlebotomiam adhibere, precipuo tempore ab octauo cal. April. usque in septimum cal. Lunij utilitas est sanguinem detrahendi, quia tunc sanguis augmentum habet. Sed postea obseruandæ sunt qualitates temporum & cursus lunæ, hoc est, luna quinta, decima, decima quinta, uigesima, uigesima quinta, trigesima. In his diebus non oportet phlebotomiam imponere, quia in istis diebus multi medici affirmant, quod infinitus numerus hominum per hanc negligentiam, non obseruantes qualitates temporum & cursus lunæ, mortui sunt. Nam per omnia obseruandum est a quindecimo calen. August. usque in nonas Septemb. quos caniculares dies appellantur phlebotomiam imponere, nec catarticum accipere: quia omnes humores tunc mixti sunt, nisi (ut iam diximus) si ictus euenerit ex acutis passionibus, aliud fieri non potest nisi feriat, & ualitas uel iniquitas sanguinis euaporetur.

Catartico autem uno tempore, uel ab octaui calen. Octobr. usque in octauum calen. Decemb. utile est, quia quod per hyemem & per æstatem corpus in choleram & phlegma contraxit, iam dicto tempore purgari euenit. Si enim diligenter purgatum fuerit, securus a cholera esse potest. Sola obseruatio ciborum & potus sit, ut quod oportet utatur, & a quibus lædi potest abstineatur. Quid est phlebotomia nisi recta incisio uenæ. Quibus locis phlebotomiam, uel pro quibus passionibus, aut qualē uenam incidere debemus. Arterias uenas in occipitio, propter querelam capitis & maniarum passionem, usque ad os mensura quatuor digitorum de aure. De ambis temporibus incidimus, propter effusionem oculorum. De subtus lingua, duas propter rheuma gingiuarum, uel uicia oris, & dentium dolorem. De fronte tres, propter dolorem capitis, & alienationem in phrenesim. De naribus duas, propter grauitatem capitis & oculorum. De collo duas, propter humorem in capite. De brachio tres, qui per totum corpus reddunt sanguinem, capitas d d

nealinea, matricia, capsale. De manu duas, unam super pollicem propter inflationem pulmonis, & aliam de minimo digito propter inflationem splenis. De subtus talo intra propter podagricos, phreneticos, sciaticos, uel lumborum, & mulieribus quibus mēstrua non ueniūt & non concipiunt. De foris duas propter renem dolorem. Desuper pollice pedis duas propter indignationem testiculorū.

Plures sunt dies ægyptiaci, in quibus nullo modo nec perullam necessitatem licet homini uel pecori sanguinem minuere, nec potionem impendere, sed ex his tribus maximè obseruandis, octauo Idus April, illo die lunis, intrate Augusto: illo die lunis, exeunte Decēbris: illo die lunis, cum multa diligentia obseruandū est, quia omnes uenæ tunc plenæ sunt.

Qui in istis diebus hominem aut pecus incidit, aut statim aut in ipso die uel in tertio morietur, aut ad septimum diem non perueniet: & si potionem quis acceperit, quindecimo die morietur: & si masculus siue mulier in his diebus nauiterint, mala morte morientur: & si quis de arca in istis diebus māducauerit, quindecimo die morietur.

Mense Ianuario intrante die primo, & exeunte die septimo. Luna eiusdē mēsis, prima, quarta, quinta, octaua, quindecima, a phlebotomia & purgatione, uel a qualibet incisione abstinentium est.

Mense Februario intrante die octauo & exeunte die septimo. Luna eiusdē mēsis decima septima, decimanona, uigesima quinta.

Mense Martio, intrate die tertio, exeunte die septimo. Luna eiusdē mēsis, decima quinta, decima sexta, decima septima, decima octaua.

Mense Aprili intrante die decimo, exeunte die undecimo. Luna eiusdē mēsis nona, septuaginta, uigesima.

Mense Maio intrante die quarto, exeunte die septimo. Luna eiusdē mēsis, quinta, duodecima, decima sexta.

Mense Iunio intrante die octauo, exeunte die quinto, Luna eiusdē mēsis, quinta, sexta, septima.

Mense Iulio intrate die decimo septimo, exeunte die decimo. Luna eiusdē mēsis, decima sexta, decima septima, decima octaua, uigesima septima.

Mense Augusto intrante die quinto, exeunte die decimo quinto. Luna eiusdē mēsis, decimanona, uigesima, uigesima prima.

Mense Septembri intrante die nono, exeunte die nono. Luna eiusdē mēsis, quinta, decima quinta, uigesima quinta.

Mense Octobri intrante die nono, exeunte die decimo. Luna eiusdē mēsis, sexta, septima.

Mense Nouembri intrante die quinto, exeunte die sexto, Luna eiusdē mēsis, decima quarta, uigesima quinta.

Mense Decembri intrate die decimo quinto, exeunte die octauo. Luna eiusdē mēsis,

prima, decima quinta, decima septima.

Præterea in mense, Luna prima, quinta, nona, & decima quinta, & tres dies inchoationis, & tres antequam exeat prædicta abstinentia, obseruandæ sunt.

Luna prima, tota die est bona.

Luna secunda, non est bona.

Luna tertia, bona.

Luna quarta, in matutino bona est.

Luna quinta, non est bona.

Luna sexta, non est bona.

Luna septima, tota die est bona.

Luna octaua, de nona usque sero est bona.

Luna nona, non est bona.

Luna decima, bona est.

Luna undecima, non est bona.

Luna duodecima, bona est.

Luna decima tertia, bona est usque ad nonam.

Luna decima quarta, bona est.

Luna decima quinta, non est bona.

Luna decima sexta, inutilis est.

Luna decima septima, tota die est bona.

Luna decima octaua, non est bona.

Luna decima nona, melior est.

Luna uigesima, tota die est bona.

Luna uigesima prima, in matutino bona est.

Luna uigesima secunda, ab hora sexta bona est.

Luna uigesima tertia, ab hora octaua bona est.

Luna uigesima quarta, bona est.

Luna uigesima quinta, non est bona.

Luna uigesima sexta, non est bona.

Luna uigesima septima, tota die bona est.

Luna uigesima octaua, non est bona.

Luna uigesima nona, non est bona.

Luna trigesima, non est bona.

Quinta, decima quinta, uigesima, uigesima

quinta, trigesima, in his phlebotomari prohibet. A decimo quinto, calen. Augusti, usque in

nonas Septemb. dies caniculares titulantur, in

quibus nec phlebotomum imponunt, nec po-

tionem dabunt. Potio uero ab octauo calend.

Octob. usque ad octauum calend. Decembr.

utilis est.

Omni tempore, si necessitas urget, phlebotomum est adhibendum. Verum ab octauo cal.

April. usque ad octauum cal. Iun. utilissimum

est sanguinem detrahendi tempus, quia tunc

crescit sanguis in homine. Postea obseruatio-

nem temporum & cursus Lunæ habenda.

BEDÆ PRESBYTERI

DE SEPTEM MVNDI MIRACV-
LIS LIBELLVS.



De septem miraculis mundi, manu hominum facti. Quod primum est, Capitolium Romæ, saluatio ciuitum, maior quam ciuitas, ibi que fuerūt gentium a Romanis captarum statuar, uel deorum imagines, & in statuarum pectoribus nomina gentium scripta, quæ a

quæ a Romanis capta fuerant, & tintinabula in collibus eorum appensa. Sacerdotes aut per uigiles diebus & noctibus per uices ad harum custodiam curam habentes intendebant: si qualibet earum moueretur sonum mox faciente tintinabulo, ut scirent quæ gens Romanis rebellaret. Hoc autem cognito, Romanis principibus uerbo uel scripto nunciabant, ut scirent ad quam gentem reprimentā exercitum mox d. estinare deberent.

Secundum,

Pharus Alexandria super quatuor cancos uitreos per passus uiginti sub mari fundata est. Hæc nanque mirum, quomodo tam magni cācri fieri possent, uel quomodo deportari & non frangi ualerent, qualiter fundamenta cementsia desuper hgerere potuerint, uel quomodo sub aqua cementum stare ualeat, & quare cancri non franguntur, & quare non lubricant desuper iacta fundamenta.

Tertium,

In Rhodo insula Colossi imago ærea centū triginta sex pedum fusilis facta: hoc mirū qualiter tam immensa moles fundi potuisset, uel erigi & stare.

Quartum,

Quartum miraculum simulacrum Bellerophonis ferreū cum equo suo in summa ciuitate suspensum, in aere sistere, nec catenis penditur, nec desuper ullo stipite sustentatur, sed magni lapides magnetum in archiuolis habentur, & hinc & inde in assumptionibus trahitur, & in mensura æquiparata consistit, est autem estimatio ponderis circa quinq; millia librarū ferri.

Quintum,

Quintum miraculum theatrum in Heracla, de uno marmore ita sculptum est, ut omnes cellulae & mansiones muri & antra bestiarum, ex uno solidoq; lapide factum est, super septem cācos de ipso lapide sculptos appendens sustinetur: & nemo in gyro ipso tam serere, aut solus aut cum aliquo loqui potest, quod ipsum non audiant qui in gyro ædificij sistunt.

Sextum,

Sextum miraculum, balneum, quod Apollo taneus cum una candela consecrationis incendit, Thermas perpetuo igne sine ulla administratione calentes fecit.

Septimum,

Septimum miraculum, templum Dianæ, super quatuor columnas, prima fundamenta percussa sunt arcuū, deinde paulatim succrescens super quatuor arcus eminentiores lapides arcibus prioribus suppositi. Super quatuor, octo columnæ, & octo arcus positi: inde tertio ordine æqua ponderatione per quatuor partes succrescens, super eminentiores lapides positi. Super octo sexdecim fundati sunt: super sexdecim, triginta duo: iste quartus est in quinto ordine sexaginta quatuor columnæ sinem faciunt tam mirabilis ædificij.

Bedæ tom. 1

BEDÆ PRESBYTERI HYMNI.

DE ANNO.



Is septem mensium uertigine uoluitur annus, Septimanis decies quinis simul atque duabus. Centenis bisq; tricenis quinque diebus,

Qui ternis gaudet diuisus stare columnis. Scilicet idibus & nonis, simul atque calendis, Nam quadris constat nonis cōcedere menses. Omnes excepto Marte & Maio sequitur, quos Iulius, October, senis soli hi moderantur. Septenis petet hos pariterq; flagrare calēdis. Octonisq; simul pares sunt idibus omnes.

Ianus & Augustus semper mensisq; Decēber, Voluuntur denis tantum nonisq; calendis. Et contra currunt nonis bis ritē quaternis, Iunius, Aprilis, September, ipse & Nouember. Sedēnis Februus citō solus ab omnibus errat, Bissenis sic nanque rotatur mensibus annus. Per Nonas Idus decurrens atque Calendas.

De ratione Temporum.

Annus solis continetur quatuor temporibus, Ac deinde adimpletur duodecim mensibus. Quinquaginta & duabus currit hebdomadibus, Trecentis sexaginta atque quinque diebus. Sed excepta quarta parte noctis atque diei, Quæ dierum superesse cernitur serie.

De quadratē post annorū bis binorū terminū, Calculantes colligendū decreuerunt bissextrū. Hinc annorum dixerantur longæ latitudines Quorū quidā embolismi, quidā sūt cōmunes. Breuis quippe qui uocaf cōmunis lunaribus, Solis semper duodenis terminatur mensibus. Longus autē qui omnino embolismus dicitur, Lunæ tribus atq; decem cursibus colligitur.

Breuioris anni totus terminatur circulus, Trecentis quinquaginta, ac quatuor diebus, Longus uero lunæ annus in dierum termino, Continetur trecenteno, octogeno, quaterno. Vno nempe atque decem diebus in ordine, Breuis annus anni solis superatur agmine. Nouem uero embolismus atque decē diebus, Peruidetur anni solis eminere cursibus.

Ac per istam sūt semper incrementi copiam, Breuiorum longiores compensant inopiam. Dehinc decem atq; nouem annorū statuitur. Tēpus certū quo lunaris terminus porrigitur, In quo lunæ replicantur cursu quodam subtili, Bis centeni terq; deni semel quini circuli. Hinc & inde ut exigit perseveranda ratio, Se per partes dies saltus interferit spatium.

Intra quoq; supra dictū habent semper spatium, Dies solis atq; lunæ æquū pondus partium. Huius cycli pars uocatur ogdoas anterior, Ac deinde appellatur endecas ulterior.

dd 2

Ogdoadi depurantur octo anni priores,
 Endecade reliquorum destinatur series.
 In hoc cursu sunt anni breuiores duodecies,
 Anni uero longiores supputantur septies,
 Talis quippe cum annorum circulus extenditur,
 In eundem lunæ cursum circulus reuertitur.
 Solis uero in idipsum non recurrit series.
 Donec anni reuoluantur octies & uigies.
 Adimplero sanè solis supra scripto tempore,
 Reclinatur absque ullo resistenti rancore,
 His itaque reciprocis alternata cursibus,
 Solis lunæ diuersantur tempora temporibus.
 Sed ad prima post annorum recurrent initia,
 Quingentorum ac triginta atque duum spatia,
 In hos cyclo per conuersum cœli luminarium,
 Manifesta fiunt festa dierum paschaliū.
 Qui porrectus per extensam annorum uertiginē,
 In eandem (ut prædixi) recurrit originem.
 Paschæ uero longos, breues, intellectu uarios,
 Hoc excepto multi plures conscripserunt cir-
 culos.
 Quos dispono præterire breuitatis gratia,
 Quorum nobis nec non nota numeri peritia.
 Altum cœlū qui creauit terras atque æquora,
 Doxaregi per æterna Deo soli secula, Amen.

De celebritate quatuor temporum.

Temporibus certis excurrit quatuor annis,
 Explicat & mensis triplicatus calculus idem.
 Hinc constat ternos completi singula menses
 Tempora, qui uotiuia Deo ieiunia prisci.
 Instituire patres ternis celebranda diebus.
 Horum me causas absoluerè chare peristi.
 Sed magis ex alijs te talia querere uellem.
 Edere multiplici qui istæc sermone ualere.
 Nam mihi sermonis nec copia suppetit ulla,
 Arcanum neque quid sensus scrutarier istud.
 Atque etiam si quid recti garrere uidemur,
 Ridentur, fastiditur, spuitur, laceratur.
 Vnde ego decreui de talibus esse silentium;
 Non ignota tamen perstat sapientia summi
 Iudicis, exacturus erit qui credita uerbi.
 Cum lucro, ueniens in maiestate talenta,
 Lucra reportantes penetrabunt gaudia regni.
 Seruus iners tenebras trahetur in exteriores.
 Id reputans, uereor celare quod omnipotentis
 Gratia multorum largitur ad utilitatem.
 Accipe quapropter pro nosse quod instituiisti
 Querere, & ut rectè dictum sit, sedulus ora.
 Singula cōplecti ternos iam tēpora menses,
 Farus eram, ternosq; dies celebrare per unum.
 Quodq; cibi potusq; superfluitate recisa.
 Tres igitur menses totidem compone diebus.
 Ut pro mense dies uno respondeat unus.
 Non primo tamen aut extremo temporis ista,
 Mense celebrantur, medijs sed ad ista dicatus.
 Hinc sibi transactū conglutinat inde sequentē
 Ut circumpositos, uicino nectare perflet.
 Forsitan & menses qui sint & tempora queras.
 Talibus offisijs quot sanctio prisca relegat
 Tēpora uer, æstas, autūnus, hyemsq; uocatur.
 Temperiem ueris, sacrant ieiunia Martis,

Florigeroq; nitent ueluti uernantia sexto.
 Iunius æstatis hac cauma refrigerat unda.
 Temporis incentiuia simul carnisq; refrēnans,
 Quo potius fructu cæteris quam canet aristis.
 Autumnum simili September opimat amœno
 Munere quam Bachii festo iucundior isto.
 Fruge monens iam collecta laudare datorem,
 Vltimus è numero nomen fortitus & imbrī,
 Mensis eodē hyberna uenustat tempora sero.
 Et quanquam rigidis constringitur pruinis,
 Creditur hoc certè cœlum referare sereno.
 Terrigenasq; monet Christo accusare piatos.
 Hoc etiam cœlum iucundo rore rigatum.
 Nubibus almifluis iustum distillat in aruis.
 Et nullum brutis fructum parentibus aruis.
 Vna saluferum tellus producit hichyn.
 Et licet his animā dapibus pinguescere scimus
 Et uitæ causa fiant hæc cuncta futura.
 Nemo tamē ceptum poteris percurrere collē,
 Si desint alimenta uitæ, sumptusq; laboris,
 Nec tamē hæc aliūde nisi ab auctore petenda,
 Nec uerat hæc à senos poscere, sic tamen istis,
 Vitam medijs, ueris ut in æthere fruamur,
 Talibus ergo modis animarū cōmoda primū
 Quarantur post hæc præsentis serua uitæ.
 Quis sine nō potis humanū subsistere corpus.
 Illa tamen quibus à superis non impediam.
 Et quia temporibus ueniūt hæc singula certis
 Temporibus quoq; largitor laudandus eisdē,
 Maximè laus quamuis eius nunquā reticenda,
 Anni principū uer, principū quoq; mundi.
 Semina cūctarum frugum uer trudit ab aruis,
 Fronde nemus uestit, tellurem floribus ornat,
 Iam lætæ uitis turgent in palmite gemmæ.
 Tunc armēta mares repetūt & gramina tōdēt,
 Vlsibus hæc nostris iussit seruire creator,
 Seruiat ergo creatori deuotio serui,
 Cui dedit hæc aruis æterna daturus in astris.
 Æstas bella ciet gentes æstare mouentur.
 His ut compressis tranquilla pace fruamur.
 Liberiorq; Deo secunda mente uacemus.
 Ecclesiæ pietas pro natis sedula poscit.
 Nubila cūcta fugans æstas mūdumq; serenās,
 Prata secat, frumenta recondit, horrea rumpit.
 Pro quib; auctori grates fas reddere summas.
 Autumnus placidas prætexit collibus uuas,
 Visu iucundas, esu tactuq; suaues.
 Quis pressis gratum distillat præla liquorem.
 Arbore poma legit, per cellas unā reponit.
 Hæc tellure ferente, sed omnipotente iubente,
 Immemores conditoris, factiq; futuri.
 Et quis spes nulla post hæc super æthera restat
 Potibus atque cibis distendant ista largis.
 Hanc sibi pro summo reputates munere partē
 Christicolæ agitare decet conuiuia parca.
 Et iugibus uotis precibusq; instare profusis,
 Supplicibusq; patrē rogare precatibus almū.
 Adumenta uitæ ferat hæc, non præmia ponat.
 Conferat ista solo donec horum indiget usus,
 Seruet at illa polo, quib; est sine nemo beatus,
 Frigore brumali tandem tellure rigente,
 Frugibus

Frugibus exhausta, nec iam patiente ligonem.
 Nullus honos cāpis, florū iam nulla uetustas,
 Torpentes inuitat hyems, genialis ad ignem,
 Otia, luxuriam, potumq; cibumq; suadens.
 Cōuenit hæc precib; parco & cōpescere uictū,
 Illecebras carnis, castiget inedia uentris.
 Temporibus discretis suis ieiunia dixi,
 Rebus ut hoc etiam obseruatio sancta caducis,
 Cōducat camis dū compe de, nectimur arcta.
 Restat adhuc aliquid sacratius insinuan dum.
 Ecclesiæ siquidē haud alijs sacrare ministros,
 Mensibus usus habet, nec nō & solibus isdem,
 Ut per grata Deo ieiunia corde piati,
 Dignus assumant altaris munia facti.
 Vnus at iste tamen, non humana arte reperitus,
 Ecclesiæ proceres illum facer atque senatus,
 Cœtus apostolicus diuino pneumate plenus.
 Instituit sacrumq; dehinc transmisit habendū.
 Paulus apostolico dudum sacrandus honore.
 Auspicio tali Barnabas necne dicatur,
 Nam scriptura referat uerax ueraciter illos,
 Cū precibus ieiunasse prius, sic ad ista uocatos
 Quosq; pari uoto comitata caterua priorum,
 Impositis manibus doctores misit in orbem.
 Spiritus ætheria ueniēs quoq; sanctus ab aula
 Ieiunos quos repperit orantesq; repleuit.
 Ergo suis simili hunc etiam modō ministris.
 Ecclesiæ deuota fides exoptat adesse.
 Hoc sine nēpe Deo condignè nemo ministrat.
 Nec placet ulla Deo tali non igne cremata,
 Victimæ, nec aliter gratum sibi spirat odorem.
 In re tam summa nec ipse uacare dierum,
 Mysterio numeroq; corruscans creditur ordo.
 Quā bene per ternos ieiunia Christicolarū,
 Soluuntur soles, trinum qui numerus & unum.
 Trinum personis, unum deitate fatentur:
 Nec minus & sacer est factis in talibus ordo,
 Quartus enim sextusq; dies ac septimus istis
 Nonnulla ratione sacris reputatur agendis,
 Sed primos quarta seriam sextamq; uocantes,
 Sabbati ab antiqua mutuiamus lege uocantem,
 Mercurij Venerisq; dies hos prisca uocabat
 Ætas, falforum uenerans portenta deorum,
 Saturni q; patrem quem credidit esse deorum.
 Quarta nēpe die truculentus proditor olim
 Ascita pactum fecit sibi plebe nefanda,
 Traderet ut Christum quo latificauit iniquos.
 Cūm gaudet mundus par est moerere fideles.
 Rursus eis gaudētib; hos moerere necesse est
 Hac deuota die ieiunet concio Christi.
 Qua cōspirat iniqua cohors in sanguine christi
 Certent hi precibus, cū certat fraudibus illi.
 Cōdidit in sexto, lapsusq; reuexit homonē.
 Omnigena hic & ibi factor pietate redūdans,
 Nec uerò peccasse die fortassis eodem,
 Ac paradisiaca propulsum sede negarim,
 Quo magis ergo die frenenda libido ciborum
 Quā nece quo merita est punita libido ciborū,
 Hac quoq; mortificare decet terrena redēptos
 Membra die qua morte auctoris uiuificantur.
 Septima cū precibus ieiunia casta reposeit,
 Bedæ, tom. 1.

Hac chorus ille sacrat; apostolici ordinis olim,
 Iniusta pro morte pij lugendo magistrū,
 In sacram protelabat ieiunia noctem,
 Præstolando resurgentem ut prædixerat ipse,
 Fluxit ab hinc mos ecclesiasticus iste saluber,
 Sabbata ieiument Christi per singula serui,
 Expectantq; sium redēntem à funere regem,
 Morte triūphata spolijs Acherōtis onustum.
 Hæc de sacrata serie dixisse dierum
 Sufficiat, nunc ecclesiæ hanc aptare ministris.
 Collibet his qui altari accedunt sorte diebus,
 Sex huius scali discurrunt ordine certo,
 Ætates, quarum quarta legē atque prophetas,
 Præcipue constat uiguisse scientia quorum.
 Altaris semper debet comes esse ministris,
 Prōuidere partes hoc ipsum significare.
 Officio nam & ob hoc geminatur lectio sacris
 In quarta semper feria per tempora cuncta.
 Sexta ætate Deus hunc uenit uisere mundū
 Factus homo, in quo concordant lex atque
 prophetæ,
 Signat hoc una die legitur quæ lectio sexto.
 Septima cum senas habeat, titulat duodenas.
 Romana qd in urbe caput quæ dicitur orbis,
 Ob populos uarij sermonis in urbe fluentes,
 Tum Græco tum Romano sermone leguntur.
 Taliter ex senis fieri constat duodenas.
 Non sensu uario, sed tantum dispare bombo.
 Hac etiam feria benedictio præfulsit ore,
 Confertur Christi formam tenet ipse sacerdos,
 Cœtus apostolicus totidē in lectoribus astat,
 Diffundens uarijs cœlestia dogmata linguis.
 Septimus atq; dies diuinum pneuma figuras,
 Pneumatis ipsius septena clarissima nanque
 Omonymus Iesu describit ab inde propheta,
 Ergo suos Christus benedicens ipse ministros,
 Munere corda insignit eorum spirituali,
 Cur tamen hoc numero signetur spirit; almus
 Dicere non possunt nostræ ieiunia linguae.
 Sed tamen ipse solet rudentū soluere linguas
 Humanas, ut ritè queant proferre loquelas.
 Omnia quem propria collaudant uoce creata,
 Qualiter hic igitur aptetur calculus illi,
 Ut mihi dignetur referare fideliter edami.
 Ipse stylū tamē, ipse manū regat oro loquelaq;
 Ut se dignè queat noster depromere sermo.
 Nullā cerno tomē que diuidat heptadē almā,
 Indiuisa manet, partes quia respuit æquas.
 Vnanimes q; reddidit eos quos spirit; implet.
 Vel quia septenis discurrunt secula diebus.
 Spiritus omnigena monstratur dote replere,
 Maestrate sua quos dignos iudicat esse.
 Sed tandem redeamus ad intermissa parūper,
 Dicamusq; dies operi cur septima tanto
 Maximè deligitur, uel quid numerus uel iste.
 Quatuor atq; tribus, septē cōstare uidemus
 Quatuor ex totidem corpus cōpactū elemētis
 Tres animam signat triplici ratione eluentem.
 Ast animę coniūctus corpus format homonē.
 Quatuor ergo tribus hominē coeuntia reddūt
 Sed tria de superis manantia quatuor imis.

Quæ superis uentis uegetat terrena potenter,
Tunc tamen ista si bene copula nexa cohaeret,
Et tria cōficiunt septem coniuncta quaternis,
Exterior cū homo, & interior cū iurat amice,
Et mens carnalis, uictorum peste subacta,
Imperat, ac luteum subseruit ad omnia corpus
Hic offert domino libamina grata minister.

Tres etiā fidei prætereare symbola possunt,
Trinū nempe fatemur & unū credere nosmet,
Trinum personis unum deitate perenni,
Quatuor at totidem uirtutibus astipulantur,
Quis manet insignis cuiusquam uita fidelis,
Quatuor ergo manent fieri quid debeat atq;
Quatorem exercent fidei ne torpeat otio,
At tria propter quid faciat quodcūq; laborat.
Quatuor ergo tribus, tria cōstat egere quaternis
Nēpe fide sine nemo placere Deo ualeat unquā
Nec placet hūc quisq; nudo sermone fatetur,
Mortua quippe fides, quā nō comitabit actus,
Sed tria cognatis sociantur iure quaternis,
Alma fides operi concordet, opusq; fidei,
Vt possit in summam pulchra compage redacta,
Septenam pariant per secula futura quietem,
Septima quippe dies, requies est dicta creatis,
Hanc sacri semper debent optare ministri,
Actibus atq; fide suspirent semper ad istam,
Admoniti semper numerorum cardine sacro.

Debet apostolici q; dogmatis esse minister,
Haud expers numero quod designatur eodem
Partibus ille suis alternæ multiplicatis,
Culmen apostolici duodenū signat honoris,
Iue quater dicas ternos, ter siue quaternos,
Tramite diuerso callem aggredieris eundem,
Septimus ergo suis duodenū partibus explet,
Et merito quomodo septena carismata mūdo
Excellenter apostolicus primum edidit ordo,
Ergo dies rebus tantis electa gerendis,
Horratur dignos sese præbere ministros,
Doctrina fidei cum dote spirituali.

Festa camœna iugem festinat rumpere finem,
40 Pauca reluctantem reuocant sed feria uatem,
Sabba iad huc nosmet nō cōtēnenda moratur
Ocia quæ cogunt causas exponere tantas,
Cur non nos alijs liceat facrare diebus,
Error quippe nouus nostro sub climate nuper
Exortus serpit, cui respondere coarctor:
Pōsifices siquidē nostri qua Christus auerno,
Surrexit celebras hanc redit solennia tentant,
Quis si nulla foret quæ reddi causa ualeret,
Debiti auctorata patrum satis esse uetustas,
Sabbati ad ista diē quos muna semper agēda,
Delegasse liquet, uespertinum quoq; tempus.
Iustum quippe putauerūt hac temporis hora.
Sacerdos tractanda quibus pia uictima cōstat,
Tempore quo est eadē mactata crucis sup arā,
Victima, quos quia ieiunos hęc sacra reposcūt
Non sunt hac celebranda die qua uita reuixit,
Ieiunare die mos ecclesiasticus illo,
Nā phibet, quoniā turpe est merere redēptos
Dei cū surgit eorum morte redemptor,
Vespere ieiunos igitur cū mactata poscant.

Præfatosq; die cuiquam sit Christicolarum,
Ieiunare nefas, alius quærat ad ista,
Aptior ac nullus mihi præcedente uidetur
Sabbato, in hoc etenim uigilantes cæseo seruos,
Ac sobrios: larga quoq; dapnitate platos,
Victorem prætolari de scammate Christum,
Eius in occurru, dignosq; parare ministros.

Nec illud nos prætereare, quod septimus istis
Iure dies sacris, antiquo est more dicatus,
Nā gradibus totidem responder calculis idē,
10 Septē quippe gradus hi sunt q; hac luce sacra,
Quos quia plonquū est exponere nomina tātū,
Dicemus quoniam fastidia longa cauemus,
Clauiger & lector, exorcista, acolitusq;
Hypodiaconus, & leuita & presbyter ipse,
Pontificem sanē non ista lege teneri

Dicimus, hinc etenim festiua luce dicari,
Maximæ qua Christus læto surrexit oportet,
Cuius in ecclesia personam ferre uidetur,
20 Rectius ergo die quo sublimabitur iste,
Quam quo sublimis de morte reuertitur ille.
Vt sic ecclesiæ releuet nunc iste dolorem,
Sicut apostolicum tunc depulit ille timorem,
Et uelut ille resurgens exhilarauit amicos.
Sic sibi commissos, hic nunc soletur alumnos,
Constat enim quia cū decedit episcopus istinc
Abscessu capitis tristari membra necesse est,
Cumq; reformatur diuina sorte uocatus,
Ecce alacres cunctiposito mœrore resultant,
30 Surgentem uelut excipiant de funere Christi,
Qui propter quisquis defuncti in sede locatur
Hac nobis ratione uidetur & alter idem.

Nec illud ratione reare carere dies quod,
Primus & octauus suffecto præfule gaudet,
Ordine qui octauus pstat sed culmine spiritus,
Septē quippe gradus præfatos scādat op ortet.
Post tanto primatus sublimet ur honore,
Ecce typum quoq; fert & in hoc antistit: Iesu,
Non tārum quod morte die hac surrexerit ille,
Verū idcirco die Christus surrexit in ista,
Vt pareat quia principium sit finis & ipse,
Ex quo cūcta fluūt, ad eundem cūcta recurrūt,
Primus & octauus, quia conditor atq; beator,
Ipse creauit enim ipse octaua atate beabit.

Vos rogo pastores subtiliter inspicierites,
In quāto uos Christus honore locarit at ipsum
Collatum rursus quo fasce grauarit honorem.
Sic gregis este caput, summi ut pastor adesse,
Membra queatis ut ex illis non uestra, sed eius

50 Lucra requirentes ab eo deri, pascua uita,
Sumere possitis, commissa plebe sequente,
Non uos ira truces reddat, non gratia molles,
Quos Christus euocat læto, uos soluere uincto
Pascite pane gregem, Domini nunc spirituali,
Angelico uos paze frui concedat ut ille,
Exemplo mage quam sermone gerēda iubete,
Tunc recto ad uitam ducetis calle futuram,
Si factis illam moneatis & ore petendam,

Gallus uti proprijs semet prius excitat alis,
60 Sic demum aurorę uenientis præcinit ortum,
Sic ad agenda manum præsul quæ dixerit ore,
Exerat

Exerat ipse prior mihi tunc audire libebit,
Munus ab ore manuq; patres contēnite quæso
Excæcant etiam sapientes xenia crebra,
Simonis exitum lepram uitate lezi,
Callidus iste sacri sibi pneuma putauit emēdū,
Charius infœlix quod posset uendere multis,
Quodq; Deus gratis offert uenale putauit,
Vnde miser baratri dimersus ad ima profundū,
Truditur inferno dum præcipitatur ab alto,
Sydera qui leuitate petens in tartara demens,
10 Corruit ablatis nequiens incidere plantis,
Dum male collatis altum petit æthera pennis,
Alter & ipse parem molitus tetere fraudem,
Indultam largi Domini pietate salutem,
Accipio precio dum gliscit uendere morbo,
Quo fuerat qui dignus erat releuatus eodem,
Multatur tota cum posteritate misellus,
Hæciugiter metuēda patres exempla cauēte,
Munia quibus imponatis perpendite sacra,
Iustis ne subducentes tribuatis iniquis,
20 Sepe recedentes summus quod doctōr alūno
Præcipit, ut nulli citius necdumq; probato,
Imponendo manus prauis communicet actis,
Sic & uos nisi discussis examine longo,
Sacra ministerij committere iura cauete,
Ne mihi succensete precor patres uenerandi,
Morbida pastores q; omnis præsumo monere.
Sepius omnipotens iunioribus abdita pandit,
Lege nec arceatur diuinus spiritus ulla,
30 Consilium Domino persape dat utile seruo,
Ista per excessum de præsulis ordine dicta
Sufficiant, tandem redeamus ad intermissa
Dicendum quid uelit sibi lectio paucis,
Septimus iste dies sibi met quā uendicat unus,
Quod septem requiem designent sape relatū,
Ast operi senos aptamus conuenienter,
Hoc etem numero bono omnia cōdidit autor,
Secula disceuerunt senis ætatibus ista,
In quibus assiduo requies speranda laboris,
Nec sanē series est contemenda tomorum,
40 Quatuor ante sacra quā consecratio fiat,
Quinta sub articulo decurritur ordinis ipso,
Sexta diurna manet, solito quæ more refertur,
Quatuor ore gradus, monuit psalmista canoro,
Præcipua semper benedicere laude tonantem,
Israel Aaronq; domum leui quoq; necnon
Et quicunq; timent dominū de gentibus illis,
Israel Hebræa signat de plebe uocatos,
Pontifices sacros Aarō domus inclita padebit,
50 Exprimat reliq; leui domus ampla ministros,
At dominū metuens uocatur cætera plebes
Omnis in his autem cōsistit turba fidelis,
Lectio quod signat præcedens ritē quaterna,
Hæc quoq; mutatur per tempora quatuor anni
Temporibusq; leguntur eisdem conueniētes,
Quinta semper eadē recitatur & ordine eodē,
Vnde liquet quoniā ad tēpus nō ista refertur,
Ergo uiros spectat specialiter ista sacrandos,
Ardentis referens incendia saua camini,
60 Quis iustos hostis perstabat adurere saeuus,
Stinguitur haud tamē his diuini feruor amoris

A quo nulla pios reuocat stipulatio mundi,
Et quamuis instanter eos truxerit hostis,
Ignibus assiduis uitiorum fomites pastis,
Quicq; Deo digni existūt illumq; precantur,
Iplius auxilio procul ignea tela repellunt,
Et licet ille deis ceruicem fletere fallis,
Suadeat ut nunc narratur fecisse tyrannus,
Cogere ad istud eos nulla ratione potestur,
Vt quos nulla sibi prosternit dira Cupido,
10 Nec sculptū blada ueneratur imagine nūmum
Ad qd signadum mos est hac in prece semper,
Ex illa quæ est edita, post illamq; refertur,
Erectos atque stantes orare fideles,
Genua nec ad terrā curat nec deponere q; squa,
Cum reliquis studeat hoc præconate ministro,
Poplitibus flexis stratiq; solotentis omni
Corpore cōtrito dominū quoq; corde precari
Vt pateat distantia quanta sit inter eorum
Illorumq; preces, qui numina falsa uerentur,
20 Cū prosterni illi dicuntur, stare uolunt hi,
Sed quia fornacis fit mentio semper in istis,
Ordinibus libet indignare qd inde quamuis
Elicere haud tā crebra iteratio cassa putāda est,
Nullus ad officium diuini accedere cultus,
Ritē potest quem nō tentatio dira probarit,
Hæc non immerito flammis signata camini,
Attestatur idem scripturæ pagina sacra,
Vas uelut Samium fornax examinat urens,
Haud aliter istum tentatio purgat acerba,
30 Nec quod elegit dominus succumbere norūt,
Ipse etenim uires in se fidentibus addit,
Qui cū uictores fuerint certaminis ut iam
Ignibus excelsum ualeant laudare sopitis,
Iucundumq; Deo reboare fideliter hymnum,
Ritē ministerijs possunt aptarier almis,
Munia non illis aliter committere tanta
Censeo, ni ualida ueluti fornace probati,
Per multos discant cœlestia adire labores,
Quatenus æterno sociantur in æthere regi,
40 Culus hic obsequijs deuoto corde ministrant,
Quicq; suos secum fore dixit in arce ministroe,
Innuic hoc illis semper præmissa camini,
Mētio dein de sequēs extinctis ignib; hymnū,
Hic bene certantes, illic cantare quietos.

Omnibus ergo illos igitur ita ritē peractis,
Fulmine mox Paulus eos tonitru excipit, & quæ
Sint peragēda dehinc hortās q; minās q; pstat,
Et rectē testamentū uetus ante sacrandum,
Inde nouū legitur dominū iam in sorte redactis
50 Admoneantur uti uitam moresq; nouare,
Atque nouum uetere exuti sectentur homonē,
In sortem quicunq; Dei transire merentur,
Nec uacat hoc ueteris q; primū q; legūtur
Sexta noui, sed quinq; sacrandis, sexta sacratis,
Ætates pressæ caligine quinq; fuerunt,
Sexta nouo totum resperlit lumine mundum,
Et quicunq; sacris Domino miserante dicatur,
Officijs, tenebras pellant erroris auiti,
Ad lucemq; nouā studeat migrare necesse est,
60 Quinque per ætates seruisi quicq; timore
Per seruum missa seruiebant lege tonanti,
dd 4

In sexta nati, iam dicimur omnipotentis,
 Et regale genus, regale sacerdotiumq;
 Membra sacerdotis summi regisq; per omnis,
 Participes autem existant licet huius honoris,
 Quicq; deum concordia mente fatentur & ore,
 Præcipue tamen hi qui participare merentur:
 Nominis atq; sacerdotis dicuntur & ipsi,
 Hi uetere ac seruilis igitur formidine pulsa,
 Natorum seruire magis gratentur amore,
 Sicq; sacerdotes se feruerrimè norint,
 Ne tamen hinc illos elatio pulset inanis,
 Quæq; graues humilesq; ministeria ista regrat,
 Qui sequitur presso signat modulamine tractus,
 Quod talis humilè pãdat modulatio mentem,
 Plurima sunt exempla quidè, sed sufficit unū,
 Vendicat hūc semper sibi quadragesima cantū
 Quo Christi popul' nullo mage tēpore semet
 Submittit, ieiunãdo atq; precando benignum
 More dehinc solito fiunt solennia missæ.
 Cū sibi cōueniãt cūcta hæc pulcro ordine rerū
 Iudicioq; his nemo resistere quiuerit æquo,
 Quantum desipiat liquida ratione patefcit,
 Iudicat hæc alio quicunq; die celebranda,
 Illo quem statuere patres temerè intermisso
 Officiū hoc alius cūm non sibi uendiceret ullus,
 Et statuta patrum nulla ratione priorum
 Vellere conueniat, Paulo doctore iubente,
 Angelus excelso ueniens si forsã olympo,
 Et uobis aliud cupiens imponere dogma,
 Tentet ab hoc fidei descedere calle,
 Quã per nos dominus uoluit diffundere mūdo
 Ac si blasphemum laribus propellite uestris,
 Nec minus hoc etiam scriptura fatetur auita,
 Antiquos fines ne transgrediare parentum.
 In tumidū fragili cū linte cucurrimus equor
 Quæ licet illisa scopulis quassata procellis,
 Littoris optata tandem tellure potitur:
 Nec uerò mirum discrimina plura tulisse,
 Intentata prius sulcauimus æquora cuiquã,
 Nam quos Romanæ extollit facundia linguæ,
 Antiquis trito nituntur tramite cuncti,
 Scyllæ pelagus Maro remige sulcat Homero
 Pindarico uates incedit calle Sabellus,
 Lucilium sequitur saryem mordacis amator:
 Comicus eximio regitur doctore Menandro,
 At nostram ductor præcessit nemo Thaliã.
 In scabros impedit ob hoc erronea cautes,
 Sed spirante Deo Zephyris foelicibus acta,
 Iam portus pleno tandem subit hostia uelo.

Incipiunt uersus de uarijs compositi regulis.

Aduentū domini nō est celebrare Decēbri,
 Post ternas nonas neq; quintas ante calendas,
 Pascha nec undenas Apriles ante calendas,
 Nec post septenas Maías ualet esse calendas,
 Virgo puerperio dedit anno signa secundo,
 Illius magni cycli modò bis reuoluit,
 Trigintaq; duos quingentos qui tenet annos,
 Virgo puerperio dedit anno signa secundo,
 Illius angelici dantis paschalia cycli,
 Qui constat denis annis simul atq; nouenis,
 Octauus decimus fuit & tūc temporis annus,

Lunaris cycli propè qui par uersificali,
 Solaris nonus cycli fuit & bissextus,
 Tempore præterea fuit hoc indictio quarta,
 Quattuor undenas sol, luna tenebat epactas,
 Lunaris iam uult luna cyclus oriri,
 Annis qui denis protenditur atque nouenis,
 Cycli solaris fit Martis origo calendis,
 Pagina magniflui quæ dicitur area cycli,
 Phœbes & solis cyclis compactas gemellis,
 10 Qui sibi septenos quater ad spatiū capit annos
 Confert centenos triginta tresq; bissextos,
 Trigintaq; duos quingentos in simul annos,
 Tempora bis duo tot ieiunia mensibus in tot
 Menses temporibus, ieiunia mensibus insunt,
 Hi sunt Septēber, Mars, Iunius, atq; Decēber,
 Martius à feria titulat ieiunia quarta,
 Iunius hebdomadas à septem bis numeratis,
 Constat certus item Septēbri terminus i dem,
 Nec decimus nonas lanī notat ante calendas.

Anno solari tribuunt hac arte per eriti,
 Ter centum spacium, decies sex, quinq; dierum
 Quinquaginta inde hebdomas facis geminasq;
 Cōcurrēs primus manet ille superfluous unus,
 Assumes unū sic unumquencq; per annum,
 Quæ cubat in septem, cautus transcendere legē,
 Succrescunt gemini, quarto ratione bissexti.

Anno communi stat paschæ terminus omni
 Sex ascendendo numeratis bis minus uno,
 Lunaris tanto quia solari minor anno,
 30 Vitimus est annus ueruntamen excipiendus,
 Qui saltus lunæ bis sex capit ex ratione,
 Embolismali stat paschæ terminus omni
 Descensu denis numeratis atq; nouenis.

Solaris tanto quia lunari minor anno,
 Sol uult zodiaci signum per quodq; morari,
 Trigintaq; dies, horasq; decem mediamq;
 Conficis inde dies tercentenos decies sex,
 Ter quæ sol signa graditur cū sint duodena,
 Quinq; dies denis facis ex remanētibus horis,
 40 Quippe dies queuis fit ab horis bis duodenis,
 Nam cū nocte diem solidū natura dat omnem
 Ast ex dimidia quadrantem conficis hora,
 Vna dies quarto per quem succrescit in anno,
 Quæ repetit senas tibi Mars inferta calendas,
 Annus solaris lunarem uincit epactis,
 Quas dicunt græcè, superaddimenta latinè,
 Versibus hæc sese uoluunt pascalibus usq;
 Principium primo quibus est & finis in imo,
 Quas in Septembris debet mutare calendis.

50 Annus cōmunis stat mensibus ex duodenis,
 Embolismalis magis uno quàm duodenis,
 Vnus enim mensis concrefcit tunc ab epactis.
 Discretus signis est zodiacus duodenis,
 Extant signorum mensis tot ad instar omnium,
 Triginta Phœbus signorum quodq; diebus,
 Atque decem semis cessim perlabitur horis,
 Fiunt inde dies ter centeni decies sex,
 Quos inter menses bis sex disponere debes,
 Quinq; dies denis facit ex remeantibus horis,
 60 Quos quia distribui nequeūt debes dare marti
 Cur potius Marti? tribuit quia Romulus illi,
 Menses

Menses bis quinq; statuēs qui principe Marte.
 Principe cur Marte? coluit quia pro genitore,
 Eius successor Numa binis extitit auctor,
 Si numerum mensi dare uis ratione sequenti,
 Sume dies mensis numerū quoq; iuge prioris,
 Diuide per septē numerū sibi dans remanētē,
 Per septem quare? quia sic hebdomada stare
 Debet, quos iunge quibus extat non aliunde,
 Si libeat scire numerus sibi quid uelit iste,
 Annos per septem concurrentes sibi iunges,
 Vt capias per te ferias, ubi quæque calenda,
 Fiet enim numerus, uel septē uel min' aut plus,
 Si septem uel minus feriam sic dicito, si plus.
 Ablatis septem, numerum sibi da remanentem
 Hos da Septembris, Marti quos antè dedisti.
 Ex hoc incipiens, quia sic Ægyptia uult gens,
 Si numerum mensi dare uis ratione sequenti,
 Sume dies mēsis numerū quoq; iunge prioris
 Quo facto mensi sua uult lunatio demi.

Ascribas mensi remanentia pone sequenti,
 20 Discas si nescis quora sit lunatio quæ uis,
 Mensibus est luna paribus uigelima nona,
 Crescit in imparibus ætas trigesima, cuius
 Hoc in catalogo mensurus nunciat ordo.

Si libeat scire numerus sibi quid uelit iste,
 Huic numero iungas anni præsentis epactas,
 Colligitur numerus triginta uel minus aut pl'
 Triginta uel minus si sint tota Cynthia, si plus,
 Triginta demas remanentibus & liquet ætas,
 Sic alij menses mensi responder in horis,
 Par Ianus mēsi decimo, Februusq; Nouēbri,
 Martius Octobri, par est September Aprili.
 Maius Sextili, par Iunius est tibi Iuli.

Ecce dies nostri quia sit præsentia Phœbi.
 Sunt duo legitimi tamen interualla dici.
 Vnum nocturnum uocant, aliudq; diurnum,
 Hac sunt quippe die uiginti quatuor horæ,
 Horarum spacia duodena subindicat hora,
 Iam propriè spacio tria subiunxere diurno.
 Mane quidè, mediasq; diē summā ppe noctē.
 40 Sicut mens populū, uariatur origo diei,
 Ex ortu Phœbi putat hanc Chaldaeus oriri,
 Sed gens Ægypti, putat ortu noctis oriri,
 Noctē putat media Romanus ut inchoet ipsa,
 Inde solent galli cantare futura diei.

Lux quæ prima fuit, noctē præcedere cœpit
 Ad lætitiã portendens ante ruinam,
 Quæ bene formatus cecidit sub nocte reatus,
 Nūc sequitur noctē lux uin cēs in cruce mortē
 Restituens hominem uitæ tenebras patientem.

50 Ordo planetarum uariat feriam feriarum,
 Quippe dies à dijs placuit uocitare poetis.
 Tertia Martis erat, Stilphōtis quarta manebat,
 Inde Ioui Quintam tribuendo uocant Iouianã,
 Sexta fuit Veneris, postrema deum genitoris,
 Has dijs addebant se quis constare putabant,
 Iuuit temperiem Iupiter Cyllenius artem,
 Pneumate sol una mars sanguine corpore luna,
 Vel dedit humorem, uenus ipsa libidinis ignē.

60 Nostro more dies feriarum sunt nomen habentes,
 A iando feriam iam credimus esse uocatam,

Prima dies etenim fuit huius nominis olim,
 Qua fas est feri, diuina simul ferari,
 Vel quæ fiat ait dominus omnia quado creauit,
 Hebdomadã facimus septem cōstare diebus,
 Quã solet ægyptus tot ad annos dicere tēpus,
 Profecti festi sunt atque dies feriat,
 Præterea fasti dicti sunt atque nefasti,
 Sunt hominum festi, causa quædam profesti,
 Est mensis græcum, de lunæ nomine tractū,
 10 Nomine quis lunæ, quia menes luna latine,
 Per te diuisi sunt tempora quatuor anni,
 Quorū nomina, uer, æstas, autūnus, hyemsq;
 Respiceret Boream uernali tempore Titan,
 Quod noctes tempus solet ex æquare diebus,
 Martis in octonis eris eius origo calendis,
 In nonaginta durando diebus & una.

Cū calescit Boreas per solem mox fit & æstas,
 Tempora nocturna breuiat spat iando diurna,
 Iunius octonas iubet hanc intrare calendas,
 20 In nonaginta durando diebus & una,
 Æstas ex igne stat, uer & ab ariditate.

Assolet autumnus noctes æquare diebus,
 Et cupit octonis Septembris adesse calendis,
 Perdurando tribus nonagintaq; diebus,
 Sic ex algore stat semper & ab ariditate.

Reddit hyems frigus cū sit ppe sol alienus,
 Cū sunt nocturna proluxa minuta diurna,
 Quæ decimi mensis orditur in octo calendis,
 Tempore denorum nouies contenta dierum,
 30 Hæc ex algore stat semper & ariditate.

Annus ad ecclesiã super his habet allegoriã,
 Ecclesiã designat hyems in commoditates,
 Tempestas quado fit cū glaciè, niue, turbo,
 Æstas est fidei neglectus & ultio Christi,
 In qua doctrinã siccantur ab ariditate,
 Ver nouitas fidei post pascha tenebimus agni,
 Nobis occisi, quo pascha tenebimus agni,
 Cū uenit autumnus prouentū fertilis annus,
 Cœtibus ecclesiã sanctorū dans uenerandam.

40 Ver tēpus dicitur quo semina cūcta uirescunt,
 Cum uites gemmis tellus uestitur ab herbis,
 Est æstas tempus quo feruet in omnibus æstus,
 Credimus autumnum de tempestate uocatam
 Quando cadūt folia, sunt tempestiuaq; cūcta,
 Fert hemisphærio cognomē hyēs super uno,
 Sol quia tunc uolui solet in spatio breuiori,
 Dicitur hæc bruma uel q; breuis est, uel ab esca
 Hinc imbrumari solet ad fastidia uesci,
 Est tamen hybernū spacium pro parte uocati,

50 Vernum compositum ueluti dicas hybernū,
 Ver, æstas, menses autūnus, hyems retinet tres
 Ex quo sunt tantum menses discreta secundū,
 Ver, æstas & hyems fit adulta, ne præceps
 Sic est autūnus nouus & præceps & adultus,
 Cū uenit autūnus nimium uiget undiq; morbus,
 Æra nanq; calor deprauat & obuius algor.

60 Non minimè passū gentiles antè feriri,
 Contribuere Ioui quasi tempora quatuor anni
 Materia uarias, non forma quatuor urnas,
 Factas argento, ferro, uitro, quoque plumbo,
 Fert risum crater Iouis hic argenteus & uer,
 Ferrus

Ferrens æstatem Vulcani gestat & ignem.
 Vitreus autumnum Iunonis & ubera largum.
 Vas hyemem plūbi capit interitumq; Saturni.
 Exortis tenebris nox est absentia solis.
 Dicunt philosophi noctem contingere nasci.
 Vel quod uergentes efflat sol lāgūidus ignes,
 Vel quia qua supra in terras cogitur infra,
 Nox aptum nomen sumpsit cū uilibus oblit.
 Solsticij spacium, solis itatione uocatum,
 Ipso quod stante crescunt noctes ue dies ue,
 Æstium cancro, brumale fit in capricorno,
 Ut duo solsticia, duo sunt in noctibus æqua.
 Quod nox atq; dies habet horarum partentes,
 Autūnale libra, uernale responderat Ammon.
 Est mensis primus, uel Iani nomine dictus,
 Olim gentili qui more Deus fuit anni,
 Vel q; ianua lis per quam uenit annus & exit,
 Ex ipso frontem nunc appellamus eundem.
 Februus est Pluto, mēsis Februarius ex quo,
 Nam superis ille stetit ad sacra manibus ille.
 Martius à Marte uel debet nomen habere,
 Dicitur aut ideo quia iungit plura marito,
 Anni principium fuit hic mensisq; nouorum.
 Dicitur Aprilis pro iure quod est aperilis,
 Quo plantę germen reddunt animantia prolē.
 Rus nitue, nube pol^o, quo liber turbine pōtus,
 Rus redit agricolis, polus astrologis, mare
 nautis.
 Est Maia Maius Hermetis matre uocatus,
 Hæc embolismis loca sunt ascripta locādīs.
 De utrū Septēber recipit primūq; December,
 Sextū Sextilis regio quintumq; Nouembris,
 Quisq; suo nonas permittit habere quaternas,
 Martis trite diem nonarum sume priorem.
 Ad bine ternas Martis cape septime nonas,
 Prima necat Iani, nocet astans septima fini,
 Quarra necat Februū, nocet astans tertia fini,
 Mars tua frōs cuspis, ppe finē quarta fit aspīs,
 Aprilis decimā, notat undecimā ppe caudam,
 Tertia mors Maij sed septima proxima fini,
 Iunius in decimo ferit & quindenū ab imo.
 Alter ab undecimo nepa Iuli, nonus ab illo,
 Augusti primus ferit & de fine secundus,
 Stat septēbris acus hinc tertius inde decenus.
 Octobris stat acus hinc tertius inde decenus,
 Quinta necat capitis, sed tertia fine Nouēbris,
 Frontis septenam notat ultimus ordo decenā.
 Anni sextilis disponitur ordo Decembris,
 Quartanis nonis tribus atq; bis octo calendis
 Iulius est pariter mars Maius, & ogdoas imber
 In senis nonis septemq; decemq; Decembris,
 Iunius, Aprilis, Septembris itemq; Decēbris.
 Quartanis nonis, ter quinq; tribusq; calendis.
 Quartanis nonis februus bis & octo calendis
 Concordant menses Octobris idibus omnes,
 Ducunt ergo dies triginta bis duo menses,
 Viginti Februus fit solus & octo diebus.
 Quolibet in reliq; quater octo dies min^o uno,
 Scire uolens ferie sint cuiusquæq; calendę,
 Ad concurrentes cōponas has feriales.
 Ianus Maio tres dat, Iunius hinc Eebruō sex.

Septem Septembri decimus, Mars quinq; No-
 uembri,
 Aprilis tecum defendit Iulius unum.
 Quatuor Augustus capit, october duos solus,
 Si bene ppendis quota cōstat luna calendis
 Lunares iactas hos instantes ad epactas,
 Quinos septēber quinos habet ogdoas imber,
 Nonus habet septem, decimo præstabit eosdē
 Aprilis Februo deca dat Mars tertia Iano,
 Maius in undenis est, Iunius in duodenis.
 Bis septem Sextilis habet deca Iulius & tres.
 Tempus habēs aui speciē dat motio mūdi.
 Constās præteritis, præsentibus atq; futuris,
 Dicitur hæc ob rem tēpus, quia tēperat orbem
 Ipsa probat ratio, quia triplex temporis ordo,
 Naturæ iussu stans aut auctore uel iussu.
 Sol & luna suum duce natura fecit annum,
 Sol per quinq; dies, ter centenos decies sex,
 Vnius solidi iuncto quadrante diei,
 Per tot luna dies annis communibus ires,
 Si tamen hoc spatiū tibi sex & quinq; dierū,
 Crescis ter denis embolismalibus annis.
 Mensis ut est usus fit bis ter quinq; dierum.
 At tamen hic usus, non est usus, sed abusus,
 Cū neq; luna suum, neq; sol faciāt ita cursum,
 Cursus enim lunæ salua saltus ratione,
 Fertur ut est horis minor hoc spatio duodenis
 Fitq; decem semis mora solis longior horis.
 Diua uel humana uis est auctoris habenda.
 Edicto Domini statuentis iura Moyssi,
 Aufert ruris opus Iudæo septimus annus,
 Rerum mortalis habita grauitate iubentis.
 Romani ludos repetūt post quatuor annos,
 Ac hofdem quatuor recipit Februarius anno.
 Tēpus inest atomis, momētis atq; minutis,
 Partibus, ostētis, punctis, quadrantibus, horis
 Atq; diebus & hebdomadīs & mēsis, annis,
 Et Iustris æquē, siclis, ætatibus atque.
 Atomus in nostra sonat in diuisio lingua,
 Quinq; manēt cause, solet in quib^o atom^o esse,
 Sol numerus, tempus, necnon oratio, corpus,
 Atomus in sole, uult floccus pulueris esse.
 Atomus in numero, monas est eius origo;
 Atomus in tempus, citus est oculi uelut ictus.
 Atomus in uoce, stat singula littera per se.
 Atomus in corpus, cui uix aderit color ullus.
 Atomus ostenti, tota portio debet haberi,
 Fit ter centena, siue bis duo, bis quadrageña.
 Ostentum uere decies pars sexta fit hora.
 Hora fit ex punctis quinis, bis quinq; minutis.
 Sex habet ostenta decies, partes decapenta,
 Fit per moneta quater hoc est dena serenta,
 Punctus particulis ternis, geminisq; minutis,
 Octo momentis simul ostentis duodenis.
 Reddere uult unum pars bina hemi, minutum,
 Bis duo momenta faciens ostentaq; sena,
 Quatuor ostenta sunt una parte retenta,
 Et momenta duo geminæ partes & ab imo,
 Momentum solet ostētum dare semis & unū
 Sol horam pūctis dat quinis luna quaternis.
 FINIS.

DIONYSIVS

DE ANNIS.

ANni Domini notantur in presenti linea;
 Cū miser^o mūdi Dominus ad tollēda crimina
 Natus homo hic pcessit, natura ferēs uiscera.
 Ad indictionem inueniendam.
 Tres appone annis Christi pro indictionibus
 Regulares, & partire per quindenū numerū,
 Absq; mora tūc uidebis quis sit eius numerus.
 Quando Christus natus sit.
 Quarta est indictione natus Christe dominus,
 Ideo tres apponuntur pro indictionibus,
 De denis duobus Christi de annorū numero.
 Ad probandam incarnationem.
 Ordines indictionum diuide per quindecim.
 In his autem regulares adde denos & duos.
 Præfens anni apponatur indictio ibidem.
 Ad exhortandum lectorem.
 Calculum qui lector scire stude mēre strenua
 Ordines indictionum alta stent memoria;
 Quæ si absint anni Christi amittes ignauria.
 Ad epactas lunæ inueniendas.
 Per nouenos atq; denos annos Christi diuide,
 Et quod his superabūdāt extēde per undecim
 Per triginta partiendo epactas reperies.
 Item ut supra.
 Decēnouenalē paschæ unū tantū subtrahie,
 Per undenos ampliabis, per triginta diuide,
 Epactam ipsius anni protinus inuenies.
 Ad epactas solis inueniendas.
 Pro epactis nanque solis sume annos domini.
 Horū quartā his appone annorum qui fuerint,
 Regulares adde quater per septenos diuide.
 Item ut supra,
 Tene autem nono semper calēdas Aprilium.
 Feria quæ esse constar locus concurrentium,
 Crescūt quibus in diebus per septenū numerū
 De cyclo solis quē gradum teneat.
 Octo annos subrahendo pro solari circulo,
 Per uigenos & octenos reliquos diuiseris,
 Inuenisse te gaudebis sic solarem circulum.
 Ad probandam concurrentem.
 Circulum & hunc solarē diuide per quatuor,
 Tandem quartam eius partem eidem adijcito.
 Per septenos diuidēdo, concurrrens inuenitur.
 Ad cyclum lunæ inueniendum.
 Cyclus lunæ quotus extat si scire desideras;
 Duos ānos semper deme de supremo numero
 Per nouenos simul denos diuisus reperitur.
 Ad cyclū decimū nonū inueniēdū.
 Annis Christi unum tantū ritē si addideris;
 Per nouenos atq; denos pariter diuiseris,
 Decennoualem cyclum ultimum reperies.
 De loco epactarum.
 Epactarum locus pater facilis & cominodus,
 In undecimo calendis positus Aprilium,
 In quo luna cum epacta coæquatur numeris.
 Item de quatuordecim epactis.
 Quartadecima epacta, cū tenetur circulo:
 Quartadecimam undeno calendis Aprilis,
 Computare lunā cogit lege patrum sancitū.

Quando epactæ crescunt.
 Nam epactæ cū crescūt ad quindenū numerū,
 Duodenarum calendarumq; itemq; Aprilium
 Quartadecimam tenebis lunam sine dubio.
 De paucioribus epactis.
 Pauciores iam epactis obseruata regula,
 Crescere per dies sine usque decimaquartam;
 Ipsa erit quam quærebās legalis legitima.
 De pluribus epactis.
 Porro plures si dicuntur ultra quindenarium;
 Ipso numero ascēde usque trigenarium.
 Sic ad nouā inchoado ad paschalem terminū.
 Regula primi mensis.
 Pascha nostrū primi mensis est tenenda regula
 Christiani post peracta luna decimaquarta.
 Æquinoctio transceso in die dominico.
 Quid inter azyma & pascha distet;
 Inter azyma & pascha, hæc est differentia:
 Paschæ dies est tenenda luna decimaquarta,
 Azymorū qui sequuntur septima solennitas.
 Quomodo uariatur per
 septem dies.
 Luna paschæ uariatur in septeno numero,
 Die quo surrexit Christus ac saluator omnū,
 A quo iure nomē sumpsit sanct^o & dominic^o.
 De communi anno.
 Quatuor & trecentorum quinquaginta dierū,
 Recipit cōmunis annus duodecim mensibus,
 Undecim de solis cursu remanente diebus.
 Item,
 Numerus sã undenorū hic per annos singulos;
 Ad quærendā lunā semper annuatim ponitur;
 Græco nanq; sortiuntur epactæ uocabulo.
 De embolismo.
 Embolismus uerō decem atque nouē diebus;
 Cursum solis transcendendo longior efficitur;
 Habens quater octoginta & trecentenos dies,
 De ogdoade & endecade.
 Est & alia præfati circuli diuisio,
 In qua ogdoas annorum endecasq; queritur;
 Qui æquare cūsum solis atq; lunæ dicitur.
 De luna Ianuarij.
 In calendis si requiris lunam Ianuarij,
 Cyclū semper tantū lunę extēde per undecim;
 Regularem adde unum per triginta diuide.
 Item ut supra.
 Cyclus nāq; memoratur tribus annis ultimis,
 Regularem non apponas unum ut in cæteris.
 Quia duo sunt ponendi his cura peruigili.
 In quo signo luna uersetur.
 Fortē luna quo uersetur signo si quæstieris.
 Ducta quater eius ætas per partes cōcreuerit,
 Per triginta partiendo tunc signa reperies.
 Item,
 Est in media uel prima prompta computatio,
 Nanque alio in signo quot partes habuerit,
 Tot sequentibus adijce, uel detrahe omnibus.
 Quandiu in signo moretur.
 Vnoquoque signo luna tantū binis diebus,
 Senis horis atque bisse illustrare dicitur,
 Sic per omnia percurrēs ad ipsum reuertitur.
 De tri.

De tribus annis, qui non
obseruantur.

Porro octauo & undenus atq; nonusdecimus,
Generale argumentum conseruare nequeunt.
Faciente embolismo dum in his inseritur.

De Maio mense.

Primo igitur de tribus annis de quo diximus,
In Maiarum calendarum hac consueta regula.
Tunc octaua demonstratur esse & uicesima.

Item.

Embolismus quia sanè Martio inseritur,
Dumq; unius diei celebratur ablatio,
In uiceno remanebit & septeno numero.

De Iulio mense.

Simili itemq; modo calendis Iulij,
Sis contentus de triginta in nonam uicesimam.
Remanere embolismi facit superfluitas.

De embolismis undecimi anni.

Anno undeno embolismo in quo pridie
Nonas solet in Decembris solito accendere,
Facit eam runc recidere sic mutato ordine.

Item.

Ratio nauque lunaris in calendis Martij,
Cum uicena simul nona computare solet.
Embolismus tantum tenet octaua uicesimam.

De decimonono anno.

Anno decimo & nono, qui est horu ultimus,
Tertio quia nonarum Martiarum ponitur,
Facit Maías in calendis huc supernu numerum.

De saltu lunæ.

Iulij denique mensis in die trigesima,
Saltus lunæ est tenendus generali ordine,
Quip denos & nouenos solet annos crescere.
Vnde saltus conficiatur.

Horæ singulæ per annum uno puncto addito,
Nonadecima pars puncti constat hac ablatio,
Fit per decem nouem annos diei ablatio.

Item.

Cūctis retro anis semper apponuntur undecim,
Hic epactæ pro cremeto numero duodecimo.
Trigenario completo nullam dici placuit.

Item.

De uigesima & nona die quippe altera,
Computare cogit primâ hanc eius uelocitas,
Transilire diem facit, sic ad nonam inchoas.

Ad probandam lunam.

Si uis ergo lunam scire hoc uel illo tempore,
Sume dies Ianuarij à mensis principio,
Adde ætatem calendarum lunæ mensis ipsius.

Item.

Per nouenos quinquagenos primo si partieris
Nihilominus secundo per triginta diuiseris,
Verè lunam quam quærebas facile inuenies.

Ad probandam feriam.

Item sume dies anni, diuide per septies,
Et quot ultra septē crescunt habeto memoria,
His dictarum calendarum feriarum annectere.

Item.

His in unū adunatis summā cum colligeris,
Et septenis item suis partibus diuiseris,
Argumentum quod quærebas feriam inuenies.

De æquinoctio.

Æquinoctium uernale in prima uigesima
Martij tenere debes, quia patrum regula
Obseruare ualde monet ratione sedula.

Aliud,

Sic itaque & September coæquato numero
Quia esse duo anni comprobantur unius
Autumnale suum, alter seruat æquinoctium.

De ratione duodecim signorum.

10 Mira prorsus paganorum & sæua dementia,
Qui in coelū transtulerunt tā diuersas bestias,
Cum olympo esse constent angelorū agmina.

Illi taurum radiare dicunt inter sydera,
Qui in bouē uersum Iouē fabulose asseuerat,
Ad Italiam transuexit Agenoris filiam.

Habet fides Christiana signorum memoria,
Primum agni qui in coelū maiestate fulgida,
Regnat unicus cum patre per immentia secula.

10 Igitur nō toruus fronte nec ceruice tumidus
Noster taurus est putandus nominat' optimus,
Dulcis, blandus, atq; mitis, atq; suauis uitulus.

Ipsa est ergo tenendus faginatus uitulus,
Cuius caro immolata in crucis patibulo,
Hos cruore suo tulit de mortis periculo.

Hic non cessat nos hortari pietate sedula,
Iugo Christi summittenti exarare uicia,
Diuinorum præceptorum reportare semina.

Prosequentibus hortat' testamentū geminis,
Idolatriam calcare, solum dominum quærere,
10 Auariciam uitare sanctorum incurabilem.

Leo noster obdormiuit ut in morte uinceret,
Ideo euigilauit ut possimus surgere.
Per quem iuste merebamur à pœnis eripere.

Virginis hoc sextū signū cōpetēter sequitur,
Sexta mundi iam ætate uenit Dei filius,
Æquitatis libram tenet, iurē Deus dicitur.

Huic puro si quis corde benè ministrauerit,
Iam securus non timebit uenenum pestiferū,
Conculcare iam cum plāta scorpionē poterit.

40 Scuto fidei protectus seuum sagittarum
Deformatum nō timebit, cū equinis cruribus,
Ipse quoque superabit nefandum diabolium.

Capricornus ac deformis uultu despiciabilis,
Alios amentes facit, alios sacrilegos,
Homicidas, furiosos, alios adulteros.

Sed his omnibus cōuersis atq; bene flētibus,
Tergere de fronte solet candidus aquarius,
Crimina que spōte sūt uel instinctu demonū.

50 Duo pisces qui sequuntur uno si quo editi,
Duos populos figurant, uocatos per gratiam,
Baptismatis unda lotos, soli Deo credere.

Insanire iam illorum desinat dementia,
Qui in coelo esse credunt aliqua mortalia,
Cassa spernant, illa credant quæ Dei ecclesia.

Animalia pusilla, magna & reptilia,
Carnis pondere grauata non petunt coelestia,
Sed cum carne horum credūt interire animas.

Vbi hominum & Dei mediator fuerit,
Esse tibi electorum credimus & animas,
60 Hac daturum se promisit infinita bonitas.

FINIS.

BEDÆ PRESBYTERI LIBELLVS, DE RATIONE COMPOTI.

De tempore. i. Interrogatio.



Nde dicta sunt tempora
Respon. Tempora sunt dicta,
à temperamento, quia unus
quisq; illorum spacium separa-
tim temperatum sit. Seu quia
momentis, horis, diebus, men-
sibus, annis, seculisq; & ætibus, omnia morta-
lis uitæ curricula temperentur. Inter. Quot
modis ratio compotus discretus est? Respon.
Tribus: ait enim, natura, aut consuetudine, aut
auctoritate decurrit. Inter. Auctoritate quo-
modo? Respon. Auctoritas bifariè diuisa est:
humana scilicet ratione, & diuina. Inter. Hu-
mana quomodo? Respon. Ut sunt olympiadae
quatuor annorum, nundinae octo dierum, in-
dictiones quindecim annorū. Inter. Diuina
quomodo? Respon. Item septima die sabbatū
agiseptimo anno à rurali opere uetari. Quin-
quagesimū annū, iubilæū uocari. Inter. Con-
suetudine quomodo? Respon. Humana con-
suetudine firmatum est, ut mensis triginta die-
bus putaretur, cum hoc nec solis nec lunæ cur-
sus conueniat. Si quidem lunam duodecim ho-
ris minus, cum salua ratione saltus, solem uerò
decem horis & dimidia plus, qui solemus ex-
quisierūt testantur. Inter. Natura quomodo?
Respon. Natura duce repertum est solis annū
trecentis sexaginta quinque diebus, & qua-
drante constici. Lunæ uerò annum si commu-
nis, trecentis quinquaginta quatuor: si em-
bolismus, trecentis octoginta quatuor diebus,
terminari. Totumq; lunæ cursum decennoue-
nali circulo comprehendendi. Et errantia sydera
suis quæq; spacis zodiaci circulo circūferri.

De hora. ii.

Interrogatio.

Hora quid est? Respon. Hora est duode-
cima pars diei. Si quidem duodecim ho-
ra diem complent, Dominio attestante, qui ait:
Nonne tredecim horæ sunt dies? si quis ambula-
uerit in die, non offendit. Vbi quamuis allego-
ricè, se diem: discipulos uerò quia se inlustran-
di fuerant, horas appellauerat. Solo tamen hu-
manæ computationis ordine numerum disti-
niuit horarum. Verum notandum est, quia
si omnes anni dies decem duodenis horis com-
putentur, æstiuos necesse est dies longioribus,
brumales uerò breuioribus horis includi. Si
uerò horas æquiparare, hoc est æquinoctiales
habere uolumus, brumale diei nihilominus
pauciores, & æstiuo necesse est, ut plures tri-
buamus. Inter. Hora quot punctos recipitur?
Respon. Quatuor: & in quibusdam lunæ com-
putatis, quinque, & decem minutas, quindecim

Bedæ, tom. i.

partes, & quadraginta momenta. Inter. Sunt
hæ diuisiones temporum naturales, an non?
Respon. Non, sed conditiuè. Nam cum calcu-
latoribus necesse esset, uel diem in duodecim
horas, uel horam in quattuordecim, aut in de-
cem, uel quindecim, aut in quadraginta, aut in
alias quaslibet minores maioresq; distribuere
particulas quaesierunt sibi uocabula, quibus
id quod uocabat nuncuparent, ut alterutrū dis-
scere potuissent. Inter. Hora unde dicta est.
Respon. Hora dicta est, eo qd certi temporis ho-
ra id est terminus sit. Sed & uestimētōrū & flu-
uioꝝ, maris quoq; fines horas uocitare soles-
mus. Punctus uerò à paruo puncti trāsceso qui
fit in horologio, Minuta autem à maiore inter
uallo uocantes partes, à partitione circuli zo-
diaci, quæ tricenis diebus per menses singulos
findant. Porro momenta, à motu syderum cele-
berrimo nuncupantes, dum aliquid sibi breuissi-
mis in spatijs cedere aut succedere sentitur. Mi-
nimum autem omnium, & quod nulla ratione di-
uidi potest tempus, atomū grecè, hoc est indi-
uisibile, siue insectibile nominant.

De die. iii.

Interrogatio.

Dies quid est? Respon. Aer sole illustratis.
Inter. Vnde sumptit nomen? Respon.
Dies inde dictum est, eo quod tenebras à lu-
ce distingat ac diuidat. Inter. Dixisti diem esse
aerem à sole illustratum, cum principio crea-
turarum legimus tres esse dies ante solem con-
ditum? Respon. Verū est, in primordio creatu-
rarū tenebræ erant super faciem abyssi, Dixitq;
Deus, Fiat lux, & facta est lux, & uocauit Deus
lucem diem. Igiturq; lux ab oriente emersa, fu-
gitis tenebris, latitudineq; sui fulgoris totam
equaliter perfulsit. Primos ternos dies oriēdo
occidendoq; uelut sol terminauit: de qua luce
lunaria formata esse creduntur. Inter. Quid à
solare luce distabat? Respon. Hoc quod calo-
ris foetu carebat. Inter. Diffinitio diei quot
modis diuiditur? Respon. Bifariè, hoc est uul-
gariter, & propriè. Inter. Vulgariter quo-
modo? Respon. Vulgus nanque omnem
abusiuè solis præsentiam super terram ap-
pellat. Inter. Propriè qualiter? Respon. Pro-
priè autem & naturaliter: dies uiginti quatuor
horis, id est circuitu solis totum orbem lustran-
tis impletur, qui secum semper & ubiq; lumen
diurnum circumferēs nominare aerum spatio
noctiu sub terras, quā supra terras in die credi-
tur ex altari. Inter. Da amborum auctoritatē?
Respon. Dominus in Euangelio diem uulga-
rem diffinituit dicens, Nonne duodecim horæ
sunt diei? Moyses autem proprium ita descrip-
sit, dicens: Et factum uespere & factum est ma-
ne dies unus. Quem Hebræi & Chaldei & per-
sequentes iuxta primæ cōditionis ordinē, diei
cursum à mane usque ad mane diducunt, um-
brarum uidelicet & tempus luci supponentes:
at contra Ægypti ab occasu ad occasum. Por-
ce

ro Romani à medio noctis in medium umbrę Et Athenienses, à meridie in meridię dies suos maluerunt computare. Diuina autē auctoritas à mane usq; ad mane, unū diē in Genesi appellat. Sed Domino resurgente, eadē in euangelio, totius diei tēpus à uespera sanxit in uesperā. Ut hominem de luce lapsum in tenebras, & deinceps ē tenebris redire ad lucē significaret. Vbi primus seculi dies sit, hoc requiro. Principium seculi & conditionis mundi secundum Aegyptios, quibus Abraham à Chaldæis edoctus astrologiam aduexit, decimoquinto calendarum Aprilis die contigisse fertur, eo quod die zodiaci initium exiitisse, atque iuxta zodiaci diuisionem eo die facta est lux, quo sol Arietis signum reuertens ad exordium, ingrediebatur. Qui quarto die conditionis, uidelicet duodecimo calendarum supradictarum incipiente creatus est, quicq; pari spacio diuidens lucem & tenebras sua presentia absentiaq; uernale æquinoctio, eo die fecit, cuius diei initio tunc eum coeli locum oriens coepit, quē astrologi, quartam partem arietis esse dicunt. Eumq; post trecentos sexagintaquinque dies & sex horas rediens, ppter istas horas anno sequenti meridię faciens, uernale æquinoctium intrauit tertio uespere, quarto, medio noctis, quinto, rursus mane sicut primo occurrit. In qua die inuenitur sol, non solum primam signi partem consecuisse, uerum & quadram iam in ea die habere, ipsa est per naturā caput signiferi, duodecim signa quę particule nominantur, initium habere & terminum. Anatiolius refert, ibi quadrante dicitur, ibi saltum incipere ac finire. Vbi annum magnū, hoc est planetarum cursum, exordium finemq; sortiri, Luna eiusdem diei uespere plena orientis à medio apparens, quartam librę partē quę est, æquinoctiū autūnale tenuit, initiumq; paschale suo exitu consecrauit. Neque alia seruandi pascha est regula, quia ut æquinoctium uernale, plenilunium succedente perficiatur: at si uel una die plenitudo lunę processerit, æquinoctium iam non prima mensis, sed ultimum, luna putetur. Itaque non ab re est, quia tunc sol non primi, neque secundi uel tertij diei, sed quarti potestatem. Luna uerō illuminata ab eo, cum stellis tandem ad uesperum noctis potestatem accipit. Sed uerus ille sol qui est Christus decurso tempore ante legem legalicq; atque prophetali gratia per se incipiente nobis ortus est, suęq; lumine gratię corpus ecclesię quosq; uirū præueniens illuminauit. Quia plenilunium paschæ ante æquinoctium fieri nō potest. Ut nostrum pascha æquinoctiali solis exortu cuncta uidelicet tenebrarum officinula uincens nos uestrę deuotionis plenilunio subsequente celebremus.

De nocte. III.

Interrogatio.

Vnde dicta est nox? Respon. Nox dicta est eo quod noceat aspectibus uel negotijs

humanis, siue quia in ea fures latrones que nocendi alijs occasionem nanciscantur. Inter. Nox quid est? Respon. Nox est solis absentia, terrarum umbra conditi, donec ab occasu redeat ad exortum, qui à natura eius poeta describens, Ruit (inquit) oceano nox inuoluens umbra magna, terramq; polumq;. & Salomon facris literis expressit, qui pascit inter lilia, donec aspiret dies & inclinetur umbre. Eleganti utiq; sensu decessionem noctis, inclinationem appellat umbrarū. Sed & ista umbra quę ad sydera usq; uidetur extēdere, noctis natura est, & lunā aliquando plus ceteris syderibus. Interim obscurat ut sui luminis defectu impartiat, qd ad infima planetarū currit superiora, tamen spacia uel suo uel syderū semper lumī, efulgescunt, Sed & lunas cū infimas sui cursus absides plena adierit nonnunquā umbra memorata obscurari solet donec centrum egressa rursus à sole cernatur. Verum ne hoc omni plenilunio partiat latitudinem, quę duodecim partium diuersarum, absidarum altitudinem habere dicitur. Inter. Quot sunt quę umbram efficiunt? Respon. Tria quędam, scilicet lux, corpus, locus obscuratus. Inter. Qualiter? Respon. Lux si corpori par est, æqualis est ei & umbra: si corpus maius: augetur & umbra si exilius, minuetur & umbra. Sol autem terrę maior esse dicitur: quamuis longinquitate modicus uidetur. Atque ideo noctis umbram, quia sensum decrescit, deficere priusquam æthera pertingat, siccusq; ad æris ætherisq; confinium acuminatis instar pyramidum tenebris philosophi umbram terrę exaltari dicunt. Inter. In quot partes diuiditur nox? Respon. In septē. Inter. Quę? Respon. Crepusculum, uesperinum, conticinium, intempesū, gallicinium, matutinū, diluculum. Crepusculū est dubia lux, nam crepusculum dubiū dicimus, hoc est inter lucē & tenebras. Vesperum apparente stella eiusdē nominis, de qua Poeta: Ante diem clauso componit uesper olympo. Conticinium, quando omnia conticescunt, id est silent. Intempesum, media nox quādo omnibus sopore quietis nihil operandi tempus est, Gallicinium, quando galli cantum leuant. Matutinum, inter abscessum tenebrarum, & aurorę aduentum. Diluculum, quasi iam incipiens parua diei lux, hæc aurora & pertingēs usque ad solis exortum.

De hebdomada & septem planetis. V. Interrogatio.

Vnde dicta est hebdomada? Respon. Hebdomada, à septenario numero nomē accepit. Quia & Romani septimanam & septem diebus appellant, Manus enim apud ueteres, dies à puritate dicitur. Inter. Quomodo à populo Dei computabatur? Respon. Antiquitus à populo Dei ita computabatur. Prima sabbati, uel una sabbati, siue sabbathorum. Secunda sabbati, tertia sabbati, quarta sabbati, quinta sabbati, sexta sabbati, uel sabbato. Non quia omnes sabbatorū, hoc est requietionum dies

dies esse non poterint: sed quia à requietionū die quę suo nomine & cultu singularis excellat, prima uel secūda, uel tertia, iute ceterę suo quęq; censerentur ex ordine. Inter. Quomodo computabant gentiles hebdomadam? Respon. Verum gentiles cū obseruationem à populo Israel hebdomadis edicerent. Primā uidelicet Soli, secundā Lunę, tertiā Marti, quartā Mercurio, quintā Ioui, sextam Venere, septimā Saturno dicantes. Eisdē mensibus suos dies quibus & errantia sydera consecrantes tam & si diuerso ordine computantes. Inter. Quid se ex his habere æstimantes? Respon. Æstimabant enim se à sole spiritum habere, à luna corpus, à Martio feruorem, à Mercurio sapientiā & uerbum, à Ioue temperantiā, à Venere uoluptatem, à Saturno tarditatem. Inter. Rogo ut iuxta æstimationē tuam effectum earum mihi edisseras. Respon. Puto quod sol in medio planetarū positus, totū mundū spiritus instar calefacere & quasi uiuificare uidet, Ecclesiaste attestate qui ait, Girans girando uadit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Luna autē per humorū ministerium, incrementum, corporibus suggerit cunctis. Martis stella ut puta soli proxima colori simul & natura est feruens. Mercurius perpetuo circa solem discurrendo, quasi exhausta sapientię luce radiari putabitur. Iupiter frigore Saturni & ardore Martis hinc inde temperatur. Venus luminis uetustate quam ex Solis uicinitate percipit, suo cernentes allicit aspectu. Saturnus eo tardior ceteris planetis, quo & superior incedit. Inter. Quot annis uel diebus uniuscuiusque cursus impleri uidetur. Respon. Saturnus triginta annis signiferum implet, inde Iupiter duodecim annis. Tertius Mars duobus annis. Quartus Sol trecentis quinquagintaquinque & quadrante infra Solem, Venusq; & Lucifer & uesper trecentorum & septem diebus, à sole nunquam abstant partibus sex & quadraginta, longius proximum illi Mercurij sidus nouem diebus otio: re ambitu, modò ante solis ortum, modò post eius occasum splendens, nunquam ab eo uiginti duabus partibus remotior. Nouissima luna uiginti septem diebus, & quatuor horis signiferum conficit. Inter. Quare antē dixisti tum & diuerso ordine computantes? Respon. Quia hæc erat stultitia gentilium, falsa ratiocinatione subnixa, qui quasi iure primam diem soli, quia maximum est luminare. Secundam lunę, quia secundum luminare se consecrare putabant. De inordinata alternatione à tertia diei primam à sole stellam, quartam primam à luna, quintam secundam à sole, sextam secundam à lunę, septimam tertiam à sole præponebant.

Inter. Hebdomada apud gręcos & romanos quomodo peragitur? Respon. Septem dierū cursu. Inter. Apud hebręos quomodo? Respon. Septem annorū cursu peragitur. Declarat autē hoc Daniel de septuaginta hebdomadibus Bedæ, tom. 1.

dibus. Inter. Quot ferijs constat hebdomada? Respon. Septem scilicet. Inter. FERIA unde dicta est? Respon. FERIA à fando dicta, quasi ferria, eo quod in creatione mundi, Deus fiat dixit per singulos dies. Inter. Quis primus ferias habere edocuit? Respon. Syluester papa clerū ferias habere instituit, cui deo soli uacanti nunquam militiam, uel negotiationem liceat exercere mundanam, dicente psalmographo, Vacate & uidete quod ego sum. Et prima quidem diem quia & lux in principio facta est. & Christi resurrectione celebrata, dominicam nuncupauit. Quod illi nomen primis ecclesię temporibus fuisse inditum, testatur Ioānes, qui dicit in Apocalypsi, Fui in spiritu in die dominico. De inde secundam feriā, tertiā & quartam & quintam & sextam de suo denectens. Sabbatum ex uetere scriptura retinuit, nihil ueritus grammaticorum ferulas, qui sicut calendas, nonas, & idus, ita etiam & ferias plurali tantum numero proferendas esse decurrunt.

De mensibus. VI.

Interrogatio.

Vnde dicti sunt menses? Respon. Menses dicti à mensura, quia quicq; eorum mēsuratur. Sed melius à luna, quę gręco sermone mene uocatur. Vnde apud eos mensis, menses appellantur. Quam hebręa quoq; lingua etymologiam seruare uidetur. In eo quod Iesus filius Sirach, q itaq; hebræicę scriptis loquens ait, mensis secundū nomen est eius. Inter. Quomodo antiqui suos menses computabant? Respon. Antiqui, menses suos non à solis, sed à lunę cursu computare solebant. unde quęties in scriptura sacra, siue in lege seruante legem, quōta die mensis quid factum dictum uel sit, indicatur. Non aliud quā luna ætas significatur. A qua semper hebræi, quibus credita sunt eloquia dei, antiquo patrum more menses obseruare non cessant. Primum mensem nouorum, qui paschæ ceremonijs sacraus est Nisan appellantes, qui propter multiuagum lunę discursum, nunc in Martium mensem, nunc incedit in Aprilem, nunc in aliquot dies Maij mensis occupat. Sed rectius Aprili deputatur, quia semper in ipso uel incipit uel finit uel totus includitur. Ea duntaxat regula obseruata, ut quę quindecima post æquinoctium luna extiterit, primum sequentis anni mensem faciat, quę uerō ante nouissimum procedentis. Sic per ordinem duodecim menses lunares computant, quos propter lunę circulum qui uiginti nouē diebus, semis stat tricenis, unde tricenisq; diebus alternātes. Secūdo demum uel tertio anno exacto, mensem superfluū qui ex annuis duodecim epactarum diebus confici solet, intercalat chorus & prætexatus hæc esse causam dixerūt.

De mensibus Romanorum. VII.

Interrogatio.

Quare tam diuersę longitudinis habeantur? Respon. Romulus cū ingenio acris

sed agresti, statum pprie ordinaret imperij, initium mensis ex illo sumebat die quo nouam lunam contigisset uideri. Quia non continuo euenit, ut eo die semper appareat, sed modo tardius modo celeriter ex certis causis uideri solet. Cōigit ut cū tardius apparuit præcedenti mēsi plures dies, ac cū celerius pauciores darentur, & singulis quibusq; mensibus perpetuam numeri legem primi casus adduxit, sicq; factū est, ut alij triginta, alij triginta unum, sortirentur dies. *Inter.* Quomodo menses suos uocauit. *Respon.* Primum mensem Romulus, Martij cuius se filium esse uoluit, dicitur. Eo quod eo mense constet Iunonē, Martem peperisse in Phrygia. Quem mensem anni principium aliquādo fuisse, uel ex hoc maxime probatur, quia ex eo septimus, octauus, nonus & decimus inditū antiquitus à numero nomen usq; hodie appellat. Secundū mēsem appellauit Aprilē quasi aperilē. In eo qd̄ in illo remotis nubibus, pruinis ac tēpestatibus hibernis cōlū, terra & mare, nautis, agricolis & horoscopis aperiat. Arbores quoq; & herbae in germē, sed & animātia quoq; in prolē se aperire incipiāt, Maiū tertium, quartū Iunū posuit maiorum ac iuniorū, in quos diuisit populū, ut altera pars armis, altera consilio rempublicā tueretur. Contendunt alij Maium Mercurij matrē Maio nomen dedisse. Hinc maxime probantes, quia hoc mense mercatores omnes Maię Mercurioq; pariter sacrificabāt, Iunius mēsis aut ut ex parte populi (ut diximus) nominatur, aut ut Cingius arbitratu Iunonius apud Latinos antea uocabatur, & hæc appellatio mensis apud maiores diu permāsit, sed detritis quibusdā postea literis, ex Iunonio dictus est Iunius. Nā & ædes Iunoni Monetæ calēdis iunij dicatae sunt. Iulius mēsis Quintilis, quod à numero sumpterat, etiam post præpositos Martio duos mēses seruauit. Sed post in honore Iulij Cesaris Iulius uocatus est mensis. Quartum Idus Quintilis procreatus sit. Augustus mensis, Sextilis antea uocabatur, donec honor Augusti daretur ex senatusconsulto. Eo quod ipse die primo huius mensis, Antonium & Cleopatram superauerat, & imperium populi Romani firmauerat. Septembris mēsis, October, Nouember, & December, principalem sui retinent appellationem, significantes nomine quoti auerno mense, id est Martio, uel quia imbres in eis immineant. Hæc Romuli fuit annua ordinata dimensio qui annum decem mensium, dierum uerò trecentorum & quatuor, habendum esse cōstituit, mensesq; ita disposuit, ut quatuor ex his Martius, Maius, Quintilis, Octimber triceno singulos, sex uerò reliqui tricenos habent dies, qui hodie quintanas habent nonas, cæteri septimanas autem habentibus ab idibus reuertebantur calendę ad diem decimumseptimum, uerum habentibus quintanas ad decimum octauum remeabat initium calendarum, Sed cū hic numerus neq;

solis cursui, neque rationibus lunę conueniret, nonnunquā usu ueniebat ut frigus anni æstiuis mensibus, & eius calor hyemalibus proueniret. Quod ubi contigisset tantum dierum sine ullo mensis nomine patiebantur absumi, quantum ad id anni tempus adduceret qui cœli habitus instanti mēse aptus inueniretur. *Inter.* Quis postea augmentum anni addidit? *Respon.* Numa securus, quinquaginta dies addidit, ut in trecentis quinquaginta quatuor diebus, quibus duodecim menses lunæ cursus confici crederet, annus extenderetur; atque quinquaginta diebus à se additis, alios sex retractos illis sex mensibus, qui triginta habebant dies, id est de singulis singulos, factusq; quinquaginta, & sex dies in duos novos mēses, pari ratione diuisit de duobus priorem Ianuariū nūcupauit, primumq; anni esse uoluit, tanquam bicapitis diē mensem respicientem transacti finem futuriq; principia. Quidā autem Ianuariū nuncupatum, ex eo quod limes & ianua sit anni. Secundum mensem Numa dicitur Februū, id est Plutoni, qui lustrationum parens esse credebatur. Lustrariq; eo mense ciuitatē necesse erat. Quā cōsuetudinem modò uersa uice in melius, christiana religio eodem mensis die seruat. Vniuersa plebs sacra ministeria beate Marię offerentes modula, cū sacerdotes ministrisq; cereis in manibus ardentibus gestant. Paulō post Numa in honorem imparis numeri unum adiecit diem, quem Ianuariū dedit, ut tam in anno quā in mensibus singulis, præter unum Februariū impar numerus seruaretur, quasi inferus, & diuinitio impar numerus conueniret. *Inter.* Quis primus Latinorum ad numerum solis annum instituit? *Respon.* Caius Iulius Cæsar, imitatus Aegyptios ad numerum solis annū, sicut hodie seruatur, instituit. Decem uidelicet dies obseruationi ueteri superadiiciens, annū, trecenti sexaginta quinque dies, quibus ipse zodiacum lustrat, efficerent. *Inter.* Quis primus eorum quadratē anno imposuit, uel qui bissexti nomen dedit? *Respon.* Ipse prædictus Cæsar ne quadrans deesset, statuit, ut quarto anno sacerdotes qui curabant, mensibus ac diebus unum intercalarent diem. Eo scilicet mense ac loco, quo & apud ueteres mensis intercalabatur, id est ante quinque ultimos mensis Februarij dies, idq; bissextum censuit nominandum. Omnia autem intercalationi mensis Februarij deputatus est, quomodo si ultimus anni erat, quod etiam ipsum de Græcorum imitatione faciebant. Nam illi ultimo anni sui mēse superfluos interserebant dies. Verum una re à Græcis differabant. Nam illi cōfecto ultimo mense, Romani in cōfecto Februarij, sed per uigesimum & tertium diem eius intercalabant terminalibus, scilicet iam peractis deinde reliquos Februarij mensis, qui erat quintus post intercalationem subiungebant. Credo ueteri religioni suæ more, ut Februariū omnino Martius

tius sequeretur. *Inter.* Quare sexto calendas Martij intercalatur? *Respon.* Ob hoc autem bissexti diem in mense Februarij placuit intercalare Romanis, quia hic breuior cæteris, & extremus anni mensis erat. Verum ideo nondum expleto eo, quem admodum Aegyptij & Græci de cursu totius circulo facere uolebant, ne omnino decisa sua lege ueteri, initium Martij mensis à Februarij fine se iugerent. Ideo non sextū calendarum Martiarum diem, quia deum Terminus colentes, Terminalia sacra quæ uigesimotertio mensis eiusdem diem semel instituerat, in aliam diem mutare prorsus non dubitabant. Sed his ritē celebratis unum quadrantis diem interponebant.

Interrogatio.
De calendis, nonis, & idibus, rogo ut edisseres nobis. VIII.
Respon.

Præcis temporibus pontifici minori hæc prouidentia delegabatur, ut noue lunæ primum obseruaret aspectum, uisumq; regi sacrosculo nunciaret. Itaq; sacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex calata, id est uocata, in Capitoliū plebe iuxta curiam Calabrā, quæ casæ Romuli proxima est, quos numero dies à calendis ad nonas superessent pronuntiabat, & quintanas quidē dictio quinques uerbo calo, septimanas repetito, septies prædicabat. *Inter.* Verbum calo quid interpretatur? *Respon.* Verbum calo græcè, in latinum sonat uoco. Et hunc diē, qui ex his diebus qui calarentur primus esset, placuit calendis uocari. Hinc & ipse curiæ ad quam uocabant, calabrum nomen datum, & classis quod omnis in eam uocaretur populus. Ideo autem omnis pontifex numerum dierum qui ad nonas superessent calando prodebat. Quia post nonam lunam oportebat nonarum diē populares qui in agris essent, confluerent in urbem, accepturos causas feriarum à rege sacrorum, scituosq; quid esset eo mense faciendum. Vnde quidam hinc existimant dictas quasi nouæ initium obseruationis, uel quia ab eo die semper ad idus nouem dies putarentur. *Inter.* Idus unde dicti sunt? *Respon.* Porro idus uocari placuit diem qui diuisit mensem. Idiare enim & rusticalingua diuidere est, unde uidua quasi ualde diuisa. Nonnullis placet idus dictas uocabulo græco à specie, quia apud illos idea uocatur quod ea die plenā speciem demonstrat. *Inter.* Quomodo in scriptura sancta calendis legitimus, quomodo intelligendum est? *Respon.* Quoties in scriptura sacra calendis legitimus, nihil aliud intelligendum est quàm ortum nouum lunæ. Iuxta illud numerum in calendis hic, id est in mensi exordijs offerretis holo causta domino. Quia in mirum Hebræi non alia mēsum exordia quàm nouilunia norunt. Sed & Græci & Aegyptij nullam in suis mensibus calendarum, nonarum, iduum distinctionem obseruant. Verum ab incipiente cuiq; mensis exordio usq; ad terminū

eius, crescente simpliciter & inerrabiliter, dierum currentium ordine computando perueniunt, quorum Aegyptij quarto calēdas Septēbris, Græci autem à calēdis Decembris suum inchoant annum: calēdæ uocationes, nonæ noua obseruatio, idus diuisio interpretatur.

De quatuor temporibus anni. IX
Interrogatio.

Quot sunt tempora anni? *Respon.* Quatuor, quibus sol per tempora anni, cœli spacia discurrendo subiectum temperat orbē.

Inter. Quomodo orbem temperat? *Respon.* Hyems enim utputa longius sole remoto frigidus est & humidus. Ver illo super terras redeunte humidum & calidum. Aestas illo desuper feruente calida & sicca. Autumnus illo ad inferiora decedente siccus & frigidus. His igitur amplexatibus se inuicem, cuncta orbis spatia quæ circa se moderantur, fiunt. *Inter.* Quot sunt elementa principalia? *Respon.* Quatuor.

Inter. Qualiter distinguuntur? *Respon.* Prima, terra namq; sicca & frigida. Secūda, aqua frigida & humida. Tertia, aer humidus & calidus. Quarta ignis calidus & siccus. Ideoq; hæc autumnus, illa hyems, iste ueris, ille cōparatur aestati. *Inter.* Quomodo hæc tempora initiantur? *Respon.* Non à principijs mensium initiantur, sed à medijs. Sed & diuersi diuersè ponunt. Iudorus autē Hispanicē episcopus, hyemem nonum calē. Decemb. Ver octauum calē. Martij. Astatem octauum calē. Iunij. Autumnum decimo calē. Septembris dixit exortum. Græci autem & Romani, quorum in huiuscemodi disciplinis potius quàm Hispanorū auctoritas sequi cōsueuit, Hyemem octauum Iduum. Nouēbris. Ver septimum Iduum Februarij. Astatem septimum Iduum Maij. Autumnū septimum Iduum Augusti inchoare decernunt. Hæc uis uidelicet & æstatis initia uespertino uel matutino, uergiliarum ortu occasuq; signantes. Item ueris & autumnū cū Pleiades medio ferē die uel nocte oriuntur & occidunt, ponentes ingressum. Deniq; in libris cosmographicorū authenticis ac nobilissimis, ita eadem tempora ad lineam distinctam reperimus, adnotato & ortu uergiliarum, septimo Iduum Maij, occasu quoque earundem, septimo Iduum. Nouemb. Et Plinius secundus in libro suo, naturalis hystoriae eodē modo distinguenda iudicauit. *Inter.*

Quare his nominibus hæc quatuor tempora uocentur? *Respon.* Ver autem uocatur sic, quia in eo cuncta ueruent, id est uirescunt. Aestas, ab æstu, in eo maturandis fructibus datur. Autumnus de autumnatione fructuum, qui in eo colliguntur. Porro hyems, à doctoribus, frigus uel sterilitas dicitur.

De æquinoctio uerno. X
Interrogatio.

De æquinoctio uernale, quod caput esse quatuor mutationum annualium, mundi origo docet, ut breuiter edisseras rogo.

Respon. Regula tenet ecclesiastica observatio nis, à Niceno confirmato concilio, ut pascha dies ab undecimo Aprilis, usq; in septimum ca lend. Maij inquiratur. Item catholice institu tionis regula precipit, ut ante uernalis æquino ctij transgressum pascha celebratur. Qui ergo octauo calē. Aprilis die deputat æquinoctiū, necesse est id em ante æquinoctium pascha celebrari, licitū neget. Ipsum quoq; pascha Do minus pridie quam pateretur cum discipulis fecit. Aut octauo calendarum Aprilium, non fuisse, aut ante æquinoctium fuisse confirmet. Non autem nostri tantum temporis, sed etiam legalis & Mosaica decernit institutio. Non an te trāscensum huius æquinoctij diem festi pa schalis esse celebrandum, sicut Anatolio atte stāre euidēter docet, & Iosephus, sicut & eorū antiquiores Agatobolus ex Panaiada, qui unō ex illis septuaginta senioribus fuit, qui missi fue rant à pontificibus ad Ptolemæum regem He bregorū libros interpretaturi in Græcū sermo nem, quiq; multa ex traditionibus Mosis pro ponenti regi atque percunctanti responderūt. Ipsi ergo cum quæstiones Exodi exponerent, di xerūt pascha non prius esse immolandū, ni hoc æquinoctium uernale transiret. Vnde nos nec esse est obseruandam ueritatis regulam dica mus apertē. & pascha ante æquinoctium tene brasq; deuictas non immolandū, & hoc æqui noctium duodecimo calendarum Aprilium die ascribendum. Sicut non solum auctoritate paterna, sed & horologica cōsideratione do cemur. Sed & cætera tria tempora in huiusmo di confinia, simili ratione aliquot ante octauū calendarum sequentium esse notanda.

De annis. XI.

Interrogatio.

Vnde dictus est annus? **Respon.** Annus ab innouando cuncta quæ naturali ordine transferant, uel à circuitu temporis nomen accepit. Quia ueteres annum pro circum, ponere solebāt, ut Cato dicit in Originalibus oratorū. Annum terminum, id est circum terminum, & ambire dicitur pro circumire. **Inter.** Quot modis dicuntur anni? **Respon.** Est autem annus lunaris, est & solaris, est & errantium dis cretus stellarum, est & omnium planetarum unus, quem magnum specialiter nuncupant. **Inter.** Lunaris annus quot modis accipitur? **Respon.** Quadrifariæ. Primus namq; cum luna uiginti septem diebus & octo horis zodia cum percurrens, ad signum ex quo egressa est reuertitur. Secundus, duobus diebus & quatuor horis prolixior, qui consuetē mensis appellatur, cum solem à quo noua digressa est, uiginti nouem diebus, & duodecim horis exactis, iam defecta repetit. Tertius qui duodecim mē sibus huiusmodi, id est trecentis quinquaginta quatuor diebus expletur, & uocatur communis, eo quod duo sapissimè tales pariter currāt. Quartus, qui embolismus græcè dicitur, id est

super augmentum, & habet tredecim menses, id est dies trecentos trigintaquatuor. Qui uerq; apud Hebreos à principio mēsis pascha lis incipit, ibidemq; finitur. Apud uerò Roma nos ab incipiente luna mensis Ianuarij sumit initium, ibiq; terminatur. **Inter.** De solare an no quomodo dicitur? **Respon.** Solaris annus est cum ad eadem loca syderū redijt, peractis tre centis sexagintaquinque diebus, & sex horis, id est quadrante totius diei. Quæ pars quater ducta, cogit inter unū diem quem Romani bis sextum uocant, ut ad eundem circuitum redea tur. Quartus solaris gyri annus, bissextilis, ceteris tribus uno prolixior, à quo confecto sol ad cuncta signorum loca eidem dierum noctiūq; quibus ante quadriennium reuertitur horis. An nus errantium stellarum est, quod illarum quo que zodiaci ambitum lustrat. Annus magnus est, cum omnia simul errantia sydera, ad sua que que loca sibi habere recurrant, id est, quingentis triginta duobus annis expletis. **Inter.** An num ciuilem, id est solarem, ubi Hebrei, Græci, Ægyptij, Romaniq; incipiūt? **Respon.** Hebrei ab æquinoctio uerno, græci à solsticio, ægyptij ab autumno, Romani incipiunt à bruma.

De signifero circulo & solis lunæq; cursu. XII.

Zodiacus circulus constat ex duodecim signis, per quem septem sydera errantia currunt, id est Sol, Luna, Mars, Mercurius, Iupiter, Venus, Saturnus. Quæ quidem signa simul habent partes trecentas sexaginta, singularem uerò triginta. Partes autem zodiaci quotidianos solis in cælo debemus sentire progressus. Signa tantæ sunt magnitudinis, ut non minore quam duarum spacia horarum uel oriri uel oc cidere, uel de loco possint moueri. Singulis tri cenæ partes, ob tricenos dies, quibus à sole lustrantur, adscribuntur decem & semis ho ræ, plus sunt quam plenam partem uiginti qua tuor horarum, non reddūt simul, & computare negliguntur. Attamen & ipsæ duodecies cir cumactæ, ubi dies quinque, & quadrantem con sumauerint. Jam quātum ad tricenas partes ad diderint, patebit, completusq; solis annus non trecentis solum, & quadraginta diebus, sed ad ditis quinque diebus, & quadraginta perficitur. Vnde signifer est, trecentis quidem sexa gintaquinque partibus latus. Harum duas me dias sol & luna omnes peruagare cōsueuit. Sol trecentis sexagintaquinque diebus & sex ho ris zodiaci ambitum, luna uiginti septem die bus & octo horis lustrat. Singula autem signa sol triginta diebus, & denis horis ac semisse, Lu na autem in binis diebus & semis horis ac bis se unius horæ perlabitur. Si quæris quid bis se significet, tanto minus abesse ab integra hora quanto octaua ab duodecima, decima à deci ma quinta, uigesima à trigesima. Tertia parte subtracta, quoties duæ solæ remanent, ipse due partes bisse, tertia trien nūcupatur. Errant ergo qui lunam tricenis diebus tantum spaciū cæle

ris

ris, quantum trecentis sexaginta solem percurrere dicunt. Cum manifeste ueritas prodat quæ supra perstrinximus: lunam uiginti septē diebus & tertia diei parte constat conficere so lem: & quantum spaciū in uno suo mēse lunam, tantum in tredecim suis sol excedere circuitum.

De bissexto. XIII.

Interrogatio.

Sunt nonnulli qui facilitate computandi absq; labore comprehendant, quanta bis sexti crescit particula per singulos annos uel menses uel etiam septimanas & dies in cessante adimpleatur nec tamē dicere nouerint, qua liter eadem particula crescit, uel quæ sit causa, quæ ue ratio cremētī ipsius quid ue nasceretur erroris infesti, si non ipse dies bissexti suo iuxta morem necessarium intercalaretur in ordine, hæc omnia per rationem declara. **Respon.** Bis sextus, ex quadrantis ratione per quadriennium conficitur. Quadrantē namq; solent appellare quartam partem cuius rei liber. Verbi gratia pecuniæ, temporis, loci, & ideo quarta pars diei qui uiginti quatuor horis cum sua nocte com pletur, id est horæ sex, quadrans consuetē uo catur. Quadrantis autem huius, quæ per qua driennium in diem integrum colligendū, & suo loco intercalendi autem est ratio. Quod sol annum cæli ambitum, id est duodecim signa circuli zodiaci notissima, non in trecentis sexa ginta quinque diebus, sed superadditis sex ho ris adimplere cognoscitur. Vnde fit, ut si uerbi gratia nunc æquinoctialem cæli locum mane oriens intrauerit in hunc, anno sequenti meri die, tertio uespere, quarto media nocte, quinto rursus in exordio diei, ut puta completo diei totius circuitu recurat. Sicq; necessario diem superfluum admonet ubi libet interponen dum, quem Ægyptij anno suo solēnter exple to, id est quarto calendarum Septembrium, Ro mani autem sexto calendarum Martiarum die, unde & bisextum uocant inter calare consue runt. Quod si quis calculatorum facere trecentis solum, ac sexagintaquinque diebus omnes se annos agere debere putauerint, magnum si bi mox inueniet annui circuitus occurrisse dis pendium, ita ut post aliquot annorum uer ten zium curricula æstiuis mensibus uernum tem pus, uernis brumale, brumalibus autumnale, autumnalibus æstiuum se offendisse peruersus computator horrescat. Si cui sanè quod de si gnifero & cæli ambitu paucis diximus, forte ha bentur incognita, huic uulgari & fortassis com pendiosiori & manifestiori ratione satisfacere curauimus, ut qui cæli signis pueri in secula non didicit, saltem horologij lineis in terra quæ necessaria quærit apprehendat. Et hic ergo sciat, solem morulis suis & tarditate cotidiana quadrantis huius anni, disponente opere creatoris esse ministrum: quem diligentior in quisitio declarat, non ad eandem horologij lineam per trecentos sexagintaquinque dies posse

reducit, sed si uerbi gratia præsentī anno in æ quinoctio uernali, quæ iuxta Ægyptios qui cal culatorū tenent palmam, duodecimo calenda rum Aprilium die solet euenire à medio orien tis, surrexerit eodem die post annum aliquan to inferius oriri, & tertio, quarto, quinto anno eandem diminutionem intantum naturali sui cursus augeri temperātia, ut nisi dies bissextus, ante trecentos iuxta morem intercalaretur, iam duo decimo calendarum Aprilium die facturus æquinoctium à medio surgat orientis, eandem nihilominus tarditatis suæ constantiam. In cæteris quoq; per totum annum seruaturus ex orbitibus simul & occasionibus.

De mensura cremētī. XIII.

Interrogatio.

Bissextilis edificere cupio. **Respon.** Dicimus quadrantem diei, id est sex horas per annum ad crescere horam, per duos menses solis natura les, id est dies triginta & horas decem, dimi dium horæ per unum mensem. Porro quartam partem horæ unius, id est punctum unum per dimidium mensis. **Inter.** Vbi cremēta uel de trimenta solis & lunæ, secundum rationem natura anno inferi debent? **Respon.** Naturæ ratio cremēta uel detrimenta solis & lunæ locis æquinoctialibus, ubi primò creata sunt initiari uel finiri deposcit, solis quidem uerni, lunæ uerò in autumnalis loco æquinoctij, sed diuersi locis in diuersis saltum ponere procurabant. Nā Anatolius, in æquinoctio & decimo quartæ to sui decennouenalis anno circulus de octo in uiginti posuit. At contra Victorius, tertio ante finem ogdoadæ anno inferendum censuit ca lendis Ianuarijs, de quarto in decimo sexto, ad didit. Porro Ægyptij, in quorum sentētia nunc catholica consentit ecclesia, primo anno decē nouenali circuli adfigūt, in loco undecimo ca lend. Aprilis de octaua decima in nullam cōm putantes. Sciendum est autem ubicunq; addi tus fuerit, ibi tres pariter menses undecimcentum computare dierum.

Interrogatio.

De saltu lunæ & plenius edificere cupio. XV.

Respon.

De saltu lunæ uerisimile apparet, quod est citior quam uulgo putatur lunaris incen sionis locus & hora præcurrer. Nam quomodo fieri posset, ut per annos denos & nouenos, unum necesse esset solito dierum numero affer ri, si non hæc uelocitas aliqua lunaris gyri, pau latim toto circuli decennoualis tempore pro curaret, quomodo eius tarditate cursus solaris agi probatum est, ut unus per quadriennium eius cursui augetur dies. Huius autem uelocita tatis, & (ut ita dicā) anticipationis, tamen si or do non facile patet, n. ensura nequaquam la ter et. Constat enim, quia diminutio illa atq; ablatio diei unius, quæ quomodo agitur per denos & nouenos annos tota conficitur, hora per sin gulos annos & uno puncto, & decimanona

cc 4

parte unius momenti augetur. Dies nanque uiginti quatuor horas habet, e quibus cum nouemdecim, totidem annis circuli decennouenalis distribueris, remanent quinque. Has multiplica per quatuor, quia uidelicet hora quatuor punctis constat, fiunt uiginti. Da singulos singulis annis, & remanet unus. Hunc diuide per decemnouem, & uidebis quod ad saltum lunæ complendum, ut diximus, annuatim hora & punctus, & decimanona pars unius puncti ad crescit. Non ergo unis eiusdemque uel articulis temporum uel coeli climatibus lunæ celebratur ascensio, sed semper aliquanto citius quam præcedente mense prouenerat, ut sit, unde unus anno decimonono transiliatur dies.

De cyclo decennouenali. XVI.

Cyclum decennouenalem propter quatuordecim lunas paschales Nicæna synodus instituit. Eo quod ad eundem anni solaris diem unaqueque luna per decemnouem annos ducentos trigintaquinque, circum acta uicibus inerrabili cursu redeat. Cuius cycli ordinem primum Eusebius Cæsariæ Palæstinæ Episcopus composuit. Qui diuiditur in octo adas & endecadas, hoc est in octo & undecim annos. Octo enim anni lunares, totidem solares, duobus tantum diebus transcendunt. Quorum alter ad explementum occurrit endecadis, alter ratione saltus absumentur. Alioquin endecadas solares uno die transcenderet lunarem, licet quidam uolenter hos dies ex bissextis octo annorum supplere nitantur. Cum bissextus soleat in mense Febru. soli superfluis & lunæ futuro tempore nihil præiudicare & ipsi nullum hendecadi bissextum addant. Ut ergo apertius dicam, duæ lunæ dies qui supersunt in octoade, duos qui desunt in endeca complebunt. Habet enim octo assolares dies exceptis bissextis duo milia noningenti uiginti. Lunaris uero dies duo milia noningenti uiginti duo.

Endecas solis habet quatuor milia quindecim. Lunæ autem, quatuor milia tredecim dies. Octo assolis, habet menses nonaginta sex. Lunæ autem nonagintanouem.

Endecas uero solis, habet menses centum triginta duo. Lunæ autem centum triginta sex.

Et habet cyclos decennouenales, menses solares ducentos uiginti octo. Lunares ducentos trigintaquinque dies.

Exceptis bissextis utriusque syderis, sex milia miliarium noningenta trigintaquinque.

De conuentia decennoualis. XVII.

Cyclus decennouenalis octo lineis est ordinatus. Prima eius linea, temporum seriem continet. Quæ Græci ab annis Diocletiani persecutoris, calculare decreuerunt. Sed Dionysius secūdus abbas Romanus, utriusque lingue peritus, Græcæ & Latine cyclos scribēs paschales, noluit eos ab impij principis annis computare. Sed magis eligens ab incarnatione domini nostri Iesu Christi annorum serie prænotare, unius

singulis annis augmento in maius proficientes propter notitiā exordij spei nostræ, & causam reparationis humanæ: id est ut passio seu resurrectio Domini facilius inueniret. Sed quia lunaris circulus decennouenalis est. Solaris autem uiginti octo conficitur annis. Multiplicatis per se inuicem ambobus summa quingentorum uigintiduo colligitur annorum. Qua tandem replicata totus solaris lunarisque cursus ordo in sua uestigia per se reuoluitur. Eundem decennouenalis lunarisque circuli annū, easdem epactas lunæ, solis quoque dies concurrentes, eandem decimam quartam lunam, eundem dominicæ paschæ diem, a lunā ipsius ex ordine restituēs: unde secundo anno circuli, quem primum Dionysius scripsit, quingentesimum trigentesimum tertius ab incarnatione Domini completus est annus. Ipse est nimirum iuxta cōcursum syderum, ille in quo in carnari dignatus. Quia hic secundus annus cycli decennouenalis decem octo circuli lunaris undecim habens epactas, quinque concurrentes, septimanæ dies, lunam paschæ quatuordecimā, octauo calen. Aprilis, omnia tunc fuere similia. Et si esset qui tūc pascha, more nunc ecclesijs usitato die dominica. Ipsa nimirum dies quomodo hic adnotandū est sexto calē. Aprilis ueniret, ac lunā haberet sextadecimam. His igitur ita se habentibus annus passionis dominicæ quæ retribus nota uia est. Habet enim ni fallor ecclesiæ fides in carne paulo plusquam triginta & tres annos usque ad suæ tēpora passionis uixisse. Quia uidelicet cum triginta annorum fuisset baptizatus, est sicut euāgelista Lucas testatur. Et tres semis annos post baptismum prædicauerit, sicut Iohannes in euāgelio suo non solum commemoratio redeuntis paschæ tempore perdocet, sed & idem in Apocalypsi sua. Daniel quoque in suis uisionibus propheticè designat, sancta siquidem Romana & apostolica tenet ecclesia. Quomodo igitur ut supra memorauimus, quingentis triginta duobus annis, paschalis circuli circūagitur. His adde trigintares, uel potius triginta quatuor, ut illum ipsum quo passus est Dominus, attingere possis annum, fiunt quingenta sexaginta sex. Ipse est ergo annus dominicæ passionis & resurrectionis à mortuis: quia sicut quingenta trigintares primo, ita quingentesimum sexagesimum, & trigentesimo quarto per uniuersos solis & lunæ concordat discursus. Et ideo circulis beati Dionysij apertis, si quingentesimum sexagesimum sextum ab incarnatione Domini contingens annum, decimam quartam lunam in eo nono calē. Aprilium fieri reperies & idem paschæ dominicum, sexto calen. Aprilis lunam decimam septimam. Nam quod Dominus decima quinta luna feria, sexta, crucem ascenderit, & una sabbatorum, id est die dominica resurrexit à mortuis, nulli licet dubitare catholico, negligi quæ agnum paschalē decimo quarto die primi mēsis ad uesperam immolari præcepit

precepit pariter cū euāgelio quod dominum eadem uespera tantum à ludæis, & mane sexta feria crucifixum ac sepultum, prima sabbati resurrexisset, perhibere uideatur.

Secundus ordo circuli decennouenalis cōplectitur in dictiones quindecim annorum circuitu, in sua semper uestigia reducēs. Quas antiqua Romanorum industria comperimus, ad cauendum errorē qui de tēporibus forte oboriri poterat, instituas. Dum enim uerbi gratia qui liber imperator medio anno tempore uita uel regno decederet, poterat euenire ut eūdem annum unus historicus eiusdem regis ascriberet temporibus, eo quod eius partem regnaret. Alter uero historicus eundem successoris illius potius ad titulandum putaret, eo quod & hic partē æque eius haberet in regno. Verū ne per huiusmodi dissonantiam error temporibus inolefceret, statuere in dictiones, quibus uterque scriptor, immo etiā uulgus omni tempore cursum facillimè conseruaret. Quia pro facilitate quoque calculandi quindecim esse uoluerūt, ut planissimo numero, & ad multiplicandū promptissimo compēditiosius transacti temporis status in memoriam possent reduci. Incipiunt autem in dictiones ab octauo calen. Octob. & ibi terminantur.

Tertia præfati circuli linea continet epactas lunares, quæ ad cursum solis annuatim undecim diebus ad crescere solēt. Inde epactæ Græco uocabulo. Idem adiectiones dicunt, quæ per annos singulos undecim dierum ut diximus accumulentur augmento. Vel certe quæ ad inueniendas quotæ sint lunas, calendarum duodecimo, & per totum adijciūt annum, ut præter iure id est, adiectiones uocantur. Et quidē per totum anni uertentes orbem, suos quoque dies habet adiectiones lunares undecim. Nā uerbi gratia si hodie cum scribo quinta est luna ipsa isto die, post annum, decimum sextum erit luna, & sic semper pro undecim adiectionibus annis singulis crescens usque ad trigentesimam, & quod remanet tota erit luna, nec eadem huc quæ non est priusquam decem & nouem annorum peracto circulo redijt. Sed propriæ quæ in circulo decennouenale annotatæ sunt epactæ lunæ quota sit in undecimo calē. Aprilis, ubi paschalis est festi principium, signant hanc præfixam sui cursus regulam, semper obseruantes, ut quoties minorem sexdecim numerum habent, paschalē lunam præferat. Quoties autem maiorem in uentem lunam paschæ quærendum demonstrat, quarum locus annuale undecimo calendarum Aprilis.

Quarto decennouenali circuli tramite designantur epactæ solis, id est concurrentes septem mane dies unius semper ternos per annos, duorum autem per annū bissextilem usque ad septimum numerum adiectione crescentes. Quarum circulus habet annos quater septenos, id est uiginti octo, qui nimirum non ante

potest consummari, quam bissextus qui quarto redire solet anno, cunctos septem mane dies contingat. Dominicā uidelicet primā feriam, quartam feriam, secundam feriam, sabbatum, quintā feriā, tertiā feriā. Hoc etenim illos ordine currit. Cumque suas quæque anni dies habeat concurrentes, hæc quæ in circulo sunt adfixæ concurrentes, specialiter quæ sit nono calendarum Aprilium ferè designant, uidelicet ut propius festiuitatis paschalis exordio positæ facillimè diem epactarum, uel decimæ quartæ lunæ quotæ sint, feria pandant. Ac per hoc ad paschalis inuentionem diei Dominici, planum faciant iter. Contigit autem eadem concurrentium annua diesque calculatorem meminisse iuuat, & iam secundo calen. Aprilis, septimo iduum Aprilis, decimo octauo calendarum Martiarum, ex un decimo calen. earundem. Cuius circuli talis est cursus, ut quicumque bissexti anni sunt, concurrentes ipse & ante quinquēnium fuerint. Et post sex annos futurae sunt que primo bissextum anno sunt eadem, & ante annos undecim transierint, & post sex redeant, quæ secundo post bissextum eadem, & ante sex annos ierint, & post un decim remanent, quæ tres post bissextum ipse, & ante sex annos præterierint, & post quinque reuertantur. Et huius ordo discretionis, cunctos annorum uertentium complectit dies. Meminisse omnis calculator debet, easdem concurrentes solis trigesimo, ab hinc anno quias ex proximo secuturus eadē sexaginta, quæ & quatuor eadem nonaginta, quæ & sex easdem centum uiginti, quæ & octo easdem cētum quinquaginta, quæ & decem & ceteras in hunc modum esse reddituros. Quocumque numero annorum transacto cōcurrētes scire desideras, eundē numerum uides quoties habeat triginta, & trigesima parte geminata, cōcordiā uertentiū cognoscis annorum. Verbi gratia trecenti decies habent triginta. Et propterea eadem concurrentes, trecentesimo anno quæ uiginti sunt futurae, si quid residui fuerit & hoc adijces. Eodē modo etiam in præterita concurrētiam ordo respicit. Item quia circulus lunaris decennouenalis præsentis anni epactæ uigesimo anno redeūt, sequentis ab hinc quadragesimo tertij, sexagesimo quarti, octuagesimo quinti, ceterisimo sexti, centesimo uigesimo septimi, centesimo quadragesimo octauo, centesimo sexagesimo noni, centesimo octuagesimo decimi anno, & cetera similiter. Quod & de luna quartadecima paschæ ceterisque que decennouenali circulo includuntur, æque sciendum est, poterit diligens calculator etiam prolixiores sibi temporum sequentium annotare recursus, quibus semper meminerit etiā præteriti aui congruere statū.

Quinta circuli decennouenalis regione lunaris circulus includitur, à quarto eius incipiēs & tertio cōplexus in anno qui proprie Romanorum, & est ad mensem Ianuariū pertinens.

Nam

Nam sicut annus quisque decennouenalis circuli propter legalem Hebræorum obseruationē à paschali mense inchoat ibidemque finitur. Ita & hic Romanorum institutione à luna Ianuarij inchoat atque ibi desinit. Sicut & ille, sic & iste primum & secundum communes annos, tertium habet embolismum, quartum & quintum communes, sextum embolismum, septimum communem, octauum embolismum. En decas quoque circuli lunaris instar decennouenalis, septem annos communes, & quatuor habet embolismos. Et habent communes anni menses lunares duodecim, dies trecentos quinquaginta quatuor. Embolismi autē menses tredecim, dies trecentum octogintaquatuor. Præter unum duntaxat octodecim cycli huius annum, qui est decennouenalis primus, in quo unus dies ratione saltus lunaris intercipitur. Si uis scire quora sit luna calendarum Ianuarij, per nouemdecim annos. sume cyclum lunæ quemlibet, ut puta quinque. Multiplica per undecim, sunt quinquaginta. Adde unum semper regularem, sunt quinquaginta sex: partire per triginta, remanēt uiginti sex, uigesima sexta est luna in calendis Ianuariis anno quinto cycli decennouenalis. Item sume octo, multiplica per undecim, sunt octoginta octo. Adde unū regulare, & partire per triginta remanēt uiginti nouē, est luna in calen. suprascriptis anno cycli lunaris octauo. Tantūm memor esto decimifexti, & decimioctauū & decimionū cycli memorati anni, non unum ut in reliquis, sed duos addere regulares & lunam calendarum Ianuarij sine errore reperies.

Sextus cycli locus amplectitur lunas quatuordecim primi mensis, qui paschalis dominici diem singulis annis absque omni ambiguitate demonstrat. Nam post decimā quartā lunā dominica dies occurrit, ipsa est paschalis dominice resurrectionis dies. Qui quidem decima quarta luna primū in æquinoctio, id est duodecimo calendarum Aprilium. Vltimum uero in monono abhinc die, id est decimo quarto calendarum Maiarum, suum uespere processum terris ostendit. Quibus terminis per annos denos & nouenos legali tempore paschalis obseruantie discursus constat esse comprehensos. Si uis per argumentū decimā quartā lunā inuenire, sume epactas lunares anni cuius uolueris, & siquidē decimo quarto uel undecimo, sunt unde undecimo uel duodecimo calendis Aprilis, die decimo quarto lunā uenire cognoscat. Quia nimirum calendarum suprascriptarum proprijs est omnium locus epactarū. Sin autem pauciores sunt epactæ dimittas eos crescere per dies, usque dum decimum quartum impleant numerum, & ibi se lunam paschæ habere non dubitet. Porro plures quindenario numero si habuerit epactas, & has usque ad tricessimum, id est ipsius terminum mensis per dies crescere sinat. Et sic à noua luna inchoans, atque

usque ad decimā quartam ex ordine percurrens diem uotis paschalibus aptum ritē reperiret. Sed hoc notandum, quod decima quarta luna si communis est annus, undecim diebus prius, si uero embolismus decimus nonus tardius quā precedente anno transierat, semper redire consueuit. Excepto uno duntaxat primo circuli decennouenalis anno, in quo propter rationem saltus lunaris, duodecim diebus antea notinum cursum præcurrere solet.

Septimo decennouenalis circuli titulo dies paschæ dominicus comprehenditur, qui de dominica nostri saluatoris resurrectione à mortuis exordium coepit. Nam cum in ueteri testamento tribus argumentorum indicijs, paschæ tempus sit obseruare præceptum. Prima uidelicet ut post æquinoctium. Secunda ut mense primo. Tertia ut tertia eius septimana, id est à uespera decima quarta lunæ quæ est initium decimifinti usque in uesperam, id est terminum uigelimū primum celebretur. Quarta in eiusdem obseruatione regula est nobis à tempore dominice resurrectionis imposita, ut cum æquinoctio transento, Lunam primi mensis decimā quartam uespere ortum facere uideremus, non statim ad faciendum paschæ, id est transitum de morte ad uitam, de corruptione ad incorruptionem, de pœna ad gloriam resurgendo facere dignatus est, expectantes in ipso tandem congrua paschæ solennia celebremus. Quod si quis obiecerit nō æquinoctij memoriam, sed tantūm primi mensis, & tertiæ in eo septimane posuisse Moysen. Sciat quia & si æquinoctium nominatim non exprimit, in hoc tantūm ipso quod à pleni lunæ primi mensis paschæ faciendum precipit æquinoctij transcedunt plenaria ratione depromit.

Octaua circuli meta panduntur lunæ dominice paschæ propter uariantem eiusdem dominice occursum septem dierum ambitum inclusæ, id est à decimo quinto usque uigelimū primum, qui pro certo, dies celeberrima legis sint adnotatione præfixi, dicente Domino. Prima mense, decimo quarto die mensis comedetis azyma, usque ad uigelimū primum mensis ad uesperam, septem duobus fermentatum non inuenietur in domibus uestris. Cum primi septem, quæ eius dierum azymorum nūc regula talis est, ut quæ post æquinoctium quindecima luna occurrerit primi mensis, intelligatur & hoc quemcumque septem dierum usque ad uigelimū primum dominicæ acceperit, paschalis festi gaudijs aptum porrigat. Hoc autem pro certo scire debes, quod si luna decima quarta primi mensis in dominicam incidit diē, omni modo in septimanā sequentem esse differendū.

De circulo magno siderum. XVIII.

Circulus paschæ magnus est, qui multiplicato per inuicem solari ac lunari cyclo, quingentis & triginta duobus conficitur annis. Siue enim decies nouies uiceni & octo-

ni. Seu uicies octies deni ac noueni multiplicentur, quingentorum triginta duorum numerum complent. Unde sit ut idem circulus magnus decennouenalis, lunæ circulus uiginti octo. Solis autem qui uicenis octonisque consummari solet annis nouemdecim habeat bis sexdecies nouies septenos, id est centū triginta tres menses solares, uicies octies octies ducentum uiginti octo, id est octo milia ducentos octoginta quatuor.

Menses autem lunares, uicies octies ducentos triginta quinque, id est sex milia quingenta & octoginta dies, exceptis bissextilis uicibus octies quinque milia noningenta uiginti quinque, id est centum nonaginta quatuor milia, & centum octoginta. Adpositis autem bissextilis centum nonaginta quatuor milia & trecenta tredecim.

Qui ubi memoratū ex ordine mensium dierum, quæ summa compleuerit, mox in seipsum reuolutus, cuncta quæ ad solis uel lunæ cursum pertinent, eadem quæ præterierant, semper tenere restaurat.

Si nosse uis quotus sit annus ab Adam secundum Græcos duntaxat, multiplica quindecim per quadringenta & octo decim, sunt sex milia ducenta & septuaginta. Adde indicationem anni cuius uolueris, quem presentis anni nouem esse comprobatur, & sunt centum septuaginta nouem.

Si nosse uis quotus sit annus ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi computa quindecies quinquageni, sunt anni septingenti & quinquaginta. His septem adde duodecim regulares, sunt septingenti quinquaginta duo. Adde & indicationem anni cuius uolueris, quæ presentis anni nona esse comprobatur. Fiant simul anni ab incarnatione Christi septingenti septuaginta unus. Hæc tantūm memor esto sollicitus, ut quando quindecima uenerit indicitio, eandem subsequi primā scias.

Quia uero per unā indicationem huius calculationis numerus impleri non potest, eodem anno nō multiplicabis ut superius quindecies quinquies, sed quindecies quinquies & asse. Et ita deinceps in subsequenibus annis usque ad quindecimam indicationem. Quinquaginta & unum per quindecim computa, quibus additis semper septem regulares suprascriptas, implebis numerum annorum Domini, & nihil remanet quod per duodecim addere possis, sicut & in alijs indicationibus remanet. Vt in prima indicatione unum, in secunda duo, in tertia tres, uel usque ad decimā quartam: tot remanent de computo suprascripto quora fuerit indicitio. Hoc argumento inuenies annum Domini.

Si uis scire indicationem quora sit sume annos ab Adam quos habueris, & eos partire per quindecim, quod remanent, tota est indicitio: si nihil remanet, quindecima est.

Item si uis scire quora sit indicitio, sume ab incarnatione Domini, id est septingenti septuaginta unus, his semper adijce tres, sunt septingenti septuaginta quatuor: his partire per quindecim, remanent nouem, nona est indicitio: si nihil remanet, quindecima est.

Si uis scire quora est epacta, sume annos decennouenalis cycli quot fuerint, & de ipsis subtrahe semper unum, & illos multiplica per undecim, & postea partire per triginta, & quot remanent tota est epacta.

Item computa à primo anno decennoualē usque in quem uolueris, ut puta in quintum annum, dimitte super unum, remanēt quatuor, multiplica per quatuor, undecim annuas epactas, & facies quater undecim, sunt quadraginta quatuor, hos partire per triginta, remanēt quatuordecim, quarta decima est epacta. In secundo circulo decennouenalis ita per omnes decem & nouem annos sub hac breuitate computabis.

Item partire annos Domini per octo decim & quot remanent multiplica per undecim. Itē partire per triginta & remanent epacta.

Si nosse uis epactas solis, id est concurrentes dies, sume annos Domini, & eorūdem quorū partem adijce: his quoque semper adde quatuor, quia quinque concurrentes fuerunt anno natiuitatis Domini, hos partire & remanent concurrentes.

Si uis scire quotus sit concurrentis, sume circulum solare, qui nunc uigelimū octauum esse comprobatur, & quartam eiusdem numeri ipsi adijcias, partire per septem, & quot remanent, totus est cōcurrentis in nono calendis Aprilis.

Si nosse uis quotus sit circulus lunæ, sume annos ab Adam, & eos partire per nouemdecim annos, & quot remanēt, totus est circulus: si nihil remanet, decimus octauus est.

Item sume annos ab incarnatione Domini, quot fuerint, & subtrahe semper duo, & quot remanent hos partire per nouemdecim, & iterum quot remanent, totus est circulus lunæ decennoualis: si autē remanet, decimus nonus est.

Si uis nosse quotus sit annus cycli decennouenalis, sume annos Domini, & unū adde, quia secundo eiusdem anno natus Christus partire per nouēdecim, & quod remanserit, ipse est annus cycli decennouenalis, & si nihil remanet, octodecimus est.

Si uis scire bissextilem annum, partire annos Domini per quatuor, & quot remanserint, tot sunt anni à bissexto.

Si nosse uis quot puncta unaquæque luna in die luceat secundum Romanos, sume dies à Ianuario, ut puta in nonas Martias, sunt septuaginta sex. Vide quotus sit cyclus lunæ, ut puta sex, multiplica ipsum circulum lunæ quinquies, sunt septuaginta quinque. Adde ad dies à Ianuario, sunt centum quadraginta unū: deduc sexaginta bis, sunt centum uiginti, remanent

nent sex ipsæ sunt punctū lunæ ipsius diei quæ
lucet, id est horam primam & punctum unum
horæ secundæ.

Si ipsam lunam uis inuenire, memeto quot
habueris in, summa antequam per sexaginta
partires: & quoties deduxisti sexaginta, tot as-
ses adijcies ad summam eandē, & iterum mul-
tiplicatum circulum lunæ sexies, iunges ad sum-
mam, diuidesq; per triginta, & lunam diei eius-
dem inuenies.

Si nosse uis quotus sit circulus solis, sume an-
nos ab Adam, & eos partire per uiginti octo,
& quot remanent, totus est solaris circulus.

De duodecim Signis Zodiaci,
Carmine.

Primus adest Aries obscuro lumine la-
bens,
Proximat inde sequens proiecto corpore Tau-
rus,

Sic Gemini fulgent iactantes orbibus ignem,
Aster est pandens feruentia sydera Cancri,
Hunc subter fulgens serpit uis torua Leonis,
Quem rutilo sequitur collucēs corpore Virgo
Exin proiectæ clero collumine Chelæ,
Ipsas consequitur lucens uis magna Nepai,
Inde Sagittipotens dextra flexum tenet arcū,
Post hūc cornifero Capricornus lumine pergit,
Humidus at lato collucet Aquarius orbe,
Squā miser i rectoq; natant tunc ordine Pisces.

Versus Prisciani, de Astronomia.

AD Boreæ partes Arcti uertuntur & an-
guis,
Post hac arctophilax pariterq; coronā genuq;
Prolapsus lira, auis, zepheus & Cassiopeia,
Auriga & Perseus, Deloton & Andromē-
de astrum,

Pegasus & Delphin, coelumq; aquila, angui-
tenensq;

Signifer inde subest bis sex, hunc sydera com-
plent,

Hinc Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Vir-
go,

Libra, Scorpius, Arcitenens, Capricornus, &
Vna,

Qui tenet & Pisces, post sunt in partib; Austri
Orion, Procion, lepus ardens, Syrius, Argo,

Hydros, chiron, thuribulum quoque, Pisces,
& ingens,

Quem sequitur pistris, simul Eridani que
fluenta.

De Aetatibus.

Ter binos deciesq; nouem super exit in an-
nos,

Iusta senescentem quinque quos implet uita ui-
rorum,

Hos nouies superat uiuendo garrula cornix,
Et quater egreditur cornicis sacula ceruus,

Aripedem ceruum ter uincit coruus & illum,
Multiplicat nouies Phoenix reparabilis ales,

Quem nos perpetuo decies prauertimus auro
Nymphæ Amadriades quarum longissima ui-

ta est,
Hæc cohibet finis iuuicia freta amantum,
Cætera secreti nouit Deus arbiter æui.
Aliud.

Sæpes limitanea tribus annis durare potest.
Canis tres huiusmodi sæpes superare potest:
id est nouem annos ducere.

Equus trinum canum ætatem uincit, id est uiginti septem annis bene durat.

Homo bene sanus, tribus equis superiuit,
id est per annos octoginta, uel amplius.

Secundum uersus superiores.

Homo, annos nonaginta sex.

Cornix, octingentos sexaginta quatuor.

Ceruus tria milia quadringentos quinquagin-
taduos.

Coruus decem milia trecentis sexaginta sex.

Phoenix nonaginta tria milia ducentos quatuor.
Amadriades noningentos triginta duo milia

quadraginta.

Anni ab Adam, iuxta septuaginta duo inter-
pretum auctoritate.

Ab Adam duo milia quadraginta octo. Gene-
rationes decem: ad Diluuium duo milia du-
centa quadraginta duo.

Ab Adam tria milia trecenta sexaginta quatuor.
Generationes decem: ad Abraham mille
septuaginta duo.

Ab Adam quatuor milia septingenti quadragin-
ta sex, Generationes quatuordecim: ad Da-
uid noningenta quadraginta duo.

Ab Adam quatuor milia quadringenta sex,
Generationes septemdecim: ad captiuita-
tem tricenta octoginta quinque.

Ab Adam quinque milia ducenta octodecim,
Generationes quatuordecim, ad Christum
quingenta octoginta octo.

Ex eo in cyclo Romanorum fiunt anni octin-
genti quadraginta.

In ceteris superioribus fiunt anni, sex mille quin-
quaginta octo, usque ad transitum Ludoui-
ci Imperatoris.

Anni ab Adam iuxta Hieronymum, ex
auctoritate Hebraica.

Ab Adam ad diluuiū mille sexcenti quinquagin-
ta sex. H. Mille sexcenti quinquaginta sex.

A diluuiū ad Abraham, fiunt anni ducenti nonagin-
taduo. H. Mille octingenti quadraginta octo.

Ab Abraham ad Dauid, fiunt anni noningē-
ti quadringentaduo. Hebreis, Duo milia oc-
tingenti nonaginta.

A Dauid ad captiuitatem, fiunt anni quadrin-
genti septuaginta tres. Hebreis. Tria milia tre-
centi sexaginta tres.

A captiuitate ad Christū, fiunt anni octingenti no-
uē. H. tres mille noningenti quinquaginta duo.

Ex eo in cyclo Romanorum fiunt anni octin-
genti quadraginta. In simul quater mille sep-
tingenti nonaginta duo, usque ad obitum
Ludouici Imperatoris.

FINIS.

MANFREDI CARMINA.

De anno solari.



Nuus solaris, qui magnus sæ-
pe uocatur,
Circuitus solis semel est per
zodiacum.

De cursu solis.

Cursus uiginti completur &
octo per annos.

De anno lunari.

Annus lunaris, est lunæ circuitus, qui
Nunc est communis, nunc embolismus ha-
betur.

De cursu lunæ.

Ast eius cursus tres bisq; fit octo per annos,
Ex his luminibus nos pertractare duobus,
Conuenit & nostris rationibus addere sedem,
Ut super hæc fuerint quæ fundamenta locata,
Obicibus ualeant non argumenta refelli,
Sed primū quiddā uolumus referare quod
instat,

Utile quod multum nobis instare uidetur.

De quatuor temporibus anni.

Ver, Aestas, Autumnus, Hyems, sunt qua-
tuor anni

Tempora, quæ certo numero diuisa patescūt,
Cuiq; dedit ternos sua contemplatio menses.

De Vere.

Martius, Aprilis, & Maius, Veris habentur.

De Aestate.

Iunius, Augustus, æstatis Iulius, adsunt.

De Autumno.

Autumniq; October, Septemberq;, Nouem-
ber.

De Hyeme.

Sunt hyemis Ianus, Februarius, atq; Decēber, 40
In quorum primo Deus immutabilis & rex,
Principium fecit naturæ conditor orbis,

Atque creaturis finxit primordia cunctis,
Copleuitq; suum quod scribitur esse diebus,

Sex opus, atq; ab hac septena luce quæ uuit,
Altius ergo liber huius secreta aperire,

Dispositi, documentaq; tradere postea nati.

De septem diebus & nominibus eorum.

Pincipio mundi septē, Deus ille creator
Instituit cyclos quos spheræ circulus ambit, 50
Singula quis finxit sub certis cursibus astra,

Nominibus proprijsq; philosophia notauit,
Nominē Saturni primum, Iouis atq; secundum,

Mars sub eis currens, & sexto Mercurius,
Luna quidem minimo decurrit septima cælo.

Quæq; dies astris accepit nomen ab istis,
Hæc ratione operiq; nostro competit apte

Lux cum nocte sua uiginti quatuor horis,
Constat & æternū deducit ab æthere cursum,

Nunc à Saturno tu connumerare supremo, 60
Incipe post illos lunæ numerabis & orbem,

Bedæ, tom. 1.

Sic in circuitu per cunctos calculus ibit,
Cui numerus primus post quatuor atq; decem
bis,

Conuenit illius assumit nomen habetq;

De die Dominico.

Ergo prima dies uocitata est nomine solis.

De die Veneris.

Nunc tueri solis, qui nos de morte redemit,
Pars numerus lunæ dat nomen in esse secundæ

Et sic quæq; dies accepit nomen ab astris,
Sed nunc flectamus atq; præmissimus illa.

Articulum officioq; styli promissa canamus,
Quarta luce Deus duo mundi luminaria finxit.

De Mercurio.

Planetæq; alios, stellas & sydera cuncta,
In firmamento quibus immutabile cursus,

Addidit & proprium cursum haud excedere
iussit.

Hic est ille dies in quo sapientia scripsit,
Æquales horas noctis fieri atque diei,

Et cursum solis fuerit studio rationis,
Circuitus eius cognouit per uigil annus,

Ter centum fieri cum sexaginta diebus,
Quinq; superiectis simul & constare quadrante

Sed cuiusq; rei quadrans est portio quarta,
Tres uero reliquæ dicuntur nomine dodrans;

Vnde dies isti procedunt uel numerentur,
Per documenta damus, si nosse cupis, manifeste.

De cursu solis & anni, & signis eorum,

Astrorum cursus & lunæ, solis & orbem,
Edidit primū scripsitq; Ægyptia nym-
phis,

Tradidit & curas huius mortalibus artis,
Atque itiner solis per quod deducitur annus,

Zodiacum uocitans signat indagine mira,
Quam bene declarat Macrobius ille sagaci

Ingenio studioq; probo docet esse laborem,
Hunc per bisseñas diuisit prouida partes,

Partes signa uocans, quæ cōueniente notauit,
De Ariete.

Nomine nanq; aries, cœli pars prima uocatur,
Seu q; præcipue hoc animal præ cornua feruet,

Ut sol feruoris radijs quasi cornibus ipsam.
Concretam glaciæ terram brimæq; rigorem.

Incipit exercere, & feminibus referare,
Sicut q; hinc Aries dextro procumbit in armo,

Sicut ab hoc dextram sol lustrat tempore partē
Zodiaci, sunt nanq; duo hemisphæria cœli.

Est Aries primū caput, est & Libra secundū,
Et spatium alterius dimensum partibus æquis;

Circuit atq; Aries decumbit parte sinistra.

De tauro.

Sed Tauri nomen parti imposuere secundæ,
Sol quoniam cœli partes, dum permeat istas

Canescunt fruges, tauriq; boumq; labores,
Feruidioribus & terris iam falce metuntur.

De geminis.

Ast aliud signum geminorū nomine dicunt
In specie cygni Lædam decipit adulter,

Hic onus ex utero peperit fratresq; gemellos,
Inq; uicem fratrem Pollucem Castor amauit,

ff

Mortalis fuerat, qui mortem matre ferebat,
Immortalis erat, qui pro patre morte carebat,
Hic quoniam patrem de fratris morte recepit,
Fraternæ morti de uita participauit,
Participando uices sed sydus in æthere facti.
Parte quidem cœli sic sol dum currit in ista,
Arbusta & fruges solis feruoribus arent,
Incipiuntq; mori uiridicq; fronde uigebant,
Atq; per ætatem quasi mortua sicca uidentur
Mundi pars habet hic zonę uicina perustæ.

De cancro.

Atque notant quantum sub cancri nomine signum,

Est in propatulo sita significatio cancri,
Incedit uersus ut per uestigia cancri,
Sic dum sol nequit hanc cœli transcendere partem,

Inferiora petit lustrato solstitio, sub
Quarta parte eius, qua primum cõficit ortum,
Scribere sed tempus nõ est ex ortibus aptum.

De Leone.

Ac quintæ parti nomen posuere Leonis,
Hoc animal cunctis præstat feruore caloris,
Cuius membra tenet uigor & uis parte priori,
Degeneratq; & debilitat sub posteriori,
Sic magis exurit sol quam per cætera signa.
Atq; suum robur terris diffundit anhelis,
Nec non extremis signis sub partibus huius,
Mitigat ardorem duntaxat debiliorem.
In terram positus quos post uestigia linquit.

De uirgine.

Nomen inest sexto, uirgo pro tẽpore signo,
Terra quod effœta quasi uirgo foemina cõstet
Atq; nihil fructus esto sub sidere gignat.

De libra.

Verum zodiaci pars septima Libra uocatur,
Æquales proprio cum nomine monstrans,
Parte sub hac cœli noctis fieri atque dici.

De Scorpione.

Scorpius octauo, nonoq; Sagittarius fert,
Nomen & hinc imbres signant & grandinis ictus.

De Capricorno.

Hinc decimum sphæræ signum uocitant capricornum,
Alta petit semper frondes pascendo capella,
Sic ex aduerso rediens sol alta requirit,
Solstitium pars quarta facit, solemq; remittit.

De Aquario.

Vndecimum signum cui nomen Aquarius ad
dunt.

De Piscibus.

Atq; duodecimum dicunt ex nomine pisces
Quod niuibus q; cedat aquis hoc tẽpore tellus,
De bissexto.

Ergo per hæc contemplantes recurrere solẽ,
Hac annum fieri designatur ratione,
Horum signorum sol lustrat, quodq; diebus
Trigenis, ac dimidia cum quinq; bis hora,
Hos omnes summam tu multiplicabis in unã,
De cunctis signis horas mediamq; reducens,

Inueniesq; dies cum sexaginta trecentos:
His quoq; quinq; dies hos calculus addet,
Bis senæ mediæ nunc restat insuper horæ,
Efficies senas, has si colligeris horas,
Hæ iunctæ quadrans est portio quarta diei,
Et tribus est cautum quod non numeretur in
annis,

Ast anno quarto quadrantes quatuor unum
Complent, constituuntq; diẽ sub foribus anni,
Hic bissextilis totus uocabitur annus,
Constans trecentis sex sexaginta diebus.

Quare dicatur Bissexthus, & quare
sit inuentus.

Quod si neglectum fuerit, producit error
Tantus, ut æstiuu brumali tempore menses
Occurrant, uice uersa permuentur ut ipsi,
Illa dies igitur tantus uidetur ut error
Inferitur limul ac bissexthus iure uocatur,
Quod numero legitur, bis Marti sexto calēdas
Hanc Concurrentium sedem dixere Quirites,
Nam quota cunq; dies feria numeratur in ista,
Tot concurrentes alio sumuntur in anno,
Sed bissextili superaddita sumitur anno.

De nominibus mensium.

ET quia signorum data significatio claret,
Nunc de nominibus conemur scribere
mensum.

Roma potens olim cum gemmis philosophiæ
Vernaret, cursum totiq; imponeret orbi,
Primum bisseis diuisit partibus annum,
Incidit hinc & cuiq; uocabula congrua parti.

De Martio.

Martius à maribus cuius pars prima uocatur,
Quod tunc Iuno Iouem, quod tellus postulet
imbrem,

Et fiat prægnans, & foetibus apta tumescat.

De Aprili.

Ast alia Aprilis quoniam natura aperitur,
Dicitur ad flores, fructus & gramina cuncta,
De Maio.

Tertia maiorum Maius de parte uocatur.

De Iunio.

Iunius in quarta, iunioribus est uocitatus,
Nanq; bipertiti fuerant de more Quirites,
Atque senex maior pars consultabat in urbe,
Militiamq; manus iuuenum uirtute regebat,
Hinc igitur Maius & Iunius est uocitatus.

De Iulio.

Iulius à magno fortitur Cæsare nomen.

De Augusto.

Nomen ab Augusto mensi imposuere sequenti.

De quatuor ultimis
mensibus.

Quatuor hinc alij sumpserunt nomen ab imbre.

De Septembri & Octobri.

Primum Quintilis sunt, Sextilisq; uocati.

De Nouembri & Decembri.

Et numero quantum sunt primo mēse remoti,
Temperiem cœli numero quoq; significantes.

De

De Ianuario.

A Iano, mensis Ianuarius, qui est uocitatus,
Principium rerum Ianum feriata uetustas,
Credidit atq; illum mensẽ mirata ditauit,
Quapropter mensis Ianuarius capuranni,
De Februario.

Postremæ parti nomen Februarius indunt,

Nam februare quidem dicunt purgare Latini,
Mos uiguit talis Romanis ciuibus olim,
Anno sub quinto dum census fertur ad urbem
Mœnia cum muris templa & lustrare deorũ,
Scilicet istius mensis sub luce secunda,
Ut quasi purgantur delicti excessibus urbem,
Et uenia atq; salus per supplicia ista daretur,
Dicere, lustrare, sic & purgare solemus,
Sic & multotiens dicitur quinquennia lustra,
Sed per inaccessos opus est nunc tendere saltus,
Atque itiner coeptum uario sermone leuare.

De regularibus feriarum, calendarum,
& de eorum origine.

Primum nunc igitur uideamus redigularum
res

Vnde procedant, & eorum quæ sit origo.
Prima dies mundi describitur illa fuisse,
Qua lucem legitimus primum luxisse creatam,
Hoc est zodiaci & uerueis portio prima.
A prima ergo die numerabimusq; calendarum
Illius mensis, de quo cognoscere queris,
Quosq; dies post hæc, per septem diuide cunctos,

Hunc numerum quoniam nunquam transcedere possunt,

Quodq; supercrefcit pro redigulare tenebis,
Si minus est itidem pro redigularibus adlit.
Septem si fuerint tot mensibus addito septem,
Et concurrentium de summa subtrahe sedem,
Veneris ad Marti, postquam numerando calendarum,

Et sibi qui restant ascribere quinq; memento,
Illa dies ferta uisa est decurrere prima,
Dum Phœbus cursum nondum perfecerat
annũ,

Hic prius incepta cõcurrentis prima uocata est
Concurrat siquidem totum copulata per annũ.
Quare regulares dicantur.

Nunc qua concurrentes procedat origine primæ,

Addimus, & talis quid signet copula nobis.
Quæ concurrentes ideo dicuntur aperte,
Quod pariter totum cum redigularibus annũ,
Currunt & feriam quota sit uentura calendarum,
Significant, & fit per solis regula cursum,
Sume dies igitur qua primum claruit orbis,
Luce nouus, cunctosq; simul numerabis ad
ipsum.

Vique locum sedes quo cõcurrentis habetur.

Quomodo inueniuntur regulares.

Primus concurrentis.

Hos quoque præcipimus, per septem diuide
solus,

Bedæ, tom. 1.

Qui superest concurrentium signetur origo,
Cætera quæ sequitur hoc ordine comperietur,
Sicut ab hac actum est anno partire secundo,
Hæ quæ duæ currunt illo qui transit in anno,
Quodq; superferit, uni superaddere cures,
Tertiæq; & quarta reliquis licet multiplicentur,
Ast anno quinto, quoniam bissextus habetur,
Quæ super accrescunt simul hæc in sede quiescunt,

Dicitur hæc duæ feriarum numerantur in unum,
Sextaq; prædictum tenet & post septima cursum,

Quodq; supergraditur, (ut dicit regula) septem,
Illud sublati, concurrentis iure tenetur.

Quomodo inueniatur feria per regularem.

Hæ Concurrentes cum præcedentibus auctæ,
Ostendunt feriam quota sit uentura calendarum,
Si septem fuerit numero, tibi septima fiet:
Si minus est, totam feriam numerato calendarum,
Si septem transit, numero deponito septem,
De inuentione cuiuslibet diei mensis, per dies mensis.

ET si per totum mensem cuiusque diei,
Nolle cupis feriam, præcedentem quoque mensis,

Sume dies cunctos, sed nec numerabis eandẽ,
His q; calendarum feriam superaddito totam,
Si septem fuerint itidem, tibi septima fiet,
Si minor est illis numerus, tibi iure manebit,
Si septem transit, numero deponito septem,
Scilicet signetur quod ea ratione tenetur.

De regularibus lunæ, & de eorum origine.

SED quæ circuitus est solis & carmine scriptus,
Nunc assignemus lunæ pro posse meatus,
Ast alios primum pandamus redigulares,
Qui subscribuntur ab lunæ mensibus istis,

De epactis.

Lunæ circuitus, lunaris dicitur annus.

De inuentione Nullæ.

Principium cuius, qui nunc Septembris habentur,
Mensis adest, ueterum quem sicut pagina prodit,

Ægypti astrologi primum inuenere sagaces,
Hi sunt scrutati uigiles secreta polorum,
Atque magisterium quorum didicere Latini,
Gymnasiumq; artes admirantes imitantur.

Hi quoque post illos describentes statuerunt,
Sepem epactarum Septembris sexto calendarum,
Hæc cœlo infixam referunt in sede creatam
Lunam, quod nullo terris fulgore refulsit.
Hanc quia nullius numeri uariauerat ætas
Lumine, non ualuit penitus tricesima dici,
Hinc igitur Phœbem nullo splendore scientes,
Nullas, epactas illum dixere per annum.

Ast alia primum terris de lumine lumen,
Fundens luce noua, recte est tunc prima uocata,

Et quoniam terris illuxit lumine primum,

ff 2

Hic prius incepta est numerari quinto calendis
Et quoniam Octobris euenit quinta calendis,

Nam quotacumque fuit tunc luna, quibusque calendis,

Mensibus his totidem scribuntur redigulares,
Ista quidem currit per cunctos regula menses.

De undecima epacta.

Vndecimam post hoc anno discere sequenti,
Epactam tota est, nam Phoebe sede notata,
Et quora sede sita cunctis effulget inanis.

Epacta totidem concurrunt semper in ipsis.

Quod epacta & regularis debent
iungi ad inueniendum aetatem lunae.

E Pacta iuncta cum redigularibus istis,
Praesignant quora sit Phoebe fulsura calendis,

Horum si numerus triginta euenit infra,
Tota manet Phoebe, sed si concreuerit ultra.

Illis sublati aderit tibi tota calendis,

Quot reliqui fuerint, hoc constat regula cunctis.

Quod aetas lunae per dies mensis
inueniatur.

Sed etsi per rotum cupis hoc cognoscere mensis,

Sume dies mensis qui praecedunt hodiernum,
Et quotacumque fuit tunc ipsis luna calendis,

Illius numerum transactis adde diebus.

Horum si numerus triginta euenit infra,

Tota manet Phoebe, sed si concreuerit ultra,

Illis sublati quot restant tota tenetur,

Sed tamen hoc opus est, uigili de mente notare,

Si mensi fuerit inscripta uicesima nona.

Deme tot aetatem, reliqui lunae tibi pandent,

Hoc quoque cur fiat conabor prodere metris.

De anno lunari.

Zodiaci signum percurrit quodque duobus,

Luna diebus sex horis, bisse unius horae,

Quosque dies igitur de cunctis collige signis,

Et iuncti per iter uiginti quatuor adsumt,

Tresque dies potes ex horis superaddere senis,

Et quid sit bisse nunc hac ratione fatebor,

Si tres in partes aliquid diuiseris aequas,

Nomine quareque triens fertur, cunctaque tentes,

Portio si fuerit, alijs subtracta duabus,

Vna, duae reliquae dicuntur nomine bisse,

Bisse ex his sex octo suppleueris horas,

Hic igitur numero Phoebe, ambire dierum,

Totum zodiacum daret dictisque sub oris,

Non tantum ad solem spatium transire sub ipso,

Signiferi partes quoniam dum peruolat ipsa,

Sol totum ferme tendit percurrere signum,

Nec ualet ascendi Phoebe, nec prima uocari,

Ni sub fratre prius fuerit, ni transgrediatur,

Ergo dies duo praedictis & quatuor ore

Addantur, quorum spatium Phoebeum ipsa sequitur.

Transuolat & fiat superno lumine prima,

Hoc est lunaris suppletus ad omnia mensis,

Quem nos uiginti constare nouemque diebus,

Insuper & scriptis bisseis prominus horis,

Namque dies horis non permanet integer istis,

Et quia tum diuiditur in mensibus unis,

Alterius mensis bisseis implebitur horis,

Praesertim primo fuerit cum cardine mundi,

In media succensa die, sed mense secundo,

Nocte alternatim media, sic inde cucurrit,

Hi cuncti summam menses redigantur in unam,

Hinc & tercentum cum quinquaginta diebus

Quatuor adiectis annuum constare fatemur,

Hic est qui proprie lunaris dicitur annus.

Quod una epacta inueniatur per
aliam addendo undecim.

Illud & intuitu nunc contemplare sagaci,
Quod damus & memoripatefactum mensis
te repone,

Hic epactarum series & origo patebit,

Sunt duo inaequales tibi quos monstrauimus

anni,

Vincitur undenis lunaris forma diebus,

His quia lunaris solis superatur ab anno,

Vndena epacta sumuntur in ordine primo,

Hinc numerus cunctis addatur semper in annis

Epactis affinis praecedentibus annis,

Quod minus aut plus est triginta ex more tenebris,

Illius epactas anni qui tempore transit,

Octauas decimas epactas ultimus annus,

Continet his cum praecedentibus additur

unus,

Hic qui lunari semper subducitur anno,

Philosophi saltum quem lunae nomine dicunt,

De quo si Deus annueris tractabimus aliter,

Quos si coniungis pariter triginta tenebris,

Haec sunt epactae quae currunt cardine primo,

Illius cycli retinent quem semper Hebraei,

Quas mensum iungis si redigularibus ipsis,

Pro numero lunae, numero subducis eandem,

Et numeras lunam, sicut dant redigulares,

Illius in mensis anni cuiusque calendis,

Hinc etiam qui modo epactas dicere nullas,

De annis embolismalibus &

communibus.

Nunc ex endisbolismis & communibus

annis,

Pertractare necessarium decernimus istis,

Eucleatius ut lunae saltum referemus,

Diuini libri testatur pagina lunam,

Infixam caelo cursum sub sole habuisse,

In quarta feria positam, cursum inde tulisse,

Atque die qua prima fuit, non prima refulsit,

Ni post annos inde decenos atque nouenos,

Hic lunae cursus est, cyclus iure uocatus,

Inde uelut primū per eundem transimeat orbem,

Cuius prima caput transit lunatio mundi,

Quae quartamdecimam cōpleto lumine lunam.

Attulit in nonis, qui nunc est mensis Aprilis,

Apertius ut Memphis docuit, potes ista uidere,

Regula nam quorum cyclo dissentit Hebraeo,

Sed propter Pascha uarie describimus ista,

Hinc

Hinc igitur cyclus est tali nomine dictus,
Hinc per commutantes annos fit & endisbolismos,

Quid duo praecedunt communes iure uocantur,

Quod fuerint clusi bisseis mensibus anno,
Sed superacrescens uocatur tertius ille,

Vnusque mensis, hoc est lunatio creuit,

Inde sequens annus primordia sumpsit ab illa,

Quae quartamdecimam prodit lunatio lunam,

Post horas noctis aequales atque dies,

In qua Paschalis a prima terminus adsit,

Sive sub aequali tantummodo tempore fiat,

Vnde fit ut semper sic crescat circulus ille,

Praeter in ogdoade, quod non sit & endecade anno.

Quis etenim quorum communem praeterit annum,

Ille notabilior quod cyclo constet eodem,

Dicitur octauus ex Graeco nomine factus.

Endecas hic quoniam undecimus post ogdoadem fit.

Ad numerum quorum facili ratione notabis,

Endisbolismales sunt anni denique septem,

Nonaginta unus etiam menses numerantur,

Anni communes quos signat regula bissex,

Centum quadraginta alijs & quatuor addunt,

Sunt pariter iuncti triginta & quinque ducenti,

Sed promissa tibi nunc differre incipiamus,

Mensibus & lunae saltum pandamus ab istis.

De saltu lunae.

Signiferi post circuitum cum prima uocata est,

Et succensa fuit lunari mense peracto,

Luna duodecimam necdum perfecerat horam

Restabantque super illi quam diximus horam,

Bis duo momenta, momenti que & uncia & unus,

Tantum atomus qui indiuidua est temporis apte:

Quae sic augentur per cunctos omnia menses,

Diminuant unum numero lunaris ut anni,

Cycli sine diem iam nunc ratione probemus,

Qualiter una dies ex istis integra crescat.

Sed quia sunt menses triginta & quinque ducenti,

Illos pro numero momentorum ante relato,

Quadrupeda & nongenta & quadraginta uidebis,

Et quoniam punctis horam constare quaternis

Dicimus & punctas momentis singula denis,

Per quadraginta cunctorum diuide summam,

Inuentesque horas uigintitres mediamque,

Alteri sed si pars huius supplebitur horae,

Quaeque duodecima est rerum pars uncia dicta,

Verum momentum numerus duodenus adimplet,

Efficiunt igitur triginta & quinque ducentae,

Quinque bis atque nouem momenta, ipsis que subsunt,

Bedae, tom. i.

Septem quas atomis mensum supplere necessesse est,

Quadraginta atomis septem simul, uncia constat.

Ex atomis igitur triginta & quinque ducentis,

Vncia & augentur, quas quinque decem notauit,

Quas si praescriptis septem cōiunxeris aequae,

Quo numerus medietate iuncto supplebitur horae,

Quae si uiginti tribus est medietate quoque uincta,

Integer ille dies, uiginti quatuor horis

Conficitur, qui sic lunaris saltus habetur,

In nono decimo cycli cum Iulius anno,

Debeat ut semper ternis numerare calendis,

Augusti lunam sibi que uicesima fiat,

Hic praetergressa tricesima uocatur,

Tertiaque Augusti numeratur iure calendis,

Ast epactarum constat ratione secundi,

Inde tenet cursum per cunctos inuolatum.

Quot horis luceat luna.

At si scire cupis quot Phoebe luceat horis
Cremento lucis punctos adhibeto quaternos,

Noctibus in cunctis a prima nouimus ipsam,

Ad quintamdecimam quo fiat lumine plena,

Et sexaginta per punctos fulgeat ipsa,

Et facies quinis horam consistere punctis,

Inueniesque quoto puncto luna luceat hora,

A quintadecima numero deplebitur usque.

Quo lumen perdat simul & trigesima fiat,

Atque quotis itidem punctis luna luceat horis,

Inuenies que Phoebe sed nil tricesima luceat,

Soli subiecta maiori lumine rapta,

Hanc horam Graeci uocant, coitum que Latini,

Dicunt, quod pariter currat coniunctim uterque

Eclipsim solis fieri quo tempore claret,

Ast ex hoc alibi carmen dictabitur aptum.

Quod superius distulit de astris

nunc exequitur,

Nunc de signifero quaedam memorare necesse,

In quo sunt fixa tempus uariantia signa,

Sub quo planetae uariant per tempora cursum,

Orbis zodiaci sic obliquatur ab Arcto,

Vt sit zonarum media porrectus ad austrum,

Quatuor est inter zonas hoc sole perusta,

In medio cuius Aries & Libra residunt,

Hac etiam mundi medio duo signa locata,

Opposita atque sibi cedentia tramite recto,

Vndique circueunt quasi desperantia terram,

Et quasi diametro dirimuntur aequaliter ipsum

Zodiacum, certum que uident altrinsecus unum,

Alternae que cadunt, alternatimque resurgunt,

Nam diu Libra cadit, Aries conlurgit ab ortu,

Occidit hinc Aries, inde ortu Libra resurgit,

ff 3

Sunt duo præterea, Cancer simul & Capricornus,
Cancer signorum summus, Capricornus & u-
num est,

Hic duo sunt tropica, quæ conuersiua uocantur.

Sol quoniam signis positus conuertitur istis,
Hic etiam solis portæ dicuntur utrinque,
Quod soli quartis dum currit partibus horum,
Clauditur accessus, signorumque ultima crescit,
In quibus solstitia æstiuæ & brumalia fiunt,
Nanque duo decimus certa ratione calendis,
Æstiuum Iulij fiunt brumalia Ianij,
Solis solstitium stationis nomine dicunt,
Nam ut stare fides, ut quo sit tempore solem,
Sed dum zodiaci Phœbo pars summa uel
ima,

Tangitur ex atomo censetur nomine tali.

De solis ortu atque occasu.

Quatuor his signis, tres ortus principales,
Fiunt exoriens dum sol decurrit eisdem,
Partibus inquiris tibi quas signauimus antè,
Australes Capricorno, & Cancro sit borea-
lis,

Tertius ac medius Libra ac Veruece notatur,
Cætera turba patet, quod signa alterna resig-
nant,

Hinc igitur clarè poteris per cuncta uidere,
Instar si sphaeræ cœlestis pinxeris illum,
Natura monstrante globum inuigilares &
ipsi,

Nam cœlum zonis incingi quinque uide-
bis,

Quarum ex natura uis frigoris atque calo-
ris.

Ingeritur terris, & partes temperat,
Per spicias etiam cur noctes breuiores,
Solibus æstiuis & contra sint hyemales,
Noctibus intuitu facili tibi cuncta patebunt,
Hinc & planetas discernes tendere ad ortum,
Vtque meent signis sphaeræ nec inerat ul-
lus,

Ætheris obliqui, sed enim interualla perer-
rent,

Et tantum ipsius per signa meare feruntur,
Sed de zodiaco satis quæ dicta supersunt,

Eclipsim solis & lunæ iam referemus.

De eclipsi solis &
lunæ,

Signifer est latus bisseis partibus orbis,
Pars spatium est, solis quantum completi,
Aut ex diametro est illius meta quibusque,
Solæ duæ mediæ lustrantur lunæ per omnes,
Scandit, & à Borea, rursum inclinatur ad au-
strum,

His igitur mundi medio cum terra duabus,
Subiaceat sol, supra atque infra luna fera-
tur,

Et sit supposita fratri tricesima Phœbe,
Obiectu lunæ solis splendorque calorque,
Subtrahitur nobis positus duntaxat in imis,

At si per partes exorbitet exteriores,
Terra quibus non est subiecta, sed extima con-
stat,

Non celare potest solaria lumina nobis,
Inde est quod raro defectus in ordine fiat.

Verum defectus aliter lunaris habetur,
Hic etenim quamuis per pleni lumina sem-
per

Fiat, dissimili tantum deficitur ratione,
Constat enim lunam proprium lumen habe-
re,

Sed splendere modo speculi sole irradiatam,
Partibus octo licet sub magno corpore solis,
Vincatur tellus, ut mira indagine claret,

Plena tantum partes, quoniam fertur per eandem,
Aspectu solis fraudatur luna tenebris,
Luger & incedens terrarum damna per um-
bras,

Ac super aut subitus tetro uelatur amictu,

Ac super partes exorbitet exteriores,
Luminis accepti detrimentum effugit ipsa:
Non igitur semper priuatur lumine Phœbe,
Has defectiuas dicitur de themate partes,
Astrologi, quod sit defectus causa utriusque.

Quantum in unaquaque die elon-
getur luna à sole.

At si forte animus cupit hoc augere la-
bori,

Partibus ut uere noscas quot luna recedens,
Sole elongetur, uel quæ signa moretur.

Illius ætatem fuerit quotacumque resume,
Multiplica que quater, rursum numerum que-
ter ipsum,

Et quot compereris, tot nosces partibus illam
Phœbo elongari, simul illa degere parce,
Ad quam uenturus eoridem post ipse dies
sit,

Nil etenim partes aliud quam dicimus istas,
Solis progressus per signa quibusque die-
bus,

Si signum quo luna die decurrat eodem,
Nosce uelis ex prædictis tot partibus addes,
Soli quot restat, ut signi compleat ipse,

Illud iter quo degit, & inspicere corde capaci,
Inde dabis partes signis triginta quibusque,
Ordine cui desunt in eodem noueris ipsam,

Si non ad numerum poterunt procedere tan-
tum,

Vel si cõpletis superest quod ab ordine signis,
Quod solet fieri in prima, quod sæpe secunda,
Phœbe cum sole signo decurrat eodem,

Sæpe dies nona, uicesima terque decena,
Hoc habet & signo quod sol decurrat in il-
lo,

Philosophi que dies hos interlunia dicunt,
Quod que renascentem, sunt que inter desi-
cientem,

Hactenus ista quidem sunt argumenta diu-
na,
Quæ tibi contulimus, sed annua iam prope-
remus.

De

De annis à principio mundi.

Principio mundi sunt milia quinque tre-
centi,

Et sexaginta cum quatuor insuper anni,
Præcedente tamen sine concurrentibus uno,

Virginis ad partum peperitque uirgo salutem,
Humani generis genitrix hominisque Deique,

Virgo beata preces digneris fundere nato,
Spiritus adueniat menti, qui uult ubi spirat,

Qui patre procedit, quem mituit filius eius,
Ut me per pelagus labentem dirigat altum,

Et manus illius ad litus uela reducat.

Ecce peto, quaero, nitens & ad hostia pulso,
Cuius auxilio, simul & munimine fretus,

Ætatem mundi ualeam tales esse probare.
Ex diuinorum scriptis uidere librorum,

Philosophi uigiles transisse ab origine mundi,
Annorum spatium memorabile tempus ad
usque,

Quo saluatoris fuit incarnatio facta,
Milia quinque super ueterum quod pagina
prodit,

Sed nec quingentos super illa fuisse fatemur,
Quod plus aut minus est, hac nosces traditio-
ne,

Maximus ille cyclus qui semper uertitur annis
Cardine quingentis, simul & triginta duobus,

Fertur cyclorum concordia uera duorum,
Quod lunæ & solis cursus concordat in ipsis,

Expletis tantum, nec plene conuenit antè,
Inde dies, menses, horæ, lunæ que calendæ,

Omnia conueniunt simul & post prima recurre
Si decies cyclum tu multiplicaueris ipsum,

Verè comperies annorum milia quinque,
Atque trecentorum summam, numerum que
uicenum,

Additur his, quartus, & quadragesimus annus
Ordine iam cycli, describitur iste secundo,

Hoc anno Christus sacra est de uirgine natus,
Hinc igitur cernis, quod milia quinque trecenti,

Ex sexaginta, sunt quatuor insuper anni,
Præcessitque unus sine concurrentibus annus,

Vndecies autem non multiplicabis eundem,
Nam superaccrecit nimium quod pagina dicit,

Et superadictos annos indictio turbat,
Atque euangelio numero ac ratione repugnât,

Ergo per hunc cyclum qui transit ordine ma-
gnum,

Cyclus, epactas, aderant quæ tempore Christi,
Et concurrentes ideo prius inueniamus,

Vt non turbetur doctrina sequentibus annis.

De cyclis.

Cycli tres nostro scribendi carmine perstant,
Anterior quibus est, recolunt quem semper
Hebraei,

Cuius principium prima est lunatio mundi,
Ast epactarum fuit in Septembri secundus,

Hic quoque mutatur per menses & uariatur,
Tertius est dictus solaris nomine solis,

Hinc quoque principium Marti statuere calendæ,

Quartus lunaris referens nihil utilitatis,
Hinc caput est Ianij, cum prima est luna calen-
dis,

Ergo si primi gliscis cognoscere cycli,
Ille quotus transit annus sub tempore Christi,

Hunc numerum sumas, qui mundi à cardine
cœpit,

Perque nouemque decem totam eius diuide sum-
mam,

Et septem superant, fuit ergo septimus annus,
Si epactarum cyclus manet inueniendus,

Sed tantum epactas quæ Christi tempore cur-
runt,

Inuenies aliter nam septem qui superarunt,
Sine per undenū numerum distendere debes,

Et ergo septuaginta uideres simul affore septem,
Hos per triginta partiri conuenit omnes,

Atque decem septem qui restant, scribere oportet
Epactas quæ currebant sub tempore Christi,

Ast aliter cyclus solaris comperietur,
Maiores numerum qui supra scriptus habe-
tur,

Diuide solerter per uiginti & simul octo,
Sed tamen ut primum sine concurrentibus
annis,

Si procul & summa nunquam numeretur in
ista,

Et sextum decimum diuisio proferet annum,
Sed concurrentes sic prospicis ipsius anni,

Hic idem numerus simul eius portio quarta,
Addita diuiditur per septem, & quinque super-
sunt,

Sed tamen hinc animo nunc contemplare sa-
gaci,

Vt nisi completis partem non uince relictam,
Inde data exactis quadrante carentibus annis,

Vno intermisso quoniam bissextus habetur,
Septima cõcurrens est Marti incepta calendis,

At si fert animus quora tunc indictio transit,
Noscere per facili uerum ratione patebit,

Per partes numerum quinquenas diuide dictum,
Et decimam inuenies anno transire sub illo,

Olim cum penè Romanis gentibus orbis,
Omnibus & populis uirtutibus imperarent,

Vestigal statuere, atque indixere tributa,
Solueret ut quisque tria per quinquennia cœsum
Æra, sed in primo, sed in simul argentum que
secundo,

Aurum sic etiam lustro tribuere sequenti,
Inde uelut primum fuit à primo repetitum,

Et non excedit numerum qui præfuit ordo,
Post quintam decimam rursum est indictio
prima.

Ad inueniendum summam anno-
rum Domini.

Annorum Domini cupiens cognoscere
summam,

Hoc argumentum uigilanti pectore conde,
Summam ex ordinibus qui sexaginta nouem
sunt,

Multiplica per quindecim, & insuper addito
quinque,
Hic qui restabunt ex ordine tempore Christi,
Addaturque super indictio temporis huius,
Conuenit hoc & te uigilanti corde notare,
Ut cum suppletus fuerit qui nunc ineat ordo,
Atque iterum fuerit indictio prima resumpta,
Ordinibus dictis unum superaddere cures,
Hic post quindenos addendo noueris annos,
Semper & ordinibus accrescat calculus istis.
Ad inueniendam indi-

ctionem.
At si scire uelis quota nunc indictio transit,
Per partes numerum quindenos diuide di-
ctum,
Sicque sub Christo transit superaddita primū,
Quodque supercreuit indictio permanet an-
ni,
Et quintamdecimam dicis cum nullus abun-

dat,
Nunc millesimus & quinquagesimus annus,
Est etiam decima quæ nunc indictio transit,
Currit & epacta quam cyclus continet anno,
Prima sub undecimo post hanc duodena sequi-

tur,
Cycli solaris annum tenet ordo secundum,
Est & concurrens hoc anno more secunda,
Ordine nam cycli describitur iste secundo,
Ergo si primi gliscis cognoscere cycli,
Nunc quotus est annus qui nostro tempore

transit,
Annorum Domini numerum isto tempore su-
me,
Perque nouemque decem totam eius diuide summā,
Sed tamen huic numero septem superaddere
cures,

Annus enim totus transibat corpore Christi,
Quodque super fuerit annum monstrabat aperte,
Si superest nullus, is cycli est ultimus annus,
Si que nunc currunt epactas noscere cyclis,
Quod superest illis sub eodem sine diremptis,
Cura, per undenū numerum distendere debet,
Et quotquot fuerint, sume triginta recides,
Prodit & epactas illis quod semper abundat,
At si triginta numerus tibi manserit infra,
Hic idem epacta presentis habebitur anni,
Ultimus aut annus non hac ratione tenerur,
Huic alia epactas concedit regula nullas,
Pro saltu lunæ tamen huic subiungitur unus.
Ast aliter cyclus solaris comperietur annus.

Prædictum numerum quod superscriptus ha-
betur,
Diuide solerter per uiginti & simul octo,
Et primū tredecim numero superaddere cu-
res,

Tempore quod Christi cycli currebat hic annus,
Quodque augmentatur est annus in ordine
totus,

Ultimus est annus si quem diuisio cludit,
De Concurrentibus.
Si concurrentes Domini uis nosse per annos,

Ex toto numero deponere conuenit unum,
Qui de septeno numero solus superabat,
Concurrens etenim sub Christo septima cœ-

pit,
Hinc etiam post hanc fuit anno prima sequenti,
Ex qua principium numeri nos sumimus huius,
Illo deposito nec septem scandimus ultra,
Hic idem numerus simul eius portio quarta
Addita, diuiditur per septem, & more frequenti,
Quod superest illis pro concurrente tenerur,
Nihil his superat tunc septima iure notatur.
Ad inueniendum annum
bissextilem.

Vtrum bissextus sit uel quartus annus ab
illo,
Non est difficilis labor hoc cognoscere sem-
per:
Diuide quot fuerint Domini per quatuor an-
nos

Est à bissexto totum quot sine superant,
Si nihil his superat anno est bissextus in illo,
Quod undecim epactæ in mortis
tempore Christi concurrerunt.

Sed nunc errorem reprimant documenta
priora,

Atque ex sacrorum dictis Euangeliorum,
Sic affirmetur ratio, quod non mutetur,
Tempus & annorum Christi triginta duorum,
Et simul undecimas epactas tempore mortis

currere, non alias certa ratione probemus,
Fidimus, & uerum est Luca narrante relatum,
Quod baptizatus Christus discessit ab amne,
Incipiens erat annorum triginta patenter,
Nuncque dies tredecim de triceno fluitabant,
Hinc post baptismum ieiunia sancta peregit,
Ac sibi discipulos anno delegit in illo,
Hinc alio sacrata dies effulxit in anno,
Qua baptizatum uox patris magnificauit,
Nuptiæ tunc factæ sunt in Cana Galilææ,

Discipulis suis coram primordia fecit,
Signorum doxamque suam dedit hic manifestam,
Hic euangelio describit Pascha Ioannes,
Primum & commemorat Christi miracula facta,

Ac post multa quidem subiūgit pascha secūdo
Scilicet hoc alio quod pertransiuit in anno,
Inde refert iterum memoranda in secula natum,
Atque olidi Lazari producit membra sepulchro,
Et procedentem Christo frondesque gerentem,

Laudibus ascribit quæ prodijt obuia turbam,
Inde pedes Christus ut seruus discipulorum,
Aluit in feria qua Paschæ terminus instat,
Captus & in hac nocte est sub plenæ lumine
lunæ,

In quarta captus, decima crucifixus in illa,
Quæ quintadecima medio descendit ab axe,
Atque die Christi crucifixo sancta notatur,
Angelus hic Christum uenturum nunciant
ipsum,

De folio patris ad matris uirginis aluum,
Sumere mortalem pro mundi crimine formam,
Hac

Hac quoque deposuit formam cruce solutam,
Tertia sancta dies surgentem morte reuixit,
Atque immortalē uitæ surgendo reduxit,
Atque dies simile mortalem matre refudit,
Et ueluti epacta decima & septena recurrit,
Qua Christus natus descendit uirginis aluum,
Sic hac luna die decima & septena refulsit,
Fulsiit & Aprilis uicesima prima calendis,
Hinc igitur clarè poteris peracta uidere,
Ille quod undecimas epactas portitat annis,
Hinc annis uitam Christi triginta duobus,
Mensibus atque tribus, rectè consistare fate-

mur.
De Paschæ termino,

Terminus est paschæ uernali tempore lu-
næ,
Quarta simul decima, quæ primo mense reful-
get.

Qua dominus Pascha fieri præcedit Hebreis,
Hinc igitur memores celebrant hoc tempore

Pascha,
Atque die incipiunt annorum festa sequenti,
Et quartamdecimam nos expectamus eadem,
Nostrū & differimus pro religione sub ipsum
Pascha diem Domini, quo sumpsit nomen ha-

berque,
Qua qua salus cunctis facta est resurrectio
Christi,

In festis alijs ad corda reducti in acta,
Hac non facta modo sed quæ sunt sine futura,
Temporis hæc serie prima atque octaua recur-

rit,
Prima quod hac legimus lucem luxisse crea-

tam,
Orta est, quoniam post septem prouenit ipsa,
Ipsa die quoniam primum præcessit eadem:

In nostro capite resurrectio, sexque peractis,
Aratum tribuit, uitæque laboribus huius,
Septenaque animarum dignè luce quietis,
Nostra sumus qui membra eius resurrectio di-

gna,
Octaua ætate seclorum sit peragenda,
Cum uocem capitæ fuerit qui mortuus om-

nis,
Audet & tumulis superacta morte resurget,
Ergo duodecimus tum terminus ipse calen-

dis,
Aprilis, quarto decimas sit in usque calendas
Maij, quis non inferius nec longius ipse,
Esse potest, quacunque die sit terminus horum

Pascha die Domini celebratur ritè sequenti,
Hac quinta decima nunquam minor esse uale-

bit.
Phœbenec maior quam sit uicesima prima.

Vnde procedat terminus Paschæ,
Sed si nosse diem cupis, in quo terminus

iste,
Procedat uersus illos uigilanter habeto,
Quorum primus adest à nonis cœptus Apri-

lis,
Quod primum nonis Phœbe plena refulsit,

Principijs horum signatur terminus ille,
Illorum fines demonstrant redigulares,
Hos igitur iungas cum concurrentibus anni,
Et feriam nosces ueluti tibi scripsimus ante,
Qua tibi clarescat quem quæris terminus ille,
At si deciderit menti quis uersus habetur,
Sicut ete primū docui cognoscere cyclum,
Quis currat uersus Domini cognosce per an-

nos,
Hunc aliter uersum quoque te reperire docebo
Qui propter tritum tibi taliter inuenietur,
In primo articulo sit, pollicis ille sinister,
Dispositus, tum deinde alios numerabis & o-

mnes,
Per quæ manus summos digitos transibis ad
ipsum

Pollicis usque locum, quo principium instituiti
Et quicumque dies occurrit rursus eodem,
Terminus instabit, per & hunc cognosce futu-

rum,
Perque alios, alios pariter discerne supremos,
Perque locos tantum quis terminus ipse re-

currit,
Circueas superadictio qui in tertia & uno,
Si cupis illorum cognoscere redigulares,

In prima feria tu primam ponito mundi,
Atque dies ab ea cunctos numerabis ad ipsum:

Vsque locū feriatim, quo tibi terminus instat,
Atque quota feria reperitur terminus ille,
Tot sibi subiūgas, quot quæris redigulares.

Hinc alios per paschalem reperire ualebis,
A prima mundi paschalis terminus ipse,
Aspectu memori, quod distet cerne diebus,
A nobis decimus Februarii numare calendis,
Expediet totidem quorum sub fine patenti,
Terminus occurrit quem Septuagesima mon-

strat,
Hoc semper decimam Phœbem in fine nota-

bis,
Hæc Februarii mensis erit & cludetur in ipso,
Ast Februarii nonas itidem numerare secundis,
Expediatque adde quæ quadragesima quæ-

rit,
Terminus, hic lunam debes numerare secun-

dam.
Hæc Marti mensis erit, & cludetur in ipso,
Si bissextili fuerit, si terminus anno,

Vltra bissextum sub nonis incipietur,
Terminus est alius quem sancta rogatio quæ-

rit,
Terminus, hic lunam debes numerare secun-

dam.
Hæc Marti mensis erit, & cludetur in ipso,
Si bissextili fuerit, si terminus anno,

Vltra bissextum sub nonis incipietur,
Terminus est alius quem sancta rogatio quæ-

rit,
A Maij decimis præscripto iure calendis,
Quæritur hunc etiam monstrat uigesima luna,
Hic Maij mensis erit & concludetur in ipso.

At Pentecostes si fortè requiritur ipse,
A Maij nonis reperitur ritè secundis,
Hunc etiam luna designat tempore quarta,
Hæc Iulij mensis erit & cludetur in ipso,
Sed feria quacunque tibi prouenerit ipse,
Terminus in lucem Domini differito sequen-

tem,
A quo nomen habet, à quo resurrectio facta est.

De

De controuersia ogdoada, & de embolismo.

AT quoniam primi fit controuersia cycli, Quæ tamen tribus est annis, & sepe quibusdam, Contra epactarum seriem fit, luna calendis, Endibolismalis & eam lunatio prodir, In quibus est nonis idibus & quibus atque calendis
Fiat, in extremo referemur carmine apertè, Hanc tenet octauus, undenus & ultimus annus,
Ogdoas octauus est, è græco nomine factum, Hoc anno epacta decima & septena recurrit, Incipitur nonis tum Marti luna secundis, Endibolismalis posthac trigesima nonis, Desinit Aprilis non eius rite secundas, Inde sed Aprilis eius lunatio nonis, Incipit & Maij nona uigesima quintis, Desinit in nonis, in cuius luna calendis, Epactas esse circa uigesimaseptima constat, Incipit in quartis Maij lunatio nonis, Desinit in quartis Iunij trigesima nonis, Ast ternis luna Iunij primordia sumit, Desinit in Iulij uicesimanona calendis, Ast epactarum numero trigesima constat, Et tenet inde suum per cunctos regula cursum Inde sub undecimo uigesima permanet anno, Epacta & Iani nonis primordia ternis, Endibolismalis anni lunatio sumit: Eludetur & Februus trigesima quippe calendis, Incipitur quartis eius lunatio nonis, Eius Marti sextis nonis uigesimanona, Anno bissexti tamen hic trigesimo constat, Hic circa epactas Marti fit luna calendis, Inde tenet solitum per cunctos regula cursum,
Ultimus octauus decimus hinc continet annus, Epactas Marti, & nonis lunatio ternis, Endibolismalis hoc anno exordia sumit, Desinit Aprilis nonis trigesima ternis, Luna sed Aprilis nonis incepta secundis, Inceptis nonis Maij uicesimanona clauditur, ast eius uicesimanona calendis, Ex epactarum numero fit luna patenter, Incipitur quintis Maij lunatio nonis, Desinit & Iuni trigesima luna calendis, Augusti & quartis nonis primordia sumit, Hoc quoque mense facit finem uicesimanona. Contra epactarum seriem trigesima cum sit, Cluditur hic saltus fieri, ratione probatur, Lunari que dies unus subducitur anno, Inde sed in ternis Augusto incepta calendis, Contra epactarum seriem numeratur in ipsis, Inde refert cursum per cunctos inuolatum, Hinc Manfredus auct, iubet & requiescere Plato,
Sed iam uirgo pia digneris sancta Maria, Nequitia mores uitæq; leuare labores, Hinc fratres socij dignas impartite grates. In festo die cantemus digna Maria,

Laudem dicamus illi doxamq; feramus, Accessi portum, quò mihi cursus erat. Dixi.

APPENDIX CV
I V S D A M.

SVnt anni ab origine mudi, sicut in Orofio legitur, usque ad natiuitatem Christi quinque milia centum nonagintanouem. Ab orbe condito usque ad Urbem conditam, anni sunt quatuor milia quatuor centum quadragintaseptem. Ab urbe condita usque ad natiuitatem Christi, anni sunt septingenti quinquaginta duo: sic que sunt anni quinque milia centum nonagintanouem. Exinde anni Domini supputantur.

De urbe Roma.

Roma, urbs in Italia, totius quondam orbis domina, à conditore suo Romuli nomine sic uocata: quam propter eximiam uirtutem plerique scriptorum, quasi sola esset, appellare urbem malebant. Quæ quidem, ut Orofius in chronica sua commemorat, post annos quatuor milia quadringentos quadragintaseptem, id est septingentesimo quinquagesimo secundo ante incarnationem Domini anno, condita est.

Nobilibus quondam fueras constructa patronis, Subdita nunc seruis, heu male Roma ruis. Deserere tui tanto te tempore reges, Cessit & ad Græcos nomen honosq; tuus. Constantinopolis florens, noua Roma uocatur, Moribus & muris Roma uetusta cadis, Transit & imperium, mansitq; superbia tecum, Cultus auaritiæ (nefas) te nimium superat. Vulgus ab extremis distractum partibus orbis, Seruorum serui, nunc tibi sunt domini. In te nobilium rectorum nemo remansit, Ingenui querui, rura Pelasga colunt. Truncasti uiuos crudeli funere sanctos, Vendere nunc horum mortua membra doles. Nam nisi te meritum Petri Pauliq; foueret, Tempore iam longo Roma misella fores.

De Treuerensium urbe.

Nini Semiramis quæ tanto coniuge felix, Plurima possedit, sed plura prioribus addit. Non contenta suis, nec totis finibus orbis, Expulit à patria priuignum Trebeta regno. Profugus insignem nostram qui condidit urbem, Treueris huic nomen dans, ob factoris amorum. Quæ caput Europæ cognoscitur antiquitate, Filius huius hero, patris hæc epigrammata pono. Cuius ad inferias hic cum Ioue Mars teat aras, Sydere concordia pax est non dissocianti.

FINIS.

EIVSDEM MANFREDI EMBOLISMO RVM RATIO.



N primo anno igitur embolismi, hoc est in ogdoada, sunt epactæ uigintiduo, & ideo est luna in calendis Septembris & Octobris uiginti septem, in calendis Nouembris, & Decembris uigintinouem, ipsa autè luna quæ uigesima nona est in calendis Decembris, & extinguitur illic. Ipsa autè luna quæ quarto nonarum Decembris incipit primo, & terminatur in calendis Ianuarij trigessimus embolismus est. Quæ autem in calendis Ianuarij est, prima luna ipsius est, quam & ipsa in triginta terminare debet.

In secundo anno embolismi, hoc est in ogdoada, septem sunt epactæ, uigesima quinta luna in calendis Septembris, trigesima est, & extinguitur illic, luna ipsius est. Illa autem luna quæ mutatur primo, quarto nonarum Septembris, & finitur trigesima. In calendis Octobris embolismus est. Et illa quæ incipit primo sexto nonarum Octobris, & finitur trigessimonono, in tertio calendarij Nouembris luna Octobris est: in calendis Nouembris & Decembris, fit luna secunda. In calendis Ianuarij quarta, sicut ordo est.

In tertio anno embolismi, hoc est in ogdoada de ultimo, sunt epactæ decemseptem. Luna uerò in calendis Septembris & Octobris uigesima secunda: in calendis Nouembris & Decembris uigintiquatuor. In calendis Ianuarij uigesimasepta: in calendis Martij uiginti sex, in calendis Aprilis & Maij uiginti septem in calendis Iunij & Iulij, uiginti nouem: in calendis Augusti, & in calendis Septembris tertia. Cur facis unam ætatem lunæ in calendis Aprilis & Maij: quia nusquam sic in calculo reperitur, Ideo quippe quia luna quæ secundo nonarum Martij incipit primo, & uigesimasepta est in calendis Aprilis, in quarto nonarum Aprilis, uigesimaoctaua, in secundo nonarum Aprilis, trigessimus embolismus est, & extinguitur: & illa quæ incipitur, primo in nono Aprilis ipsa est Paschalis, & euenit decimaquarta in decimo quarto calendis Maij, & terminatur uigesimanona in quinto nonarum Maij, luna uerò quæ est prima in quarto nonarum Maij, & finitur trigesima in quarto nonarum Iulij, luna Maij est. Luna enim quæ incipitur in quarto nonarum Iunij, finiturq; uigesima nono calendarij Iulij, luna Iunij est. Luna quæ incipit primo, sexto nonarum Iulij, terminaturq; trigesima, secundo calendarij Augusti luna Iulij est, postea autè fit luna ratio calendarij Augusti primo, in calendis Septembris à quarto, sicut ordo est. Nā si non fuisset unam ætatem lunæ in April. calen. & Maij, euenisset tibi illud in termino Paschali, quod est decimoquin-

to calè. Maij, non decimo quarto, sed quod decimo & fuisset error in pascha siue in ætatibus lunæ.

In primo igitur anno embolismi, hoc est in endecade, sunt epactæ uiginti, & idcirco est luna in calendis Septembris & Octobris, uigesima quinta: in calendis Nouembris & Decembris uigesimaseptima: in calendis Ianuarij uigesimanona: in quarto nonarum Ianuarij, quæ est Ianuarij: illa autem secunda luna, quæ quarto nonarum Ianuarij incipit primo, & extinguitur trigesimo calendarij Februarij, embolismus est: illa uerò luna, quæ quarto nonarum Februarij incipit primo, & finitur sexto nonarum Martij, uigesimanona luna Februarij est. Et si bissex tus fuerit ipso anno, tunc ipsa luna Februarij trigesima computatur, sicut & in alijs bissextilibus annis. Porro luna quæ quinto nonarum ipsius mensis incipit primo, & finitur trigesima in calendis Aprilis luna Martij est: illa autem luna quæ quarto nonarum Aprilis incipit primo, & finitur uigesimanona, secundo calendis Maij, luna Aprilis est. Quæ autem in calendis euenit, prima luna ipsius est. Carteri uerò ordinem suum sequuntur. In ipso autem embolismo, anno secundo in endecade sunt epactæ uigintitres, luna uerò in calendis Septembris & Octobris uigesimaoctaua, in calendis Nouembris & Decembris trigesima: illa autè luna quæ in calendis Nouembris trigesima terminatur, luna ipsius est, & illa quæ quarto nonarum Nouembris incipit primo, & in calendis Decembris trigesima terminatur, embolismus est. Quæ uerò prima quarto nonarum Decembris, in calendis Ianuarij fit luna secunda, in calendis Februarij tertia: ceteræ deinceps ordinem suum sequuntur. In ipso autem tertio embolismo anno, hoc est in endecade, sunt epactæ uigintifex. Nullatenus tamen embolismus per ipsas epactas reperies, nisi ad epactas anni communis superioris reuertaris. Nam in anno præterito communi, fuerit epactæ quindecim. Ideo autem luna in calendis Augusti est uigesimonono, ibiq; terminatur, quia luna ipsius est: illa uerò quæ quarto nonarum Augusti inchoatur primo, finiturq; trigestimasecunda calendarij Septembris, embolismus est: in calendis Septembris & Octobris per epactas uigintifex fit luna prima, ceteræ uerò ordinem subsequuntur. Sunt namq; epactæ in ultimo embolismo endecadis octodecim: in calendis Septembris & Octobris luna uigesimatertia: in calendis Decembris & Nouembris, uigesima quinta: in calendis Ianuarij, uigesimaseptima: in calendis Februarij, uigesimaoctaua: in calendis Martij uigesimaseptima: in calendis Aprilis & Maij, uigesimaoctaua: in calendis Iunij trigesima, in calendis Iulij prima, in calendis Augusti tertia, propter saltu lunæ: in calendis Septembris quinta. Ideo autem facimus unam ætatem lunæ in calendis Aprilis & Maij, quia luna quæ tertio nonarum Martij incipit primo, & in calendis Aprilis est uigesimaoctaua, in quarto

in quarto nonarum Aprilis, uigesimali nona: in tertio nonarum trigessimus embolismus est. Illa enim luna quæ secundo nonarum Aprilis initiatur primo & extenditur usque in sextum nonarum Maij, uigesimali nona luna Aprilis est, Paschalis etenim est, & euenit decima quarta in quindecimum calendarum Maij: & nisi ita fecisset, euenisset ter in termino Paschali, luna decima quinta: & fuisset error in Pascha, & in ætatibus lunæ. Luna uero quæ inchoatur in quinto nonarum Maij, & finitur trigesima in calendis Iunij, luna Maij est, Iunij quoque luna, tertio nonarum ipsius initium sumit, finiturque secundo calendarum Iulij uigesimali nona. Quæ ergo tertio calendarum Iulij est primo, & extinguitur uigesimali nona, luna Iulij est. Et quæ uis tertio calendarum Augusti trigesima terminari debuisset: unum diem amittit propter saltum rationum, & computatur luna Augusti tertia, in calendis ipsius, cum hanc ratione argumenti secundam existere doceat, quæ etiã uigesimali nona sexto calendarum Septembris finitur. Et ceteræ ordinem suum sequuntur, Martius quinto, Aprilis primo, Maij tertio, Iunius

sexto, Iulius primo, Augustus quarto, September septimo, October secundo, Nouember quinto, December septimo, Ianuarius tertio, Februarius septimo, Septēber quinto, October quinto, Nouember septimo, December sexto, Ianuarius nono, Februarius decimo, Martius nono, Aprilis decimo, Maius undecimo, Iunius duodecimo, Iulius decimo tertio, Augustus decimo quarto. Vigesimo sexto, decimo quinto, trigesimo quarto, uigesimo tertio, duodecimo, trigesimo primo, uigesimo, trigesimo quinto, quarto, uigesimo octauo, decimo septimo, trigesimo sexto, trigesimo quinto, trigesimo quarto, trigesimo tertio, trigesimo secundo, trigesimo primo, trigesimo, decimo quinto, quarto, trigesimo octauo. Ad terminum septuagesimæ, à septimo idus Ianuarij numeratur ad terminum quadragesimæ à quinto calendarum Februarij, numeratur ad terminum Paschæ, à quinto idus Martis, numeratur ad terminum Rogationum, à decimo septimo calendarum Maij, numeratur ad terminum Pentecostes, à tertio calendarum Maij, numeratur.

PRIMI TOMI
FINIS.